




Nicolai Alexandrini medici Graeci vetustissimi liber de Compositione Medicamentorum secundum loca,

<https://hdl.handle.net/1874/436867>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

N. ALEXANDRINA


de

Compositione

Medicamentorum.


O. qu.

42









Medici

Quarto n.º 42.

Quarto n.º 42.

genoni e locut mag
ul.
ican. i. i. calua icia
eriberi di illa ill' can
omniuebant. rari
maltica facta de hoie
tato reliquit. de u
puri. eam. s. e. ai.
s. e. relatum. q. m. m.
um uriam u. x. m. u.
zay. s. e. e. p. i. e. m.
plm ietomni her. l.
tinam. a. s. u. e. t. u. d. i. e. m.
e. c. o. n. s. u. e. t. u. d. i. e. m. d. u. b. i.
u. a. n. e. s. u. n. t. a. s. u. e. t. u. d. i.
q. i. i. l. l. a. o. m. n. i. c. o. n. c. o. r. d. a. t.
p. l. m. v. i. q. a. a. g. a. p. i.
s. e. p. u. l. t. u. m. q. i. n. e. r. t. e. t.
e. t. n. q. v. i. c. d. i. f. f. a. n. t.
e. d. i. c. t. u. m. e. s. e. d. e. u. r.
s. b. a. s. e. g. q. v. m. e.
e. t. p. o. s. i. t. i. p. u. p. i. l. l.
e. t. s. d. e. c. i. u. p. i. r. o. c. h. i.
s. u. r. f. a. n. o. r. e. t. e. r. r. e. s. e.
s. u. d. i. n. a. d. i. a. r. l. u. g. u. r.
v. a. s. a. d. i. u. d. i. c. i. u. m. s. p. a. r. t. e.
i. q. i. q. o. p. t. i. m. i. i. b. u. s.
i. m. b. e. t. a. l. i. b. a. c. i. o. p. a.
e. u. l. t. u. r. n. o. n. e. o. i. g. a. t. q.
r. e. p. i. a. n. t. i. m. o. a. d. e. n. t.
e. c. r. e. a. t. i. o. i. n. d. i. a. s. q. u. o.
s. i. l. b. p. e. n. a. e. r. o. i. s. n. e. f. a.
s. e. p. l. u. m. a. p. u. d. i. o. c. u. m.
u. n. t. q. m. o. c. h. i. a. n. v. n. q.
s. e. d. e. b. e. m. e. q. e. u. i. l. t. e. l. i.
e. m. q. n. q. u. i. a. i. q. q. a.
e. m. v. u. g. i. t. l. i. t. e. d. e.
e. t. d. i. m. i. t. t. e. s. i. i. t. a. a. i. b.
e. b. e. p. l. e. n. e. d. u. r. s. e. s. i.
e. a. n. q. e. s. i. d. s. q. m. e. t.
s. p. i. t. a. l. a. r. y. a. r. p. q. m.
e. m. i. t. t. i. r. e. o. f. f. i. c. i. a. i. f. f.


galla ad
indigena

ar. q. rone dubio
mittitur q. aliqui
admittitur. vi. q.
et. viii. q. ii. si aliter
de admittendis leg
duobz. Item con
conneritatis. viii.
i. lxxii. di. cu oibz
iur. si aliam m
nonbz etiam. lxx
sepndis. ff. de us
actu. ff. de admn.
rem qui tutelam
de pe. di. v. sum
is. ad. l. acquit. u
ntul. ff. de testat
speciosa. viii. q. ii.

Abolende. ii. sep
tum si i talite
loc sac ut ex mitali
de suo face bnfici. v.
E. mandati. i. re man
mo exctus pt argo
di tal locus. ff. de
vii. q. ii. aurum.
erat locus amo
que uedi no pt ul
l. sacn locn i. ii. q.
religiosa i sac di. li. i

ad de alio qui suspen
q. ut dicitur caput sic
de ne uoluerit iudice
quoniam si in iudice
de dicitur sic de cudo
quod si in iudice
de iudice per si in iudice
de iudice per si in iudice
de iudice per si in iudice

80.



N 82.a

imp
ligio
Xerri
Aque
quib
xint
que
legu
edia
ipitu
lucy
ul.
oi. v
no
tur
ellid
n b
z. d
im
filio
up
ubi
er
am
cu
ur
y
bib
ler
one
p
p
p
p

92c

O qu 42

NICOLAI ALEXAN-

XANDRINI MEDICI GRAECI VETVSTISSIMI

liber de Compositione Medicamentorum secundum

loca, Translatus è Græco in Latinum à Nicolao

Rhegino, Calabro ante hac nusquam im-

pressus, Cum breuissimis annotatio-

nibus locorum difficultiū Ioannis

Agricolæ Ammonij,

HABES CANDIDE LECTOR NICOLAI ALEXAN-
drini librum integrum & in sexcuplo maiorem q̄ hactenus habere licuit. Siqui-
dem hic perscripsit capitula Mille & centum, quanq̄ nonnulla plura comple-
ctuntur medicamenta q̄ unum: non quidem passim & absq; iudicio, sed probatis-
sima, et à probatissimis medicis Hippocrate, Galeno, Sorano, Oribasio, Alexan-
dro & horū similibus descripta atq; in uniuerso orbe celebrata. Quæ res mouit
Nicolauum Rheginū Calabrum Galeni translatozem, ut librum hunc utilissimū
in latinam linguam conuerteret. Superuenit tertius Nicolaus Præpositus uulgo
dictus, qui ex immenso Codice tantum 150. capitula excerpfit & edidit. Cuius
libro non quidem infœliciter nituntur usq; in hodiernum diem officinæ & me-
dici uniuersæ Europæ. Arbitrati igitur sumus ego & eruditissimus uir Adol-
phus Occo medicus Augustanus: quorum auspicijs iam renascitur Nicolaus:
nihil amplius desideraturos ubi librum hunc non frustil-
latim, sed integre sint accepturi.

SACRÆ CAES. MAIESTATIS PRI-

uilegio cautum, ne quis aut hoc, aut aliud per nos

excudendum exemplar intra decennium

impune præsumat imprimere.

INGOLSTADII IN OFFICINA ALEXAN-

dri Vuciffenhorn, M. D. XLI.

*Donat lib. a
Birnzel.*



NICHOLAS
The Bank Comptroller
I have the honor to acknowledge
the receipt of your letter of the
10th inst. in relation to the
above mentioned matter.

I have also the honor to acknowledge
the receipt of your letter of the
11th inst. in relation to the
above mentioned matter.

I have the honor to acknowledge
the receipt of your letter of the
12th inst. in relation to the
above mentioned matter.

Yours truly,
L. Smith

REVERENDIS=

SIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO

Domino Pancratio, diuino fauore Episcopo

Ratisbonensi integerrimo, Domino

atq; patrono suo colendissimo.

S. P. D.



INVITATVS TOTIES PRO Natiua humanitate ad aulam tuam Integerrime Presul, non secus q̄ si ex cognatorum aut amicorum tuorum coniunctissimorum numero essem: committere non potui, quin beneficiorum memor saltē epistola testandam putarim apud tuam reuerendam dominationem animi mei gratitudinem. Magna semper fuere in me, ingenue fateor, immerentē merita tua, quibus me es prosecutus, & curam mei nunq̄ non habuisti, ut quoties per nuntios licuerit, etiam in summa dignitate constitutus, uel ad me aliquid scripseris, uel certe uerbis amicus salutaueris. Ego uero semper D. T. dignā ratus sum, priusq̄ etiam tanto honori præficeretur, in quam omnes pro impetrandis supremis fastigijs passim sua conferrent suffragia. Pro sapia tam nobili, ad hæc & omni uirtutum genere ita cōspicuo merito deberi semper existimaui hoc supremi muneris. Quis enim ignorat Germanorum equitum de Sinczenhoffen stirpem esse omnium nobilissimam? Quæ generosa familia plures integros & probatos uiros q̄ hæc uestra propago generosissima protulit? Ecquod stemma offertur, quo cum uetustate & gloria rerum ge

*Nobiles de
Sinczēhoffen.*

aa ij starum

EPISTOLA

starum, & aliquot sæculorum enumeratione non plausibiliter contendere possit. Offendunt aperte hæc, quæ traduntur de domino Othone de Sintzenhoffen ex Leonbergo: itè quæ de Henrico de Sintzenhoffen Equite aurato: Testes sunt eiusdem elogij Berchtoldus & Ioannes de Sintzenhoffen & Leonbergo. Friderichus de Sintzenhoffen, & Georgius de Sintzenhoffen & Leonbergo. Memorabile illud profecto & non reticendum, quod ante annos tercentum, quum maxime floreret urbs Ratisbona, & nemo isthic præter nobiles uiros in senatorem deligeretur, nobiles de Sintzenhoffen primas tenuerint, cæteris imperitauerint, & senatus semper fuerint pars magna, ut quibus dignitas & administratio præcipua deberetur. Iam serie longa auorū proauorumq; protensa, Vdalrichus parens pietissimus ex Vualpurga de Vuirsperg suscepit pueros unum supra uiginti. Ex charis illisce pignoribus Reuerendo tibi Presuli castra duo in Norico minutissima Hohenburgi nomenclatura celebria obtigere, quorum alteri tanti episcopi exortum debemus. Tertiu his accedit elegantissimum atq; instructissimum contra uiolentiam omnem Vuerdiacum in ripa Danubij. Eodè pertinet Becholora urbs Austriaca, quæ annuos census & reditus suppeditat affluentissimos, quod oppidū olim, ut est apud historiarum scriptores longe maximum fuisse constat. Ioannes frater amœnissimas prosapiæ uestræ arces occupat Teiblitiz & Leonbergum in Norico proxime Lengueldam illustrissimi Bavarix principis, & Palatini Comitis Philippi aulā. Intercapedo inter arces geminas, & collibus surgens & uallibus depressa, frumētis exuberans, & pratis & nemoribus una cū uigenis capax

pacissimè

Ratisbona.

Hohenburg.

*Teiblitium.
Leonbergū.*

N V N C V P A T O R I A .

pacissimis piscinis tota Ioanni est subiecta. Quartū quē ad Leonbergum pertingit amplissima magno lacui exequari potest, cui & mons incumbit ferri puri uenis diues, & comprimunt a uicinis ferri conflatoribus impetrata fuerit eiusdem metalli conficiendi facultas, solus ille mons lucrum inestimabile, diuitias Croesi ministrare poterit Ioanni fratri, filijque parentem strenue imitantibus Leonardo & Christophoro. Quorum parens iam natu grandior uarijs terris peragratis, tanta inclaruit rerum experientia, ut illustrissimus princeps Philippus domi & militiae nunquam illius uti opera & consilijs consueuerit. Ludouicus autem natu maximus moerore & fletu immodico lugendus esset omnium charissimus & inopinato letho uobis iam primum ereptus, nisi bona commutatio esset facta, qua dominus ipsum a mundi huius miserijs ad caeli gaudia transferre uoluit. Nam exactis annis & deuoratis exantlatis laboribus, maturo duce & auspice CHRISTO receptus est in olympum. Debeatur hoc premij uiro egregio qui a teneris in Galliae regis aula ob rerum uariarum prudentiam comparandam diutius uersatus, quo nomine deinde & Caesareas aulas est amplexatus, innumeros terrae tractus uidit, linguas diuersas didicit, opera strenua et industria genuina quicquid humano ingenio fieri potuit fecit & assecutus est. A cuius uestigijs frater Leonardus Sinszenhoffer ex Teibliz & Leonberg adeo nihil degenerat, uti eidem Illustrissimi Bauariae principes ob rerum experientiam et natiuam industriam ualidissimorum propugnaculorum oppidi Ingolstadiensis curam omnem ut Architecto summo commendauerint. Quae magnifica structura profecto admiranda nulli relatu effabilis, sed cum

Vallum, fossae,
aggeres et propugnacula noua urbis Ingolstadiensis.

EPISTOLA

stupore adspicienda est. In goldstadium namq; Germanię urbium facile clarissima quamq; plana situ tamen opera molestq; faciunt ut ardua firmata uideri queat. Quoniam in immensum ædita mœnia ipsam claudunt, quæ turribus innumeris & inter se paribus spaciorum interuallis distantibus prominent. Propugnacula polygonata alta celitudine fornicata, moles solidata quadratis lapidibus, conspicuo fastigio attolluntur. Aggeres immani dorso una cum proprijs muris, labore & opera singulari erecti ambiunt cætera. Fossæ præterea uastissimæ & in preceps exitiæ profundæ in quibus undarum fluctuantium uis immensa, tum citra tum ultra aggerem fieri curantur, relicto passim non uno peribolo siue ambitu, qui ad prode ambulationes animi gratia admittendas non possunt nō esse amœnissimi, Hactenus de ornamentis urbis nostræ æternis.

Quod autem ad libri authorem Nicolaum attinet integerrime Præsul, quem edendum in publicum & breuius scholijs enucleandum suscepimus, quod idem non possit non pluribus in omnium generum morbis percussandis integer & nitori suo restitutus esse utilissimus, qui hactenus mancus & truncatus & uix pro octaua parte extans, tot Medicis & seplastijs medicorum ministris incredibiliter commodauerit. Complexus est enim Nicolaus noster capitula mille & centum, quum uulgatus Nicolai codex, in quem Platearius minor commētarios scripsit uix centum & quinquaginta in uniuersum compositiones habeat.

Nicolaus de
Compos. Me-
dicam.

Novi autem nasutulos nobis obiecturos esse satis iam
medicam

NVNCVPATORIA.

medicaminum per Galenum, Paulum Aeginetam, Aetium Amidenum, Scribonium Largum, Cornelium Celsum & similes authores descriptorum, studiosis esse positum. Quod equidem non eo inficias; quoniam uero ante biennium Simplicium Medicamentorum sylvulam exhibuimus Candidis lectoribus legendam, nunc quoque Composita pharmaca usu longo comprobata ministrare ipsidem uoluimus. Galeno Paulo & alijs nihil detrectatum cupimus, sunt. n. summis preconijs dignissimi, sed iam arripienda promptius nobis uidebantur quæ certa experientia sunt clarissima: quum omnia quæ sunt apud Galenum, Paulum, Aetium et similes uiros nec consequi nec experiri possimus, quæ quum ignoremus, & ad manum habere non liceat, faciunt ut semila cera tantum migmata illorum conficere concedatur. Nicolaus itaque noster hactenus delituit, quoniam extiterunt priscis sæculis qui abominati prolixitatem plurima authorum monumenta decurtarunt. Quam aleam sensit Lilius per Florum, Trogius Pompeius per Iustinum, cui morbo obnoxius etiam factus est hic Nicolaus. Quem ego uixisse arbitror ante Paulum Aeginetam, siquidem hic citat Nicolaum quem primam Medicamentorum scriptorem libro septimo in medio capitis decimi septimi. Nouique authorem hunc ipsum Græce occultari ab Italis adeoque in ipsa urbe Roma, quæ nunc uel inuiri cogentur comunicare mortalibus. Simon Genuensis qui ante annos ducentos & quinquaginta quinq; Romæ uixit in aula summi Pontificis Nicolai quarti, translatione hac nostra usus est, quod deprehensum in dictione apoquimatos, ubi appellat hunc Nicolai librum

*Epitomatum
scriptores.*

*Nicolaum Cō
positorem Ni-
colaus Præpo-
situs accisum
& mutilū red-
didit.*

*Nicolaus de
scriptus Græ-
ce in urbe Ro-
ma: suppressus
tur.*

EPISTOLA

Librum de Compos. Medicam. Vniuersalem, eo quod ut
luti mare quoddam medicamentorum, mixturas illas me-
dicas ferme uniuersas complectatur. Rursum ita appelli-
tat in Oxyreo, in Colena, in fasce Gallico in Prologo &
sexcentis alijs locis. Syluaticus nominat librum de com-
posit. Medicam. Virilem, in dictione Mabatematici et rur-
sum in Rosagine, sed corrupte: quum enim antiquaculi
tribus literis scripserint Vſe, & legerint uniuersale, Sylua-
ticus hoc minus intellecto legit uirile. Quum hic liber cō-
modum uniuersalis dici queat, hoc nomine quod omnis
generis *μεμιγμένα* pharmaca cōtineat cum sumptuosa et
preciosa pro opulentioribus hominibus, tum uili precio
redimenda a tenuioribus. Nam ut Galenus li. 6. ca. 3. De
Comp. Medic *κατὰ τόπων*. Quemadmodum diuitibus
inquit, ita etiam pauperibus scribere nos medicamenta op-
portet.

Communem porro nobis fecit hunc præclarum librū
eruditus uir amic⁹ noster summus Adolphus Occo Me-
dicus Augustanus, qui una cū Ambrosio Iung Gereone
Seylero Augustanis medicis ornatissimis eruditissimisque,
cum Ioanne Caphnero Trochoreo Physico Hallensis op-
pidi in conuallibus Oeni, cumque pluribus alijs Medicis
celeberrimis certatim me inhortatus est ad librū huius edi-
tionem. Qui renouatus prodijt ex illa Doctoris Adol-
phi Medici Augustani bibliotheca, in qua paucis supra
diebus Hippocratis medicinales libri in qua author lin-
gua scripsit, reperti, Germaniæ Chalcographis commoda-
to datifunt excudendi. Siquidem Adolphus Adolphi
parens natione Phrysus & raræ eruditionis uiri Rodol-
phi Agricolæ discipulus Græce & latine eruditissimus,
omnium

Hippocratis
monumenta
Græce excusa
sunt Doctoris
Adolphi Occo
nis opera, qui
Græcum codi-
cem Typogra-
phis ministra-
uit.

NVNCPATORIA.

omnium primus Græcicam linguam Germaniæ nõ
 stræ inuexit. Seruanturq; in eadem bibliotheca libri ali
 quot tum Græci tum latini nondum excusi uspiam, quos
 si gratos hos labores futuros studiosis simulatq; cognos
 uerit, non grauabitur identidem communicare bonis om
 nibus. Præterea in Nicolao quantum exigere necessitas
 uidebat̃ abstrusa & difficiliora uocabula enucleauimus:
 nam omnia simplicia medicamenta interpretari ut infinis
 tum sit, ita non opere precium iudicauimus. Manent ta
 men dubia quedam in quibus diuinare non erat nobis in
 tegrum, donec Græcum codicem quod breui fiet ha
 bere contigerit: atq; horum catalogum iam exhibe
 bimus in Paralipomenis nostris. Vale bene
 Presul ornatissime. Datum Ingolstadij
 Idibus Augusti, Anno a nato orbis
 seruatore CHRISTO
 domino. M. D.
 XLI.

M. TATIALL

PINI POETAE LAVREATI ORATORIAE

atq; Poëtices professoris publici in librum de Compositione Medicamentorum κατὰ τὸ πρῶτον Nicolai Alexandrini medici vetustissimi, Elegia.

Vergilianū est
Elysios ab Eri
dano irrigari.

Venerat Eridani vitreas Nicolaus ad undas
Forte per Elysios expatiatus agros.
Intuitusq; suos delapso in flumine uultus,
Et stupet & membris plurima abesse dolet.
Mox alta ex imo ducens suspiria corde
In genua ad solem talia flexus ait.

Nicolai Alex-
andrini oratio
Menelaus cū
deiphobum ita
nominarat.

Phoebe augur, lucis, vitæ, medicæq; repertor,
Qui facis, & largus corpora facta foves.
Quis Deus, aut se uo crudelior hostis Atrida,
Misit inhumanas in mea membra manus?
Turpauitq; meos tam cautis ictibus artus,
Ne comitaretur uulnera facta dolor?
Neu quisq; lesum per tot me seclâ referret.
Sed solus spectrum Manibus ipse forem.
Ah, si unq; ipse tuis colui non segniter artes,
Hisuè tui affectis officiosus opem.
Exue me turpi Medicator maxime forma,
Seu noua mors detur, seu noua uita mihi.

Platonicū est
mortuos post
certū tempus
superas euade
re ad auras.
Phœbi oratio.

Certe ego non longe præscriptum tempus abesse,
Quò mihi uita foret restituenda, reor.
Audijt Arcitenens, præsisq; innixus habenis,
His solaturus uocibus, orsus ait.
Hanc & apud superos referunt tua scripta figuram,
Vultus in inspectis quam tibi reddat aquis.
Passaq; communem, & monumenta, & forma, ruinam,
Iam diu utroq; gerunt tam mutila ora loco.
Nam quum trajceret Strygas te portitor undas
Iamq; pijs iunctus Manibus ipse foras.

Altes

Alter item lingua celebr Nicolaus utraq;
 Rhegina natus gentis alumnus, erat.
 Qui tua ad Ausonios transmittens scripta nepotes,
 Cuncta, sed haud adeo pulchra, Latina dedit.
 Tertius accessit, qui nomine dictus eodem.
 Praecipua euellens e cute membra tibi,
 Sola euulsa ea concessit mortalibus aegris,
 Quae, truncata licet, grata fuere tamen.
 Quod cito tollendis compertu e pectore morbis
 Perfectum truncis robur inesse tuis.
 Vnde nec hi mendas sensere, nec ipse dolores,
 Integer his pariter usus, & ipse tibi.
 Sed quia nunc pater Eridanus tua prodidit ora,
 Consilium, moestus quo reparare, cape.
 Currunt fatales uoluendis mensibus anni,
 Ad uitam post quos hinc licet ire tibi.
 Iuppiter humanos sed adhuc tibi denegat artus.
 Dignior es q̄ qui constituare pecus.
 Viuida doctorum spirant monumenta uirorum,
 Humanusq; illis fertur inesse uigor.
 Ergo redi, proprijsq; indutus membra papyris,
 In terris pro te sis liber ipse tuus.
 Finit Apollo, nec hic Diuo parere moratus,
 Librum, q̄ mutilum, pulchrius esse putat.
 Ergo liber factus, superas euadit ad auras,
 Moeniaq; Augusta Vindelis alta petit.
 Hic uir Patricius, doctrina magnus in omni,
 Ac celebris Medicus, Doctor Adolphus agit.
 Qui noua conspiciens prisco ornamenta decori
 Addita Praepositi rite nitere sui.
 Excipit, exceptumq; utrisq; amplectitur ulnis,
 Ac placide amplexum sub sua te cta refert.
 Hic oculis totum a summo perlustrat ad imum,
 Et quo plura uidet, plura uidere iuuat.

Nicolaus Rheginus.

Nicolaus praepositus.

Pythagoricū est animas in alias immigrare animantes.

Doctor Adolphus Occo. physicus Reipub. Augustanae.

Nouerat innumeris manca illa doloribus apta
 Haud dubio egrotis sepe fuisse bono.
 Ergo quo euectura homines haec integra dicat,
 Quae certam tulerint Manca salutis opem?
 Non equidem latura ullos noua secula morbos,
 Quin hic expulsos protinus auctor agat.
 Si uulganda forent alicui modo tradita praelo
 Scripta, Machaonijs ista terenda uiris.
 D. Adolphi cā Vir pius ergo sui bona, reddit publica, iuris,
 dor. Quaeisq; inhiare unus qui ueruat, edit opes.
 Doctor Ioan. Quid? quod ea Agricola (quo non praestantior alter
 Agricola. Doctor apud Medicos) expolienda dedit.
 Qui Graijae, Latinaeq; simul doctissimus artis,
 Omnia Naturae munerum mente tenet.
 Allusio ad no- Hunc fratrem genere, hunc et nomine Iuppiter Hammon,
 men Hammo- Hunc medica Clario fecit in arte Deo.
 nius. Contulit ergo frequens, glabrumq; excusit ad unguem,
 Mendula per totum ne foret ulla librum.
 Falsaq; mutauit ueris, obscuraq; claris,
 Omnia nota tibi Lector amice parans.
 Quid speres iam cernis, ubi modo plurima paucis,
 Nudaq; uestitis commoda uersa uides.

FINIS.

IN MEDICINAE COMPOSITAE OSORUM
 rem M. Stephani Viglij Pacimontani Epigramma.

Mos uetus est medicis simplex componere doctis
 Non hodie inuentum est inuidiose tace.
 Plinius et Paulus, Scribonius atq; Galenus
 Idq; alij innumeri constituere uiri.
 Frustrari medicum qui ignoret migmata, quum non
 Succurrat morbis omnibus Helleborum.

Sunt

Sunt morbi uarij nec causa est unica semper,
Compositis morbis composita exhibeas.
Non calidam poterit membrum sufferre medelam,
Commixto melius ni moderere bono.
Quis precor Absinthii succos hauriret amarus,
Aut tantum rutham, aut semina Santonici?
Si linguae uitium medicamine simplice cures,
Conuictio fueris magnus Apollo mihi.

PARALIPOMENA QVIBVS LOCI NON PAUCI
excutiuntur obscurissimi: ad hæc & erratula quædam
inter excudendum admissa emaculantur, indicantur
atq; nonnulla quorum non occurrebat
expositio, quæ requirunt diuinationem
atq; inuestigationem
candidi lectoris.

CASTANEOLAM, qua nonnunquam utitur Nicolaus. Gene *Castaneola.*
mestum uocari tradit Isaacus li. 3. Practicæ, & paux
xillum de ea sumptum uomitorium esse, lethargicis opus
tulari, immodicam uero eius dosin occidere, rem simillimam
plane uocatae Nuci uomicæ delinians. Animaduertendum
etiam Nicolaum non raro Gifastera non herbam
Stellam terræ quæ lunaria dicitur, sed Terram Samiam *Samius aster.*
appellare. Siquidem hæc Samius aster cognominatur.
De quo & Lemnia Sphragide consulendus est Galenus *Lemnia sphragis.*
li. 9. ca. 5]. Simplic. Sphragis enim in uniuersum est uiribus
efficacioribus Samia. Cap: 5. pro semine lini lege seli
ni. Ibidem, blacte, lege bratei idest Sabine, ca: 8. drach: 6.
lege unc: 6. cap: 9. drach: 15. seminis, lege & semis, ibidem *Brateum.*
drach: 4. & seminis, lege semis. Adde Amomi drach: 2. &
bb ij dosis

EXPLICATIO.

Pentadactylus.

Cici.
Croton.
Catapucia.
Carduncellus.

dosis sint drach:3. Caput 12. thym lege thymi. Caput: 14.
scrup:3. lege scrup:2. Cap: 16. adde opij, libani, myrrhæ
ana drach 18. & scrup:2. laferis, lege laferis Cap: 24. &
25. scrup:4. lege scrup:2. Cap: 46. Pentadactylus, ut testatur
statu translator antiquus Dioscoridis in cap: de sesamo,
& in cap, de cici, est ricinus frutex, quem Græci cici & cro
tonem. Mauri keruam, officinæ catapuciam maiorem uo
cant, de qua Diosc. agit lib. 4. cap: 16. iuxta uersionem
Ruelli, Pentadactylus dictus est a quinque digitis, quia fo
lium eius in humanæ manuse effigiem articulatur. Vnde
nonnulli palmam Christi appellant. Effertur etiam sub
nomine Custodis horti, heliotropij, solsequij & Priapi.
Ceterum Carduncellum uulgo omnium mensium, &
Germanice aller Monat plomblin uocat. Ca: 8 1. pro dra:
unc: 1. Cap: 96. pro drach: 2. alij unc: 2. Cap: 110. drach:
30. lege 20. ibidem drach: 16. lege 15. Cap. 122. canini le
ge canini Cap. 131. adde Chamædyos, capparidis, senatic
nis, cinamomi ana drach: 3. Cap. 137. limmas, scriptus co
dex habet lemnias Ca. 140. lege uncias pro drachmis per
integrum capitulum, ca: 144. drach: 2. lege unc. 2. ca. 146.
lege muskelij ca: 151. opij dra: 1. Codex noster habet unc:
1. cap: 184. corticis lege corticis, ibidem pro 40. lege 150.
ca: 188. Syracis, addit noster codex moschata ca: 189. le
ge Sandali albi & rubri ca: 193. micis lege nucis cap: 198.
dianis drach: ca: 208. lege Crocodilus ca: 237. lege succi cor
ticum ca: 247. peucedani, ibidem, post hyperici adde, Cy
clamini radicis corticis rubi radicis iunci, raphani ana dra:
2. confitæ constantinopolitanæ, ladani, myrrhæ, gummi
hederæ, agarici, lapidis Agapis, salis Ammoniaci, rosarū,
Alexandri, eboris, chamapityos, centaurij ana drach: 1.

Ibidem

LOCORVM DIFFICILIVM.

Ibidem Scini legendum Schoeni, & ad marginem, Schoe Schoenos.
 ni idest Schoenanthous cap: 113. semen comidionis cap:
 122. randa cap: 248. hydriana ibidem drach: 22. lege 12.
 Cap: 256. drach: 10. lege 100. Cap: 257. Gileui. Caput
 260. seminis, lege sanguinis draconis. Cap: 260. Malexi
 tola herba. Ibidem Malachæ, hoc est malux. Cap: 274. *Malacha.*
 lege ana drach: 7. Cap: 277. lege anethi. Cap: 278. Scrip
 tus liber habet diagridij & zingiberis ana unc: 3. Caput
 279. lege sacchari candi unc: 4. Caput 280. adde carpobal
 sami dra: 8. Ca: 290. Exemplar scriptum bis habet Chal
 canthum, quare pro altero galbanū reponendū est. In mo
 do enim conficiendi fit mentio chalbanes. Ibidem in mar
 gine pro efficere, lege efferre ca: 298. lege libani unc: 3. &
 drach: &c. Caput. 301. lege balauftiorum unc: 2. Caput
 317. panis Apher caput 353. Buga, caput 360. fabaro
 la caput 363. pro uncia lege phyalam unam caput 372.
 pro libris centum lege drachmas cētum caput 415. codex
 uetulus addit laseris drach: 12. caput 416. lege cinamomi
 drach: 3. caput 426. liber manuscriptus in hiera Iosephi
 addit reubarbari drach: 4. ibidem lege Cyparissia caput
 430. Alithimon cap: 447. & 448. Mobaric caput 456.
 lysopum, legendum fortassis Lysippium caput 464. ra
 dix collidiamis, samei, centum folium, speriti caput 478.
 magicis caput 510. 512. morgellina caput 536. Tere
 buncula herba, ciminilia genus mensuræ. Ciminellam au
 tem pandectarius docet hypericon esse. Caput 551. penu
 cla caput 581. umbilicus marinus. Marula nonnunq̄ uti *Ciminella.*
 tur Nicolaus, quā Simon ostendit esse Scariolam ca: 478 *Marula.*
 ana 4. lege drach: 4. Caput 598. absinthij &c, adde ana
 drach: 1. caput: 474. Kekabram exponit Nicolaus per *Kekabra.*
cardamomum

EXPLICATIO

Pisia. cardamomum Cap: 658. uersu ultimo Pisie uidentur ani-
 pustulas significare. Cap. 689. ad marginem adscribe hec
 uerba. Impressus codex aprilegit pro capri. Cap: 668.
 Hyporiston. Eldagamar. Cap: 602. molybdi, lege melini.
 Cap: 620. adde foeni graeci, farinae ordeii, orobi, cymini
 ana unc: 1. Cap: 658. pulicaria. Cap: 668. Borriginis suc-
 ci, adde phialam. 1. Cap: 673. lege drach: 4. Cap: 697.
 profesquidrachma lege, drach: 31. & semis. Cap: 703. pro
 unc: 4. lege unc: 7. Cap: 706. pro q. x. scriptus liber habet
 q. unc: Ibidem ambra superfluo accessisse uidetur. Cap:
 711. Samum. Cap: 719. Armiri. Cap: 714. lege radicis
 Sicydos cap. 720. Vnc: 7. lege unc: 70. cap: 743. Oenan-
 thinum lege Mantinum. & inde, florum oenantes Lege
 florum manti cap: 749. legendum, Ammoniaci, epithy-
 mi ana drach: 18. calami aromatici myroalani &c. Cap:
 787. adde pentaphylli in. 1. Cap: 784. tres careni ca: 788.
Salonica. pro salonica herba codex alter habebat Salmoneam. *Salmonea.*
 Vis debatur Salionca reponi posse. Quancumq; reperitur herba,
 quae Salamonica dicitur, apud auicennam li: 2. & colligi-
 tur in montanis Hispaniae anetho assimilis folia maluae si-
 milia producens cum pomis paruulis, & implicatur arbo-
 ribus instar uolubilis, cum aceto Nomas & Erysipelata
 percurans cap: 793. agarici lege amaraci cap: 794. Adde
 Myrobalanorum Citrinorum, colocynthidos anisi ana
 drach: 12. Cap: 803. adde amyli drach: 3. Cap: 870. adde.
 Nardi, costi, castorei piperis nigri & longi, anisi, petroselin-
 ni ana drach: 1. sinoni, syriaci ana drach: semis. Cap: 871.
Caput 874. bi amomi macis, fortassis legendum Ammoniaci. Ca: 874.
ceps est. duas licet non perfectas habet compositiones, quod ex al-
 tero codice deprehendimus, quarum prima Scliriphilon
 altera

LOCORVM DIFFICILIVM.

altera Susanum ab oppido sic appellatum continet. Sclⁱ Sclirophili cō
 rophili uera cōfectura hæc est. Recipe Styracis, cinnamo^s positio.
 mi, spicæ, zingiberis, xilobalsami, castorei, costi, pyrethri,
 myrrhæ, terebinthinæ, sagapeni, opopanacis, galbani,
 dauci, hyoscyami, piperis, petroseliniana drach: 8. Caryo
 phyllorum, opij ana drach: 4. Balsami drach: 1. Mellis
 quod sufficit. Dosis drach: 1. Susanum autem mire pro^s Susani electua
 dest maniacis, melancholicis, linguam morstu tentanti^s rij confectura
 bus & immodice timentibus, quant^q & lapides confrin^s a Susis metro
 git & expellit. Componitur autem in hunc modum. Re^s poli Susiane
 cipe balsami, castorei, brathei, piperis ana drach: 6. Li^s regionis Per
 bani drach: 5. Reubarbari, spicæ, zingiberis, euphorbij^s sie, appellati.
 myrrhæ, pyrethri, cynoglossæ, hyoscyami ana drac: 3.
 Olei nardini, reliquum quod huc spectat uide inferius
 Capite 874. nam Susano conuertit in uniuersum. Capite
 879. lege piperis nigri unc: 5. Zingiberis, piperis albi,
 cymini ana unc: 4. Cinnamomi & c. Capitibus 884. &
 923. & 946. pro myrrha lege Myrrthum. Admonendus
 etiam uidebatur lector candidus, quod Mantum nusq^q Mantus.
 inuestigare quiuerimus, cuius toties Nicolaus facit men^s Manthus.
 tionem in capitulis 313. 330. 627. ubi miscet cum ad^s Mantis.
 strigentibus, & capite 713. uidetur Myrrthum uocare^s Flores manthus
 manthum, & rursum Capite 832. Capite autem 804.
 florum manthi meminuit. Coniecto igitur corrupte dictū
 esse pro anthos, quo nomine rosmarinum appellatur,
 aut si id non placet, pro flore Schoeni, idest rotundi odo
 rati iunci, quem Schoenanthum, & nostrates auctori
 tate M. Varronis, qui primus ita dixit, squinanthum no
 minare adsueuerunt. Noris tamen quod Pandectarius
 prodit Manthum esse nihil aliud q^q puluerem Thuris,
 cc quos

quoniam corrupte legit Manthum pro Manna Thuris.
 Adnotandum præterea iudicauimus tantopere lau-
 Zopyrion. datū illud Zopyrion, cuius Nicolaus ad calcem libri sui
 meminit, paulo aliter describere Galenum nostrum libro
 2. Antidotorum, cuius hæc sunt uerba iuxta uersionem
 Guinterij Andernaci. De Zopyrio, quod ualet ad læta-
 lia medicamenta, & omnium serpentum ictus huiusmo-
 di quippiam fertur, quod Zopyrus per epistolam Mi-
 thridatem adhortatur ad antidoti probationem transmi-
 tens ei hominem mortū adiudicatum, ut letale huic medi-
 camentum daret, inde antidotum offerret, mox letale pro-
 pinaret. Id ipsum horrabatur & in serpentibus, uel etiam
 toxicis factitaret, quæ cum ita fierent, contigit ut homo
 nulli periculo fuerit implicitus. Valet etiam stomachicis,
 ad acidos ructus, sanguinem spuentibus, coeliacis, tormi-
 nosis, iecinorosis, lienosis, comitialibus, nephreticis, uteri
 & uesicæ affectus sanat, mortuos foetus educit & retentas
 secundas. Recipit Opopassami drach: 3. Nardi Indicæ,
 myrrhæ troglodytidis, iunci rotundi floris, cinnamomi
 characij, costi, piperis longi, hypocistidis, polij, piperis
 pyriatici, scordij, meu cretici, cardamomi ana drach:
 4. Thuris, opopassami, dictamniana drach: 6. Pe-
 troselinij, cassiæ rubræ ana drach: 7. Croci dra:
 8. Mellis Attici quod satis est. Datur
 nucis auellanæ instar, si febris
 abest ex uino, febrici-
 tantibus cū hy-
 dromelis
 te.

FINIS PARALIPOMENON.

Nico

NICOLAUS A²

LEXANDRINVS MEDICVS VETVSTISSI²

mus, De Compositione Medicinarū secundum

Loca translatus, e Græco in Latinum a

Nicolao Rhegino Calabro.

NICOLAUS CANDIDIS LE²
ctoribus. S. P. D.



AEPE MVLTVMQVE FATIGA²
tus sum precibus eorum qui artem me²
dicam perdiscere, & cum honore et salu²
te ægrorum hominum tractare desyde²
rant: quo uidelicet iuxta artis præcepta
ipsis componendi, dispensandi, & quæ²
libet in certum ordinem redigendi modum traderem, si²
xamq; & firmam doctrinam, per quam compositionum
quæ sunt in usu, unam uel duas aut plures etiam libras
possent conficere. Minime insuper destiterunt adhortari
ut libro complecterer, qua apponderatione singula adsu²
merent ad subscripta medicamenta, siue gummi siue her²
bas seu semina dicas, seu puluisculos, adderemq; morbos
quibus mederetur, & quibus essent comprobata. Victus
itaq; illorū precibus, ad scribendum appuli animū meū,
tum quod honestus illorum fuit conatus, tum quod quo²
uis bene merendi genere de salute hominū promerendū
esse iudicauit semper. Principio autē ad cōpositionē medi²
camentorū cōperiebam tria esse summopere necessaria.

cc ij Primum

Ad componen
da pharmaca
tria requiri.

Mellis idonei
obseruatio.

Primum ut omnia rite ponderentur, gummi, puluisculi & herbae, & similia omnia iuxta debitam stateram suam. Secundum ne uetustate sint uitiata, neue suum uigorem amiserint simplices medicinae, e quibus conflare medicamen compositum anniteris. Tertium ut radices, herbae & semina aptis locis & temporibus lecta sint, reponanturq; in locis & thecis congruis, custodianturq; a fumo seorsum, ab humectatione & udo loco: nam alioqui corrumpentur & fatua redderetur uirtus ipsorum. Porro ad componendum rursus tria praerequiruntur. Mellis puritas, puluisculi cribratio, & apponderatio decens & syrupi ad aquae omnis absorptionem decoctio. Mellis iterum puritatem duo arguunt alterum ne sit aquosum, alterum ne sit nimis decoctum, sed quod satis est: ut uidelicet aptum sit, & leuorem medicamentorum conglutinare atq; eundem longo tempore conseruare. Siquidem melle propter tres causas utimur in medicamentis: conseruat namq; mundificat magnopere, & mitigat dulcedine sua specierum contritarum amarorem. In leuorem iterum rediguntur medicamina bifariam: uel enim in tenuissimum puluerisuntur ueluti in uocatis electuarijs, uel in crassiore sicut in alijs medicinis, & porissimum in medicamentis solutiujs & aluum cientibus. Ceterum artis huius inastimabilis utilitas est: hac enim adiutus compositionem aliquam concinnare tibi poteris quacumq; opus fuerit, siue integram uelis, siue portiunculam saltem aliquam. Artis uero inexpertes ingenti precio sibi necessaria medicamenta comparare coguntur, nonnuncq; uero corrupta & uitiata addoc; minus diligenter composita. Quibus incommodis obnoxij fiunt persaepe, qui cofecturas ignorat ipsi. Plurima autem

autem manent commoda eum qui nouit compositiones
conflare, nam hoc demum pacto medicina bona & non
adulterata siue mendosa apparatus: quæ impendijs etiam
constat minoribus, & quæ si corpori exhibebitur certius
& perfectius operationem suam exeret. Qui uero nouit
quantum uniuscuiusq; simplicis medicinæ ad quamlibet
confecturam assumatur, idem facile deprehendere animo
poterit emendi uendendiq; medicaminis rationem, iustū
precium, & modum rite dispensandi medica-
menta quæ uelis construere.

ADNOTATIONES IOANNIS AGRICOLÆ
Ammonij in prologum Nicolai
Alexandrini medici
diligentissimi.

IN hoc prologo statim ab initio palam facit integrum, & liberum esse ei
qui compositum aliquod medicamen conficere uelit, siue totam composi-
tionem absoluere, siue partiunculam illius tantum. Fuere tamen qui hoc ca-
lumniari soliti sunt, quia putarent medicamen suis uiribus minus pollere, si
non integra compositio iuxta totam descriptionem ab autore aliquo splen-
dido prodita, sed eius qualicumq; particula & quanta alicuius instituto
necessario expeteretur, conficeretur. Quem opponamus illorum sententiæ
habemus in hac arte exercitatisimum Nicolaum nostrum, qui adserit ali-
quem compositionis cuiuspiam unam aut duas aut etiam plures libras posse
conficere, Et paulo inferius: compositionem tibi concinnare poteris siue
integram uelis siue partiunculam saltem aliquam &c.

Medicamenta non sunt uetustate uitata. Hinc ait Dioscoridis in proœ-
mio libri primi ex uersione Marcelli. Sciendum illud etiam, ex herbarum

medicamentis durare ad multos annos solum candidum & nigrum uera-
trum, reliqua ad triennium tantum habere usum. Quam materiam uberior
tractatam require apud Petrum Aponum questione 210.

Radices Herbae & semina aptis locis & temporibus collecta sint. Quod
in citato loco Dioscorides docet cum ait. Illud ante omnia curandum est ut
tempestiue carpantur & seruentur omnia. Ex hac siquidem obseruatione
efficacia sunt, aut euanescentia medicamenta omnia, & paulo inferius. Re-
fert magnopere a siccitate aut imbribus id fecisse, quemadmodum montanis,
uenosis, frigidis, nec uliginosis locis ea legisse: efficaciores siquidem omnia
um his locis uires erunt: quae uero in campestribus, uliginosis, umbrosis, nec
uento perflatis plerumque sunt ignauiora. Multoque magis quae non suo tem-
pore & importune lecta fuerint, aut infirmitate distabuerint. & c. Et rur-
sum. Fruticosa omnia qualis est trixago, abrotanum, absinthium, hyssop-
um: suis seminibus praegnantia legenda sunt, flores antequam decidant: se-
mina cum siccari incoeperint, antequam delabantur: fructus maturi: succus ex
herbis colligendus in noua caulium productione: eodemque modo ex folijs
liquores lachrymaeque, sectis integra aetate caulibus excipiendi. Radices quae
seruari oporteat, radicumque succi & cortices, incipiente in plantis illis so-
liorum defluuio, eruendi, excipiendi & auferendi sunt.

Fruticosa quae
do legenda.
Flores.
Semina.
Succus.
Radices.

Reponantur in locis & thecis congruis. Diligenter hoc docet Diosco-
rides, flores dicens, seruandi sunt, similiter & omnia odorata, tiliagineis,
necque humorem admittentibus scriniolis, chartis aliquando etiam folijsue,
ad seminum in illis conseruationem utiliter inuoluuntur: Ruellius clarius
hoc reddidit, nonnunquam dicens, charta aut folijs semina ut perement ap-
te inuoluuntur. Liquidis medicaminibus densior materia, argentea, uitrea
aut cornea conuenit. Fictilis etiam si modo rara non sit accommodatur, &
lignea, praesertim e buxo: sed aenea uasa liquidis oculorum medicamentis,
quae aceto, pice liquida aut cedria componuntur. Adipem autem & medul-
las stagnae uasis recondi conuenit. Omnia copiosius persecutus est pro-
fritissimus autor Seruitor, quod nomen ego fictitium esse credo, quum eius
liber

Flores quomodo
do seruandi.
Semina.
Liquida.
Collyria.
Adeps.
Seruitor.

liber totus reperitur alius per scriptus. Equidem hic est uigefimus octauus
liber Elluchifemi Elimitharis medici de Baldath, quem uirum apparet e Elluchafemus.
quibusdam librorum suorum libris fuisse Indum.

Mel purum ne sit nimis aquosum. Galenus nanq; li. 7. ca. 6. Methodi **Mel optimum.**
Curandi, Quod mel inquit, colore flauo est & odore suauit, tum purum a=
deo, ut totum pelluceat, ac gustanti acutum iucundissimumq; , preterea tam
sibi cohaerens, ut si digito attollatur, continuum sibi, nec intercisum ad hu=
mum defluat, id omnium est optimum. Si uero abrumpitur, nec demissum
ad terram usq; continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius,
aut partium dissimilium, quod Graeci Anomimeres uocant. Si crassitudi=
nes aut humiditates habere innatantes deprehendes quae nec inter se sunt
similes nec etiam toti. Cerosum magis mel est quod crassius est & cui ta=
les quae etiam crassitudines innatant. Excrementosum uero ac perfici con=
coquiq; difficilius, tum quod totum humidum est, tum in quo multa in par=
tibus sparsa apparent humoris guttae. Porro in quo uel cere qualitas ali=
qua, uel propolis, uel id genus alia gustu deprehenditur, adeo non est **Propolis ho=
die cera uirgi=
nea dicitur.**
optimum, ut etiam malum sit. Quippe nullam penitus alte=
rius cuiusq; rei eminentem in se continere qualitatem
debet. Quo circa quod thymum plane redolet,
non probo. Est. n. id parum con=
summatum, nec plane
quodam modo
mel. etc.

1875
The following is a list of the names of the persons who have been elected to the office of Justice of the Peace for the year 1875.

John A. Smith, Esq.
James B. Jones, Esq.
William C. Brown, Esq.
George D. White, Esq.
Richard E. Black, Esq.
Thomas F. Green, Esq.
Charles H. Gray, Esq.
Henry I. King, Esq.
John K. Lee, Esq.
Robert L. Miller, Esq.
Samuel N. Moore, Esq.
Daniel O. Reed, Esq.
Edward P. Stewart, Esq.
Frederick Q. Taylor, Esq.
George R. Walker, Esq.
James S. Young, Esq.

And the following are the names of the persons who have been elected to the office of Justice of the Peace for the year 1876.

John A. Smith, Esq.
James B. Jones, Esq.
William C. Brown, Esq.
George D. White, Esq.
Richard E. Black, Esq.
Thomas F. Green, Esq.
Charles H. Gray, Esq.
Henry I. King, Esq.
John K. Lee, Esq.
Robert L. Miller, Esq.
Samuel N. Moore, Esq.
Daniel O. Reed, Esq.
Edward P. Stewart, Esq.
Frederick Q. Taylor, Esq.
George R. Walker, Esq.
James S. Young, Esq.

NICOLAI MEDI

CI PERVETVSTI A NICOLAO RHEGINO

Calabro in linguam latinam conuersi, De Compositione medicamentorum κατὰ τὸν αὐτὸν. Caput primum.



VREA ALEXANDRINA CONDUCIBILIS est fluoribus capitis: capitis sedat dolorem, oculorum adstringit lachrymas: dentium dolorem mitigat non modo epota uerum etiam externe illita. Momentanee subuenit Epilepsiae: compescit Manian & omnibus cephalicis causis medetur. Prodest etiam tussientibus, Phthisicis, suspiriosis, cardiacis & sanguinem per os reijicientibus. Siquidem his & paralyticis mirabiliter opitulatur. Confert etiam omnibus laterum & renum doloribus. Nam & lapides frangit, stranguriam & dysuriam soluit &c. Valet enim plurimum ad fluxiones capitis, ad aures, gingiuas, & palatum, ex causis frigidis. Ad cuius usum antequam se quis ad somnum componat, sub drachmae unius pondere in uino calido propinetur. Recipit autem Asari, carpobalsami, hyoscyami, anadrach. 2. & semissem, garyophyllorum, opij thebaici, myrrhæ troglodyticae, Cyperi singulorum drach, 2. Balsami cinnamomi, solij, cedoariae, gingiberis, costi, corallij, Cassiae lignae, euphorbij, Tragacanthi, thuris, meu, styracis, calamitici, saluinae, cardamomi, seseleos, napi, saxifragae, anethi, anisi, ana drach, 1. xilaloos, rheubarbarici, alyptae, castorei, spicae, galangae, opopanax, anacardi, mastiches, sulphuris uiui, paeoniae, Eringij, rosae, thymi, a cori, pulegij aristolochiae longae, gentianae, corticis mandragorae, charmedryos, phur, baccarum lauri, ameos, dauci, macro & leucopiperis, xilobalsami, caroe, amomi, petroselini, seminis

A ligustici

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ligustici, ruthæ, seminis sinonis ana sesquidrachmam, aurifuriputi, argenti synceri, margaritarum albarum, blactarum bizantiarum, ossis cordis ceruini, ana scropulum 1. grana 13. scobis eborimis, calami aromatici, pyethriana grana 9. Mellis quod satis est, exhiberi potest febrientibus cum calida aqua ad quantitatem castanæ: non febrientibus cum uino calido.

IOHAN. AGRICOLAE ANNOTATIO.

Non licuit nobis integre describere hanc Alexandrinæ cōpositionem quod situ squalleret prima charta libri uetustissimi. Erant enim literarij characteres non pauci usu longo consumpti. Proinde mihi confugiendum ratus ad ueteres autores, qui huius quoq; Alexandrinæ meminissent. Et inueni quod instituto nostro abunde satisfacit apud Zachariam Actuariū quod desyderabam. Est enim hic medicus inter posteriores Græcos non postremus: qui in libro de Composit. Medicam. Ruellio interprete tradit in hunc modum. Antidotum aureum Alexandri contra defluxiones capitis frigore conceptas efficax: oculorum lachrymas exiccat: dentium dolores lenit: aduersus capitis cruciatum summopere prodest, illitum fronti:

Alexandri Aureum Antidotū ab Actuario descriptum. Duella est tertia pars unciæ

comiciales, insanos, uertiginosos, & in uniuersum omnem capitis noxam mulcet, tabidis, tussiculosis, humorem à pectore reijciētib; cordiacis, sanguinem excreantibus presenti est auxilio, datum & Ischiadicis, coli et renum cruciatibus: aduersus iliorum noxam, difficultatem urine & eiusdem stillicidium ualet: calculos commūnit: omni uentris affectu liberat: quotidianis & tertianis febribus circa accessionis initium, sufferu facto stoechadis iusculo eximie medetur. Ad hæc addemus etiam confecturam huius aurei Antidoti, quoniam ex translatione Ioan. Ruellij simplicia à Nicolao assumpta ad hoc Antidotū cōmodius intelligi & agnosci possunt. Recipiuntur itaq; Asari, fructus balsami, Apollinaris herbe singulorū duella, scrupulū duo, garyophyli, lachrymæ papaueris, baculorū myrti, cyperi, singulorū duella: balsami, cinnamomi, folij, zudaris, zingiberis, costi, corallij, lingni casie, euphorbij, ciuiberis (id est tragacathæ) thuris, styracis, mei, cardamomi, seselis, saxifragi, iij, nardi celtica, anisi ana sextula: xiloaloes,

rhaz

NE MEDICAMENTORVM.

rhaci castorei, nardi, galangæ, lachrymæ panacis, anacardij, mastiches, sub-
 phuris, pæomæ, eringij, thymi, acori, halicacabi, aristolochiæ longæ, gentia-
 næ, corticis mandragoræ, trixagrini, phu, baccarū lauri, ammis, luphiæ cō-
 positæ (siue quod idē est alyptæ) dauci, piperis longi, ligni balsami semis
 nis petroselini, seminis libyfici, ruthæ, hyssopi, succini amomi ana sextula Sextula quidē
 dimidium, idest scrupuli duo: auri, argenti, unionum (quos margaritas
 uocant) blattij (seu onychis) ofis ceruini cordis ana duella scrupuli duo
 eboris, calami odorati, pyrethri singulorum drachmæ sex.

ANTIDOTVM ARGIVORVM.

Caput. 2.

Confert tussi antiquæ, lumborum dolorem & colicū
 cum cruciatum curat, stranguriā & ischuriā sol-
 uit, calculos tam renum q̄ ueficę ocyus frangit atq; expel-
 lit, sanguinis fluxum undequaq; prorumpens compescit,
 flatus explodit, sudorem prouocat, brachiorum & coxarū
 imbecillitati sæpius acceptum medetur, ad paralyfin cum
 succo elefiphaci potum optimum auxilium est. Recipit
 autem crocomagmatis, idest, croci spissamenti, hedychroi
 ana drach 22. opobalsami, Cinnamomi, galangæ, spicæ,
 costi, opij, carnis dactylorum, anisi ana drach 12. garyo-
 phylli, schoenāthos, petroselini drach 10. croci, glycyrrhi-
 zæ, cedoariæ, styracis calamitici galbani, myrrhæ, thuris,
 pyrethri, asari, petroselini, agrestis, sefelis, piperis albi, sino-
 ni, macedonici, apij, ana drach. 8. rhapsodicæ, mandrago-
 ræ, castorei ana drach. 6. ligni aloes anthophylli, folij, cas-
 siæ russæ, anacardi, mastiches, tragacanthæ, euphorbij, se-
 rapini, therebinthinæ, sanguinis drachonis, celticæ gen-
 tianæ, toris syriaci, macro & melanopiperis, carpobalsa-
 mi, limini, erucæ, sileris, amomi, asphalti ana drach. 2.
 Mellis quantum satis est. Propinatur febricitibus cum
 aqua tepida, non febricitibus cum uino.

A ij Adnotat

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Alterum autē
exemplar cla-
rissimi uiri D.
Ambrosij Iun-
gij Antidotum
hoc omnio nō
habet.

ADNOTATIO Agricola. Antidoti huius inscriptio ambigua etiamnum apud nos est. Quoniam codex manu scriptus ex pergamento uetustissimus eruditissimi uiri Adolphi Occonis Physici Augustani, non quidem blattis & tineis corrosus, cognomentum huius antidoti nobis ademittit: sed quia extinum illud libri primum folium per tot lustra toties in manibus uersatum, & contrectatum fuerat, ut in titulo antidotarij descripti tantum tres priores literas arg. oculis peruidere licuerit. Inclinabat itaque primū eō animus, ut putarem antidotū hoc ab excellentia argenteum fuisse nuncupatū olim sicut Alexandri aureum: adumbratio tamen elementorum latinorum ad magis arguorum quā argenteum alludere postremū uidebatur. Ceterū qui uim & uirtutē medicaminis expēdere uelit, in usum familiarē uocare illud facile poterit utcumq; appellauerit. Admonere tamē uoluimus candidū lectorem scrupuli quē penitus disuere ob caligantem oculorum aciem & longo usu consumptam scripturam nequiuimus.

ANTIDOTVM HADRIANVM.

Caput. 3.

HAdrianum appellatur ab Hadriano Imperatore Romanorum, qui primus hoc fertur composuisse. Efficax autem est ad omne capitis uitium quod conciliauit frigiditas, ad oculorū caligationem, ad hemicraniam Exhibetur porro cum uino excalefactio in quo saluia decocta sit uesperis instar auellanæ. Utiliter etiam porrigitur quartanarijs cum decoctio gentianæ uel origani ante inuasionem. Quod si in lithiasi dare uelis, uino oportet admisceas in quo bulierit saxifragum uel lithospermon. Habet autem opij Thebaici drach. 3. Casia lignæ hyosciami ana drach. 2. & semis, Euphorbij, piperis albi ana drach. 7. & gra. 6. felis, seminis apij ana drach. 1. scrupulum semis gran. 2. folij, origani ana drach. 1. scrup. 1. Opobalsami, petroselinij, macis, styracis, calamij, zingiberis, xilobalsami, cyperi, carpobalsami, macedonici ana drach. 1.

Lithospermon
id est, lapido-
sum semen, ho-
die milium so-
lis appellatur.

NE MEDICAMENTORVM.

Moschi gra. 6. seminis fœniculi scrup. 2. & gra. 8 Calami,
aromatici, drach. 2. gran. 2. Cinnamomi, costi, croci, rhæi
pōtici pirethri, acori, dauci, cretici, anisi, ana drach, semis.
gran, 6. Castorei drach. 1. & semis. Serapini, Myrrhæ, ro
sæ, cardamomi, amomi, ruthæ agrestis, ammis ana scrup.
1. gran. 4. Casiæ fistulæ scrup. 1. Quidam addunt Elelis
phaci drach. 2. Mellis quantum sufficit.

Manu scriptus codex addit quod ad omnes uitæ desperationes præua
leat, ad epilepsiam, melancholiam cum decocto costi, ad scotoma cum uino
albo, cephalalgiam, cum aqua tepida. Ad dolorem & frigiditatem uentricu
li cum posca calida, uel cum absinthij decocto: iecinorosis cum apozimate
eupatorii, splenicis cum decocto capparum: nephreticis cum apozimate
xilocasiæ, stranguriosis cum decocto lithospermi & melonis & citrulli
seminis. Calculosis cum decocto saxifragi. Colicis cum uino in quo cumi
num uel castoreum fuerit decoctum. Periodicis febribus ante horam inua
sionis in apozimate pigani eius namq; uirtutem sapientes plurimi sunt ex
perti, Accipiebant equidem gallum morsum à serpente, & ei in os uel au
rem instillabant antidotum hoc & continuo liberatur.

ANTIDOTVS HADRIANI POS
terior. Caput. 4.

Recipit piperis drach. 20. seminis hyoscyami albi
drach. 20. opij drach. 10. Croci drach. 5. spicę nardi
euphorbij, amomi, pyrethri, cyperi, cardamomi, phylli, ru
tæ siccæ, casia, castorij, seminis dauci, Myrrhæ, petroselin
iana drach. 1. rosarum siccarum drach, unam & dimidiã
seminis apij drachmam & dimidiã, zingiberis, opobals
amiani drach. 2. Mellis quod satis est.

Aptissimũ est hoc antidotum cephalalgicis, scotomate laborantibus, epi
lepticis cum hydromelite, dentium doloribus, thoracem purgat, iecinorosis
A iij ictericis

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Ictericis cum Oenomete si febris absit, pleuriticis cum hydromelite: omnes causas renum laborantium cum tepida administratum curat. Calculos cum apozimate apij frangit & expellit. Secundas educit cum hydromelite. Periodica frigora cum decocto gumi haderi emendat, propinatū ante horam inuasionis. Morsus à uenenatis inflixos cum hydromelite potum & plage impositum percurat. Aetius libro. 13. cap. 108. addit dari ad summum nuscis ponticæ magnitudine de hoc antidoto, minimum uero fabæ Aegyptiæ modo. Facit autem, ut habet Cornarij translatio ad colicos ante somnū data ex aqua calida, Stomachicis & qui reuomunt cibum ex posca, in urine stillicidio ex aqua calida. Hæmoptoicis ex posca, dysentericis, eam in catapocia redigito, & ab eorū deglutitione modicam poscam absorbendam præbeto. Tabidis ad noctem cum hydromelite dato: aride uero tussientibus cum melle delingendam exhibeto. Morsus à phalangijs & uiperis cum uino mulso, Educit & menses cum uino mulso accepta in quo pulegium aut calaminthe aut ruta sit incocta. Colicis cum aqua mulsa datur.

ANTIDOTVS ACHARISTOS.

Caput. 5.

SIc appellata est quod ei nemo gratias satis dignas referre possit, Magna est enim hæc antidotus & admirabilis ad per sanandos arthriticos, tussientes morbos pectoris & pulmonum, ad uomiturientes perpetuo, ad discrasian iecinoris ratione spiritus flatuosi, lienis ad intemporatū lienem propter cronicum morbum. Ad hæc pleuritidi, ileo id est uoluulo, nephritidi & stranguriæ peculiariter medet. Insuper Hæmoptoicis & dyspnoicis summū remediū est, itidem & torminosis, colicis & omnibus uenenosis moribus.

Edoctus hoc à Galeno qui tū elibi tum li. 7.

Nicolaus statim exigendam mercedem arbitratur, quia Acharisti nomen non sine munere interpretari possit, & pharmacum hoc semper & in quauis causa suum euentum sortiat. Recipit itaq; costi, galbani, opij, phoenicon

NE MEDICAMENTORVM.

phoenicon Indi, hyssopi, sem. lini ana drach. 6. spicæ, croci, xilobalsami, casia, fistulæ, xilocasie, calami aromatici, reupontici, Myrrha, styracis calamitici, oppopanacis, bdelij, armoniaci, libani, cicidon id est gallarum, celticæ, abrotani, acori, asari, blactæ, roris syriaci, seyllie, daphnidon, pyrethri, amomi, anisi, psillij, ozimi, dauci, libystici, maratri, meconis, trium piperū ana drach. 4. floris syriaci drach. 4. Helenij drach. 3. Veratri nigri, zingiberis ana drach. 2. Mellis quantum sufficit. Exhibeatur drach. 1. febricitantibus cum calida, non febricitantibus cum uino. Hactenus Nicolaus.

Phoenica palmā appellāt Græci, ut est apud Diosco. li. 1. cap. 119. nascuntur in Agypto, Syria, & Romæ etiam fructus palmarum Dactili habentur & sunt Thebaica palmule & Tamarindi. CECIDA Græci appellant gallam de qua consule Dioscor. li. 1. cap. 127. BLACTÆ. Scriptus in pergameno codex excellentissimi doctoris Adolphi Occonis non blactæ sed brathi habebat, & putamus hanc esse lectionem genuinam. Si quidem Dioscor. octogessimum nonum caput libri primi, ita orditur iuxta translationem Virgilij. Brathy, sunt qui barython & qui borathon uocēt, Romani herbam Sabinā dicunt. MECON Græcis significat papauer. HELENIVM uero nostri tum Enulam tum Inulam appellant.

ca. 5. De compo. secundum loca, tradit medicamina optima non prius esse danda quā mercedē acciperis, alij Seleni id est apij. Manuscriptus codex p duab. cassijs, habet tantū cassiam.

Sabina.

ANTIDOTVS ACHARISTOS ALTERA. Caput. 6

CONFERT hæc ad omne uicium quod interne in corpore humano nascitur ad scotoma, tumefactos, tussientes, ad apostema pectoris & pulmonis, ad pleuritida, deficit & purgat, ructum malum curat, coctionem uentris iuuat. Ileon & nephresin sanat. Hemoptoicis medetur ad ditis tribus guttulis oxyrei id est olei acetosi. Datur & mulieribus quæ non purgantur si non sint impregnatæ. Recipit autem myrrhæ, casia fistulæ ana drach. 9. & scrup. 1. croci drach. 5. spicæ drach. 4. & dimidiam seminis libystici drach. 3. anisi drach. 2. & dimidiam castorei, galbani ana drach. 2. costi, piperis albi & nigri ana drach. 1. Mellis quantum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

quantum sufficit. Exhibeatur instar auellanae febrilentibus cum tepida non febrilentibus cum uino.

AETIVS libro 13. cap. 109. paulo aliter disposuit hoc antidotum, latius equidem factus inquit Acharistos Antidotus habet Casiae, myrrhae, piperis albi & nigri, castorij, galbani, styracis, croci, cofci, opij, spicae nardi, singulorum par pondus. Mellis quantum satis est. Datur magnitudine fabae: facit ad omnia diuturni temporis purulenta in thorace, & ad hepaticos cum aqua mulsa, et ad colicos eodem modo, ad splenicos cum aceto mulso. Reperias autem ipsam & ad alias plurimas affectiones approbatam.

ANTIDOTVS ATHANASIA
magna. Caput. >

HAEC est eximie admirabilis. Curat enim dolorem capitis, oculorum & aurium cum succo accommodo instillata: stomachicis opitulatur & cibum non concoquentibus. Sanguinem e naribus erumpentem compefcit cum succo pentaphylli dissolutum & fronte illitum uel naribus instillatum, Sanguinis anabrosin diastomosin & diapedesin sistit, siue ex pectore, pulmone uel iocinore fiat comixta cum polygonati id est proserpinace succo. Cum posca pota potenter arceat menses muliebres: cum uino in quo uerbena decocta est pota potenter astringit. Vter suffocationi, gonorrhoeae, diabeti, & omnibus uiscerae immodicis fluctionibus medetur, coeliacis, cholericis cum aqua in qua amilum infusum est opitulatur. Dysentericis cum decoctione gallae, lienum uicinis cum apozemate balaustrorum, apostematicis cum aqua tragacanthae & his qui uenenum absorpserunt cum oleo & melle, a serpentibus morsis cum decoctione Aristolochiae auxiliatur. Porro in confectura recipit Cinnamomi, cassiae fistulae ana drach. 10. et scrus

NE MEDICAMENTORVM.

scrupulos 2. Croci, schenantos, styracis. phu, fileris, hyo-
scyami, apij, dauci, anisi, opij, ana drach. 9. & scrup. 1. spicæ,
folij, castorij, myrrhæ troglodyticæ, auripigmenti, asari,
cori, mandragoræ, corticis, polleos, lauri, meu, piperis
longi & albi petroselinij ana drach. 3. Mellis quod sufficit.
Dosis usq; ad drach. 3.

ANTIDOTVS ATHANASIA MINOR

Cap. 8.

Conducit nausæ, foetenti ori, empyis, hemoptoicis,
hecinorosis, spleneticis, pleureticis, nephreticis & colicis,
morsibus canis rabiosi & uenenatorū aliorum. Re-
cipit autem spicæ, croci, costi albi, myrrhæ, phu, amomi,
dauci, petroselinij ana drach. 6. piperis nigri drach. 2. Mel-
lis quod satis est. Dosis in quantitate nucis myristicæ. Fe-
brientibus cum tepida non febrientibus cum uino.

AGRICOLA. Hactenus Nicolaus Athanasias prodidit. Variat
autem nonnihil Aetius & Paulus Aegineta. Aetius. li. 17. ca. 150. Aegy-
ptiorum inuentum esse tradit, & fieri ex croci, spicæ nardi, phylli, costi,
fœni græci, glycyrrhisæ, radicis eupatorij, petroselinij, styriacis, casia, opij
singulorum partibus equalibus, Mellis. q. s. Dariq; ad summum nucis auel-
lane magnitudine hepaticis si no febriant cum uino mulso, febrientibus ue-
ro cum aqua mulsa, ad dies ex ordine septem. In angina cum melle delin-
genda, in affectionibus pulmonis & pleuriticis cum aqua mulsa. Stoma-
chicis & qui non cōcoquūt cibum cū posca. In fluxionibus uero stomachi
& alui in cata pocia informatam dandam, quibus deglutitis aquam frigidā
bibendam. Ad exulceratam uesicam & uulnam cum tepida aqua in mor-
bo arquato, hydrope & rhenum morbo cum uino mulso. Ad febres diu-
turnas per circuitum redeuntes summe auxiliatur ante accessionē accepta,
B his

NICOLAUS DE COMPOSITIO

his qui diuturna oculorum fluxione laborant datur ad noctem & frons ex ea illinitur, Hemoptoicis & Dysentericis ex posca ante somnum exhibetur. PAVLVS autem lib. 7. cap. 11. uocat Athanasiam anodynā uel Pleureticā Oribasij, nomen uero ab immortalitate sortite sunt omnes Athanasia, Placat hæc oribasij Athanasia dolorem costalem, & est conflata ex Casia drach. 3. spicæ nardi, amomi, croci, opij, styracis, myrrhæ, costi ana drach. 4. mellis despumati quod satis est. Adultis datur nucis auellanae quātitate, minoribus natu fabæ instar, pueris cicercis magnitudine. Reperitur insuper Antidotum Mytridatis Athanasia dictum, aduersus lætifera uenena & animantium ictus, quæ uirus ei aculantur efficax: stomachicis & quibus in uentriculo cibus coacescit, sanguinem excreantibus, tussi longa conflictatis, iecinorosis, lienosis, uteri & uesicæ affectibus, & recipit piperis candidi grana 40. mai, asuri, acori, dauci, petroselinī, nardi Indicæ, negyritæ calculi, ana semunciam: costi, myrrhæ ana unciani, cinnamomi, casia ana drach. 12. Mellis quantum erit satis: in quibusdam Agaricum & scordium adduntur.

Athanasia
Oribasij.

Athanasia
Mytridatis.

Antidotus
quid significet

HIC OBITER animaduertendum propter uarij generis antidota, quæ Nicolaus hæctenus descripsit, et posthac allaturus est: quod priusci autore Paulo Aegneta Antidotus appellabant facultates, quibus morbis succurritur, non quæ extrinsecus imponuntur, sed quæ intro in corpus sumuntur: quarum tres enumerant differentias. Quædam enim lætaliū medicamentorum gratia offeruntur. Quædam propter feras ictu uel morsu uirus ei aculantes. Quædam deniq; affectionibus ex praua uictus ratione prouenientibus opitulantur. Nonnullæ uero tres commoditates promulgant, e quorum numero etiam Antidotus quæ Theriaca uocatur, esse creditur.

ANTIDOTVM AVRELII CAPVT. IX.

EXpertū ad dolorem stomachi, Epatis, Splenis, etiā Hydropicis in modum Auellanae oblatum, si quis febricitauerit, cum tepida, si non febricitauerit cum uino.
Et postq̄

NE MEDICAMENTORVM.

Et postq̄ acceperint, leuiter exercitentur, quod Calendis Septembris, usq̄ ad Calendas Iulij septem diebus continuis per mensem accipiatur, & qui hoc ita usus fuerit Antidoto, non tentabitur a suspirio tussis, neq̄ dolore cordis & iecinoris, & coli tormento, ab Ylij dolore, renū & coli neq̄ Ischij dolorē, nec spasmum patietur. Recipe Castiæ, Origani, Abrotani, Sabinæ, Chamedrios, barbæ Iouis, Eupatorii, Cyperi, Serpilli, Gentianæ, Aristolochiæ longæ, Radicis Agrimonix, Radicis Dracontij, Acori, Saniculi, Leuco piperis, Marathri, Cimini Thebaici, Pilonis, Petroselini, Seminis Citri, Seminis rapæ, Astranciæ, Seminis Iunci, Lapsanæ, id est rape agrestis, Seminis rutæ Agrestis, Seminis Harmoraciæ, Seminis Arnoglossæ, ana drach. 9. Mellis quantum sufficit.

Laxana à uerbo lapsa quod lambere significat nominata est: quia folijs humum lambat, Syluestre olus est, & prodit altitudine pedali, tribus hirsutis folijs, cetera Napi similis, nisi quod flos est candidior, Vulgus Brassicam syluestrem uocat. Vide Dios. li. 2. Galen. et Plinium. li. 20. ca. 9.

ANTIDOTVM ASCLEPIADEVM

Maius. Caput. 10.

Antidotū, hoc est mirabile, quoniā facit ad oēs passiones pectoris, & stomachi, & Phthysicis non febriētibus confert, Renum & coli dolorem emendat. Periodicis passioibus singulariter medetur, Ante horas accessionis cum erucæ succo potatum, sed maxime hoc medicamento in Quartanarijs utimur, eo quod in longum pertrahuntur, nam ut multum in cōtraria potione sanantur. Recipe Opij Thebaici drach: 3 1. Spicæ, Myrrhæ, drach.

B ij 19. &

NICOLAUS DE COMPOSITIO-

19. & scrup. 2. Schoenantus, Melano piperis, Apij, Sio-
nonis Syriaci ana drach: 18. & scrup: 2. Seminis Anethi.
drach. 15. Seminis Costi drach: 10. & scrup. 1. Croci, Leu-
copiperis, Petroselinii, ana drach: 9. & scrup. 1. Styriacis
calamitæ, Croco magmaticis, Asari, ana drach: 6. Reupona-
tici, Cassiæ fistularis, Macro piperis, ana drach: 4. & Se-
minis Cinnamomi, Sefelis, ana drach: 4. Mellis quatum
sufficit, dosis eius drach: 1. in febricitantibus cum tepida,
non febricitantibus cum uino.

ANTIDOTVM ASCLEPIADEVM

Minus. Caput. 10.

Theion apyrō
sulphur appel-
lant Græci, ui-
uum, eo quod
ignem non est
expertum: qd
quidem est ha-
bendum proba-
tissimū Diosc.
li. 5. ca. 78.

Antidotum hoc est aptum Pleuriticis, Nephreticis,
Colicis, & Calculosis, menstruis imperat, Hydro-
picis prodest, & Periodicis passionibus utile est. Recipe
Cinnamomi drach: 12. thiū apyru drach: 7. Costi, Eu-
phorbij, Mandragoræ, Aristolochiæ longæ, ana drach: 3.
Myrrhæ, Opij, Libani, Melano piperis, Cardamomi,
Hyoscyami, ana drach: 2. Mellis quod sufficit, Detur in
modum Auellanæ, febricitantibus cum tepida non febricitan-
tibus cum uino.

ANTIDOTVM APOLLONII

Laodicensis. Caput. 11.

Congruit dyspnoicis, Anhelosis, & antiquæ tussi, ad
dolorem pectoris, stomachi, & interaneorum ita ex-
pertum, ut in huiusmodi passionibus ceterorum medica-
minū uirtutes uincat, & ægros infra tertium diē quietos
reddat

NE MEDICAMENTORVM.

reddat. Recipe Leucopiperis drach: 20. Croci drach: 6.
Cinnamomi, Hyoscyami ana drach: 4. Azari drach: 2.
mellis quod sufficit, Dosis eius in modū nucis myristicæ.

ANTIDOTVM AVGVSTINI.

Caput. 12.

Quod facit ad uertigines capitis, ad frigiditatem pe-
ctoris, & ad duritiem, & dolorem, & inflammatio-
nem uentriculi: digestionem procurat, pallorem aufert &
colorem bonum facit, Dolorem interaneorum soluit, He-
patis & Splenis uentositatem expellit, & bonum appeti-
tum procreat. Recipe Zinziberis drach: 32. Spicæ drac.
32. & scrup. 1. Amomi, Baccharis drach: 32. Leuistici,
Petroselini ana drachmas 16. Melano piperis, Thyni ana
drach: 4. & scrup: 1. Mellis quantum sufficit, detur in mo-
dum Auellanæ cum tepida.

ANTIDOTVM QVOD HELENÆ

Augustæ Conficiebatur. Caput. 13.

Facit ad uertiginem capitis, & faciei tumores, tussim
stridorem pectoris sanat, & debilem uocem corrobora-
rat, Stomachi dolorem & duritiem cum tepida oblatum
emendat, Hepatis & splenis tumorem deponit, Tensioes
laterum & puncturas intestinorum sapius sumptum au-
fert. Stranguriam & Dysuriam soluit, Menstrua deducit
& conceptum confirmat. Recipe Cinnamomi, Zinzibe-
ris, Leucopiperis, ana drach: 8. Galangæ, Libyistici, ana
drach: 6. Caroi, Petroselini, Macedonici, Apij, Seminis
B iij Marathij

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Marathri, ana drach: 2. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum tepida.

CAPVT. XIII.

Antidotum aptum Epilepticis, & ad Cartarchum, & tussim ueterem, stomachicis, Epaticis, Pleureticis, Nephreticis, Colicis, Coeliacis, & ad Hemoptoicorū dolorē prodest. Recipe Spicæ, Croci, zingiberis, Calliæ, Macropi piperis, ana drach: 27. & scrup. 3. Gentianæ, Seminis Selini, ana drach: 18. & scrup. 2. Opj, Leuco piperis, anisi, ana drach: 9. & scrup. 1. Mellis quod sufficit. Desur in modum Auellanæ cum tepida.

Selinõ Græce
latinis Apium dicitur, quasi Eulus seu omenon hoc est, paludibus impulsus.

Quare Homerus Eleothrepton Apium cognominat, quod paludosis enatū lactius exurgat.

CAPVT. XV.

Antidotum aptum Ortopnoicis, & ad clarificandā uocem, & ad omnia quæ secundum frigidam distemperantiam superueniunt impedimenta. Recipe Seminis ruthæ drach: 18. & scrup. 2. zingiberis, Melano piperis, Petroselini, ana drach: 9. & scrup: 1. Aceti Phialam unā, Mellis quod sufficit. Conficitur sic. Acetum cum melle ad consumptionem bulliatur, & inte Antidotum temperetur, in modum nucis myristicæ cum tepida.

CAPVT. XVI.

Antidotum probatissimum ad capitis dolorem, Scotoma, ad sanguinem, & oculorum dolorem, lacrymas potenter stringit, & uisum clarificat, humoresque in capite malos congestos desiccet, stomachum calefacit & confortat. Recipe Aristolochiæ drach: 27. & scrup. 2. Spicæ,

NE MEDICAMENTORVM.

æ, Costi, Croci, Hyoscyami, Cynoglossæ, ana drach: 9. et
 scrup. 1. Melano piperis drach: 4. Lasersis scrup. 2. Mel-
 lis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum tepida.

CAPVT. XVII.

Antidotum probatissimum ad diuersas infirmitates
 corporis, ad maniacos, Epilepticos, Lunaticos, &
 solitudinem amantibus, & timidis medetur. Recipe Am-
 bari id est ambræ, Mosci, Styracis, Galbani, opoponacis,
 Lasersis, Myrrhæ, Castorei, Bituminis iudaici, sanguinis *Fortassis legē-*
 Draconis, Vertrus, Veronicæ, Splenis equi, Cordis taly *dum Veratri.*
 pini, Petrolei, Ana drach: 30. mellis quod sufficit, Alij ad-
 dunt Scammoneam secundum libitum dentur drach: 3.
 triginta diebus continuis, cū drach: duabus pulueris ona-
 grini cerebri, cum tepida si febrerint, si non febrerint cū
 vino.

*Ambram Ambaron Græci appellant. Annotauit autem Hermo, Bar-
 barus in li. 1. ca. 119. Diosco, Ambram illam, succium orientale commode
 appellari, incompertumq; ueteribus Aëtio excepto, & multis locis scatu-
 ricus bituminis aut sulphuris modo.*

CAPVT. XVIII.

Antidotum quod facit ad passiōes capitis. Asthma
 tictis, Empyicis, Pleureticis proficit. Causas Renū
 & colī compescit, Periodicos typos emendat. Eius Antī-
 doti uirtus non est parū pendenda. Præcedit enim alia
 Antidota in uirtute. Recipe Selini drach: 10. Croci, Cas-
 storei, Opij ana drach: 9. & scrup. 1. Myrrhæ, drach: 8.
 Melano piperis, Petroselinī ana drac: 7. Spicæ, schœmā-
 thus

NICOLAUS DE COMPOSITIO

thus, Cassiæ Fistulæ, Anisi ana drach: 6. Styracis, Costi, Nitri, Afari, Sinonis, ana drach: 3. Macro piperis, Silet ris, Amomi, ana drach: 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

CAPVT. XIX.

Antidotum, quod medetur Astmaticis, tussicibus, phthysicis & pleureticis ex calido & sicco patientibus, quod Recipe Penidiarum drach: 50. Pincarum purgatarum, pascularum, enucleatarum, amigdalorum carnis dactylorum, Glycyrrhizæ, zingiberis ana drach: 7. Amyli, Tragachantæ, Thuris, Mastiches, fabæ farinæ cōmidionis, Seminis lini ana drach: 4. mellis quod sufficit, Conficitur sic, Penidiæ cum melle lente igne coquantur, & inde Antidotū temperetur. Detur ex eo mane seu uespere, dosis eius drach: 3.

Commidion Simon. Genuensis scribit esse gummi quodcumq; Apud Græcos uero exotica haberi omnia nomina neutrius generis in i præter meli tradit Athenæus. Existimo autem hinc Nicolaum nostrum hic loqui de gummi Arabico: plerâq; enim suis descripsit ex Græcis, Quoniam deprehendimus serè Galenum et alios medicos uetustiores simpliciter cōmi, ita enim appellant gummi pronunciare, absq; Arabici adiectione, uel arboris etiam unde colligitur.

CAPVT. XX.

Antidotum aptum tussientibus, Phthysicis & periodice febrientibus, Recipe Croci Orientalis & Hortensis, Glycyrrhizæ, ana drach: 8. Cinnami, Spicæ, Styracis, Opij, Myrræ, Galbani, Anisi, Apij, Dauci, Hyosciam

Icyami ana drach: 3. mellis quod sufficit: Datur in modū
nucis cum calida.

CAPVT. XXI.

Antidotum congruens tussientibus, & ad dolorem
Stomachi, & Pleuræ, ciliosis, Nephreticis & Colicis
opumū est, Quartanarios absq; mora sanat. Recipe Thi-
bapyri, Opj, Melano piperis, ana drach: 1 8. & scrup. 2.
Spicæ, Croci, Cassiæ, Xilobalsami, Euphorbij, Castorei,
Pyretri, Iridos Celticæ, Anisi, petroselinī, apj, Hyosi ya-
mi, Sinonis, Dauici, Alexandri, ana drach: 9. & scrup: 1.
Cariophylli drach: 6. Mellis quod sufficit, detur in modū
auellanæ cum calida.

Thibapyrum
corrupte dixit
pro thio apy-
ro idest sulphu-
re ignē non ex-
perto quemad-
modum ca. 10.
annotauimus.

Alexandri. Vtitur non raro Nicolaus Alexandri dictione, iuxta idio-
ma gentis suæ italicæ, quæ alio nomine hoc idem simplex medicamen uo-
cat Maceronem quasi Macedonem dicere uelit Diosco. li. 3. ca. 72. ita me-
mini huius simplicis. Smyrnum dicens Cilices Petroselinon id est in pe-
tris nascens apium dicunt etc. Ioan. Manardus li. 9. epist. 3. breuibus dilu-
cidat Smyrnum dicens, quicquid alij sentiant, mihi est id, quod nunc Alex-
andrum uocāt, uoce ab olusatro deflexa Florentiæ Macerones, corruptis
& ipsa à Macedone nominatione.

CAPVT. XXII.

Antidotum, quod facit ad flatuositatem & frigidatē
Stomachi & præcordiorum, Hydropicis & nephres-
ticis salutē præstat, & causis uesicæ medetur. Recipe zins-
giberis, Hyllopi, Leuco piperis, & Melano piperis, petro-
selini, Sileris, ana drach: 4. Helenij, Macropiperis, ameos,
Anisi, Marathri ana drach: 2. mellis quod sufficit, Dosis
drachmæ tres cum tepida.

C Caput

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

CAPVT. XXIII.

Antidorum quod facit ad rheumatismum faucium, & uuae, arteriacis ex catharro tussientibus prodest, ad frigus & dolorem, seu stridorem pectoris & stomachi aptum est, uomitum abscindit, coctioem procurat Hepatis & Splenis, dolores & tumores resoluit. Renes & uesicā calefacit & purgat. Recipe zingiberis Dactylorū, Ameos. Carui, libyfici, apij, Foeniculi ana drach: 19. & scrup: 2. Cinnamomi, petroselini Macedonici ana drach: 9. & scrup: 1. mellis quod sufficit, detur in modum auellane cū uino seu cum aqua diuretica.

CAPVT. XXIII.

Antidotum ad pectoris frigiditatem & stomachi duritiam; interaneorum apostemata purgat, anhelitū bonum facit, & defectis corporibus pristinas uires reuocat. Recipe Seminis Lini assi, nuclei purgati, ana drach: 36. & scrup: 4. Cinnamomi, zingiberis, Pyrethri, Leucopiperis ana drach: 5. Ameos drach: 5. Apij drach: 4. mellis quod sufficit, detur in modum nucis myristicæ cum mulsā.

CAPVT. XXV.

Antidotum ad stomachi & p̄cordiorum dolorem, Hæmoptoicis, & Coeliacis auxiliat, Colicis & Hæmorrhagijs omnibus extemplo succurrit, & periodica frigora emendat. Recipe Costi drach: 36. & scrup: 4. Cinnamomi, Castorei purissimi, leucopiperis, Opij Apuli, ana drach: 18. & scrup: 2. Moschi drach: 2. mellis quod sufficit.

NE MEDICAMENTORVM.

sufficit. Dentur de eo drach: 2. mane uel uesperī, si febris non fuerit cum uino.

ANTIDOTVM PYTHAGORAE.

Caput. 26.

Quo Pythagoras Samius utebatur contra omnia quæ in stomacho dolent, hoc Antidotum multos ab hoc uirio liberauit, & expertum dilectis communicauit. Recipe Iridos drach: 18. & scrup. 2. Gencianę drach. 5. zingiberis drach: 4. & semis. Melano piperis drach: 4. mellis quod sufficit. Datur in modum nucis febrientibus cum tepida.

CAPVT. XXVII.

Antidotum quod peculiariter curat Phthificos ex catarrho factos, pectoris causas mitigat, & tussim cōpescit. Recipe zingiberis, pegani, Iridos, Abrotani, narcisci, Betonice, prassij ana drach: 9. & scrup: 1. Pulegij dra: 4. & scrup. 2. Thuris, Opoponacis, Opij, ana drach: 2. Melano piperis et leuco piperis ana drach. 1. Iaseris scrup: 2. Mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cum uino in quo decoctum est papauer.

ANTIDOTVM IMMORTALE

Caput. 28.

Quod facit ad tumorem, & dolorem & tussim hepatis dicitur enim immortale. Recipe Eupatorij dra: 36. & scrup: 1. Spicæ, Cassiæ, Costi, ana drach: 12. Glycyrrhizę drach: 6. Reupontici, Asari, ana drach: 4. Cariofillorū, croci, Foliij Styracis optimi, Petroselinī ana dra: 2. mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum tepida.

C ij Caput

NICOLAUS DE COMPOSITIO-

CAPVT. XXIX.

ANtidotum ad collectiōem Hepatis & tussē, edūcit ex cerebro per nares pituitā, & malos humores ibidē collectos. Recipe Costi, Croci, aloes, Styraçis, Mirrhae, amigdalorum amararum, Gencianae, absinthij, Ciperi, Daphnidon coctarum, Melano piperis, petroselinī, anisi, Feni græci, ana drach: 10. mellis quod sufficit, datur in modum auellanæ cum tepida.

Daphnides sunt lauri baccae, ut Dios. li.

1. cap. 91. & Cor. Celsus. li.

5. ca. 19. de Emplastico emplastro ad extrahendū polente: & Daphnidon id est ex baccis lauri confecto insinuant.

CAPVT. XXX.

ANtidotum optimū ad splenis dolorem & uentositatem ex duritiā: quod omnium interaneorū tormina curat, & Enphraxim aperit. Recipe Spicæ, Schoenanthus, Cassiæ lignæ, Reupontici, Laccæ Polij, Radicis capparis, aristolochiæ longæ, Aloes Hepaticæ ana drach: 5. mellis quod sufficit. Alij addūt de aloes ad pondus omnium sperierum, datur in modum nucis myristicæ cum tepida si autem necesse est subpurgare, addatur Diagridij drach: 1. uel dimidia.

CAPVT. XXXI.

ANtidotum quod facit ad uentositatem & duritiem splenis. Recipe periclymeni drach: 5. Cardamomi drach: 4. Scylle asse drach: 18. & scrup: 2. Costi drach: 9. myrobalani, Chebulorum, Foliorum myricæ, Herbæ scolopendriæ ana drach: 6. Umbilici Veneris, Cotyledonis, Xyridis, Hyperici, Baccarum Hederæ nigræ, ana drach: 2. Lachrymarū ammoniaci drach: 1. mellis quod sufficit. Dentur de eo drach: 3. mane cum Oxymeli & uel aceto Scyltico.

Xiris est iuxta descriptionem Dios. Gladiolus luteus, uel iris siluestris inter se pes proueniens. Vide Dios. 4. ca. 24.

Suspisor

NE MEDICAMENTORVM.

Suspitor Umbilicum ueneris ad seriem orationis additam esse expostionis gratia. Est enim unum & idem simplex medicamen Coryledon sine Cymbalion. Romanis Umbilicus Veneris appellatum. Apud Diosco li. 4. ca. 87. in Ruellij uersione ca. 97. Quidam apellant Acetabulum ueneris.

ANTIDOTVM CONTRA FLVXVM SANGVINIS & Vomitum & debilitatem Stomachi
CAPVT. 32.

R Ecipe Succi Citoniorum & corticis Citri, & integri mali Granati ana drach: 37. & Scrup. 1. Caryophylli Amyli, Mastiches ana drach: 18. & Scrup: 2. Macetis Cinnamōi, Coralli, Acatia, ana drach: 9. & Scrup: 1. Ligni Aloes, Gallia Moschatae, Croci, Seminis Basilici, Seminis quinq; neruiae, ana drach: 4. & semis, Camphure scrup: 2. Moschi scrup: 1. Mellis rosei quod sufficit. Conficitur sic, Succum cum melle lento igne ad spissitudinem decoquantur, & inde puluis terendorum temperetur, datur mane & uespericum aqua pluuiali.

Caphura, ut Aetius prodidit arbor in India tanta magnitudine uisitur, ut sub eius umbra hominum centurie condi possint Nascitur in montibus mari uicinis materia Lenti, ferulacea, quae gummi aut lachrymam fundit, eiusdem quo arbor nominis. Quum frequentibus coelum fulgetris choruscet & tonat uel terra motu concutitur, largioris huius prouentus augerium est.

CAPVT. XXXIII

A Ntidotum quod facit contra omnes fluxus uentris, Dynteriacis & Lientericis Summum remedium
C iij est.

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

est. Proficit Hemoptoicis, & eis qui ex internis sanguinē fundunt. Recipe Mastiches, Caryophylli, Cinnamomi, Costi, Opij, ana drach: 10. Lacca, Acaciae, Boli, Balauſtia, Myrrhae ana drach: 8. Galliae Lemniae, Sanguinis Draconis, Roris Syriaci, Succij Hypocistidos ana drach: 4. Dragacanthae, Thuris, Seminis Psyllij, foliorum quinque neruatae ana drach: 2. Plantaginis, Polygoniae, quinq; foliae Pegani, Turionum lentis uerni, ana manipulum 1. mellis rosei quod sufficit. Conficitur sic, Herbas omnes biduo in melle infunde, tertio uero die leto igne decoque, & cola, & inde puluerem terendorum tempera, dabuntur ex eis drach: 2. uesperis, si sine febre fuerit cum uino myrtino.

Marginalis an
notatio habe-
bat pro Boli.
Polij. Coniſcio.
Sigilla Leuinij
legendum esse
de quo Diosc.
li. 5. c. 67. Gal.
li. 9. ca. 3. Sim-
plis, & medica.
Rhodomeli
per mel Rose-
um intelligit
hic & pluri-
bus locis sequē-
tibus.

CAPVT. XXXIIII.

ANtidotum quod facit ad Hydropicos ex frigiditate ex Enphraxi splenis & Hepatis laborantes. Recipe Cinnamomi, Schoenanthus, Asari, Mastiches, Absinthij, Anisi foeniculiana drach: 6. Reubarbari, Spicae Aristolochiae longae, Petroselinij, ana drach. 4. Cariophylli Croci, Calami Aromatici, Cardamomi ana drach: 2. mellis quod sufficit Dentur de eo drach: 4. cum tepida.

CAPVT. XXXV.

ANtidotum quod prodest Pleureticis, & Empycis, ad tussē uero ita probatum est. ut sub una portione liberet aegrotantem. Recipe Castorei, Opij, ana drach: 4. Fecis Balsami, Cinnamomi, Spicae, Succij Mādrago

NE MEDICAMENTORVM.

re, Amomi ana drach: 2. Croci, Cassie, Dauici, ana drach:
1. & semis, Costi, Myrræ, Galbani, Leucopiperis ana
drach: 1. mellis quod sufficit, datur in modum auellanæ
cum tepida.

CAPVT. XXXVI.

Antidotum expertum ad Ilij dolorem, Lapidis Res
num & Vesicæ frangit & expellit, arenas discutit,
& Urinam prouocat. Recipe Margaritarum, Caryophyl
lorum Lapidis lycis, Aluminis Aphricani, radicis cap
paris, & Asparagi, Saxifragæ, Alexandri. seminis Petrosel
lini, Cucumeris purgati, seminis citri, Carnis dactylorum
purgatæ ana drach: 9. & scrup. 1. mellis quod sufficit. Do
sis eius drach: 3. cum tepida in balneo.

De Alexandro
Scriptimus in
Caput. 21.

CAPVT. XXXVII.

Antidotum quod facit ad Ilij dolorem & in nephre
ticis lapides renum & Vesicæ frangit & expellit.
Recipe Glandularum purgatarum drach: 20. Lapidis
Gagatis Granorum milij solis, Seminis libyistici. Saluati
ci, Saxifragæ ana drach: 18. & scrup: 1. uel 2. Galangæ,
Zingiberis, Cimini, Petroselini, Aneti, Radicis Brusci,
& Asparagi, ana drach: 9. & scrup: 1. Cinnamomi, Spice,
Costi, Melæopiperis, ana drach: 4. & semis Balsami, Olei
pulegini ana drach: 1. mellis quod sufficit, datur in modū
auellanæ cum tepida.

Gagates lapis est niger squalens & crustaceus nullius ferè ponderis,
& in urendo bituminis odore sentitur. Miscetur acopis & podagricorum
remedijs. Nascitur in Lycia prope flumen Gagam iuxta Plagyopolim ur
bem. Diosco. li. 5. ca. 99.

Antidotum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ANTIDOTVM AD DOLOREM RENVM
Coli & Vesice. Caput, 38.

Recipe Croci, Hyoscyamiana drach: 8. Opij, Thus ris, ana drach: 7. Myrre drach: 5. Physalidos, Saxi fragæ, Petroseliniana drach: 4. Euphorbij Cyperei, dauci, Anisi, ana, drach: 2. Conij drach: 1. mellis quod sufficit Datur in modum nucis myristicæ febricitantibus cū uino Amineo tepido.

Physalis Halicacabus latine dicitur Arabes corrupte Al Ke Kengos uocant quasi halicacabum dicere uellent. Est. n. secunda Solani species quam Plin. Vesicariam appellat. Nasciturq; passim apud nos in croccis uesicularis.

Commeon puto Corrupte nonnihil pro Gummi Nicolaum ponere. Cōmeos. n. dicendum erat, quo generatum intelligitur Gummi Arabicum.

CAPVT. XXXIX.

Antidotum anodynum ad Nephreticos, & ad ulcera renum & Vesicæ nam statim dolorem tollit. Recipe Amigdalorum amararum, drach: 27. Leuco piperis, Hyoscyami, ana drach: 20. Croci Opij, ana drach: 10. Euphorbij, Pyrethri, Seminis Apij, Cucumeris domestici, Seminis Lapathi ana drach: 6. Seminis Conij, Coriandri ana drach: 4. Mellis quod sufficit, Datur in modum auelanæ cum tepida.

Conion Græci Cicutam appellant. Qua resuspicio esse legendum Corij id est coriandri. Nicolaus enim passim affectat uocabula Græca: id quod in plerisque patres nostri fecerunt in rebus medicis.

CAPVT. XL.

Antidotum

NE MEDICAMENTORVM.

Antidotum quod facit ad Renū dolorem & uesicæ, calculos frangit, & dysuriam soluit. Recipe Spicæ, Costi Glycyrrhizæ, Agarici, Cyperi, Hyssopi, Helenij, Mei, Melano piperis. Saxifragæ, Petroselini, Betonicæ, ana drach: 9. & scrup: 1. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum decoctione granorum solis, & troximæ.

Solem Cichorium ne uocet, quam sponsam solis etiam appellant, an Heliotropion quam solarem nominant an neutram prorsus ignoro, fortassis autem quid sit uersati in medicina Arabum diuinabunt.

Troximam uero scribit Genuates esse Taraxacon Endinæ syluestris speciem. Scariolam alij uocant quæ spinosos aculeos habeat in dorso & c.

Redeo ad Solis grana, quæ aliquando grana baccarum lauri putabã esse. Eo quod hæc arbor Apollini à poetis tribueretur, et per phœretratam Phœbum, solem nobis exprimerent, Amboq; hæc Antidoti 40. & 41. ad urinam prouocandam et lapillos comminuendos profunt, ad quæ etiã lauri baccæ ualent Attamen Simon Barbaricæ medicinæ non ignarus, annotauit Lithuspermon, milium Solis uocatum, & grana Solis idem esse medicamen. Proinde neq; in hoc Antidoto 41. separari debent, sed alterum alteri pro expositione connectendum est.

CAPVT. XLI.

Antidotum quod facit ad eos, qui urinam cum cruasmati reddunt, lapides Renum, & Vesicæ frangit & expellit. Recipe Caryophyllorum, anthophylli galange, cicadarū siccarum, Granorum Solis, Melano piperis, petroselini, Seminis Asparagi, Lithu Spermatos, libyistici, Saxifragæ, ana drach: 3. mellis quod sufficit. Dentur ex eo drach: 2. diebus 15. continuis, cum lacte. Et si uolueris de puluere antidoti dare, cū lacte utilissimum est. Huius Antidoti efficaciam si quis probare uoluerit, hoc modo

D - probet

NICOLAUS DE COMPOSITIO

probet. In ampullam uitream infra puluerem calculū recondat. & ibidem die & nocte dimittat, octauo die manecum requisierit, inueniet eum comminutum.

ANTIDOTVM AD FRIGIDITATEM LVMBORUM & uenereos actus & ad defectionem feminis. Caput. 42.

Recipe Penidiarum, Pinearū, Auellanarū, Amygdalarum, nucum, Pistaciarum, Sesami, Seminis lini assi, Saryrtonis ana drach: 15. Galangæ zingiberis Secacul, Caudæ Stinci, Radicis Asparagi, Anisi, Seminis paueris albi & Bauciæ, Bulbi Vualis, Seminis urticæ & erucæ ana drach: 7. & semis, Been albi & rubei, Melanopiperis, feniculi ana drach: 3. & semis, Cariophyllorū, nucis moschatae, Cardamomi, Fructus Nere, ana drach: 3. Mellis quod sufficit, Datur in modum Auellanæ, ieiunis cum uino.

Secacul Itali Fraxinellam uel geniculatam uocant & Diosco. Polygonaton, Hoc sibi mulieres faciem extergunt & fucant: sed & radix scharo conditur ad rem ueneream. An. Musa & Manardus li. 5. episto. 1.

Bulbum Auicenna uocat cepe syluestre: Serapio cepe campestre coisum adaugens: habet cepulas similes cepulis Croci, flores ut uiola, folia instar porri, Vide Diosco. li. 2. ca. 161.

Bauciam interpretantur esse idem quod Staphylinon agrion, id est. Rastinacam agrestem, Vide Diosco. li. 3. ca. 54.

ANTIDOTVM AD FRIGIDITATEM Renum & excitandam libidinem.

Caput. 43.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

R Ecipe Satyrion, Enulæ, Melano piperis, Sinonis
ana drach: 1 8. & scrup. 2. Opobalsami Cinnamomi-
zingiberis, Euphorbii, Sileris, Nitri, Erucæ, ana drach:
10. Caudarum Scingi, Saturegtæ, Sansuci ana drach: 9. et
scrup. 1. Seminis porri, Coriandri, Seminis nasturcij, Si-
napis ana drach: 4. & semis, Mellis quod sufficit, Dosis
eius drach: 3. cum tepida.

ANTIDOTVM AD LIBIDINEM
retinendam. Caput. 44.

R Ecipe Agni florum, Seminis Ruthe, ana drach: 20.
Foliorum matris syluæ & seminis, drach. 15. Castor-
rei Cimini ana drach: 10. mellis quod sufficit, Datur in
modum auellanæ uesperis, cum decoctione Pegani.

ANTIDOTVM AD LVXURIAM
Amputandam. Caput. 45.

R Ecipe Corticis Mandragoræ, Spodii, Periclymeni,
ana drach: 9. & scrup: 1. Reupontici, Costi, Opii, *Andrachne. n.*
Violarum, Seminis Andrachnes, & Hyoscyami, Caphu- *hoc est, portu-*
ræ ana drach: 2. Diacodion & Rosei mellis quod sufficit, *laca Veneris*
Dentur ex eo drach: 3. in meridie & uesperis cū aqua plu- *impetus inhi-*
uiali. *bet autore Dio*

ANTIDOTVM AD DOLOREM VTERI.

Ex pituita uel frigidityte. Caput. 46.

R Ecipe costi, cassiæ, Opii, Galbani, castorei, Melano
piperis, Leucopiperis, Seminis Pentadactyli, Sese- *Calcificiūt nā-*
leos ana drach: 6. Opopanacis, drach: 2. mellis quod suf- *que radix et se*
ficat, dentur de eo drach: 2. uel 3. cum Apozemate cala- *mē seseleos &*
minthes uel Artemisiæ. *profunt strana-*
gulatu Vulua
conciditibus,

D ij Antido

Dios. li. 3. c. 52

NICOLAVS DE COMPOSITIO
ANTIDOTVM AD FILIOS PRO-
creandos. Caput. 47.

R Ecipe Leucopiperis grana ducenta, Tussilaginis, Auellanæ, Phyalidos, Seminis Opij, Mandragoræ, Coaguli Caprini & leporini, ana drach: 4. Cinnamomi, Spicæ, Sanguinis draconis, ana drach: 2. mellis quod sufficit, Bibant in balneo in modum nucis Ponticæ, in die purgationis cum uino tepido.

ANTIDOTVM AD CONCEPTVM ET
Filios procreandos. Caput. 48.

R Ecipe Euphorbij, Epithymi, ana drach: 4. Galbani drach: 2. Crocomagmatis, Croci Orientalis, Myrrhæ, Mastiches, Opopanacis, Castorei, Elenij, Corticis Mandragoræ, ana drach: 2. Melano piperis, Amomi, liobystici seminis, ana drach: 1. mellis quod sufficit. Detur de eo drach: 1. Viro & mulieri mane diebus 7. continuis, tẽpore mensũ, cũ uino optimo, & ieiunet mulier ad quartam uel quintã horam. & uesperis similiter utriq; accipiãt, & circa septimã noctis horã a marito in utero concipiat.

CAPVT. XLIX.

Antidotum ad coxendicis dolores probatissimum, porro prius exige mercedem, quia ex medicamẽto hoc semel propinato multi persanati sunt. Recipe Bratheï, Chamedryos, ana drach: 2. uel 3. Myrrhæ, Melano piperis, foliorum hederæ, ana drach: 2. mellis quod sufficit. Detur ex eo drach: 2. cũ uino in quo decocta est Chamedrys, quod si uolueris medicamen melius efficere, sine melle de solo puluere drach: 1. cum supra scripto Apozeemate dabis.

Caput

Crocomagma
Dios. cor. de-
scribit li. 1. ca.
26.

Brathy Bary-
thon et Bora-
thon herbã Sa-
binam appella-
ri tradit Dios.
li. 1. ca. 89.

NE MEDICAMENTORVM.

CAPVT. L.

Antidotū ad dolores coxendicis & Arthriticos mag-
nopere aptum. Recipe Euphorbii, Costi, Agarici,
Castorei, Zingiberis, Melanopiperis ana drach: 6, mellis
quod sufficit, Detur cum mulsā.

ANTIDOTVM EXPERTVM CONTRA FRI-
gidam podagram & omnes pedum
dolores. Caput. 51.

Recipe Hermodactylorum, Diagridij ana drach: 60
turbith, Euphorbii, ana drach: 20. Cariophyllorū,
Nardi, Cinnamomi, Zingiberis, Galangæ, ana drach: 10.
Aristolochiæ Longæ, Costi cyperi, Saxifragæ, Milij solis,
Seminis Brusci, Alparagi, & urticæ, ana drach: 7. Zedoa
riæ, Myrrhæ, Cimini, Melanopiperis, Dauci, Seminis Ci-
tri, ana drach: 4. Mellis quod sufficit, Dentur ex eo drach:
3. uel 4. in balneo cum condito.

CAPVT. LII.

Antidotum contra guttam & Podagram calidam
probatissimum. Recipe Hermodactylorum, Man-
næ, uiolarum ana drach: 10. Medullæ Castiæ fistulæ, Mi-
robalani Citrini corticis, olei Roset ana drach: 4. Mirobas-
lani, Chebuli Indi, Bellirici, Emblyci, Cuscute, ana drach:
3. Tamarindi, Seminis Marathri & Scariolę ana drach:
2. Syrupi Rosacei quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum
tepida.

D iij Guttram

NICOLAVS DE COMPOSITIO

Guttam recentiores medici generatim appellant dolorem omnem qui accidit ligamentis & neruis iuncturarum siue ex affluxu substantie siue ex intemperie, siue ex flatuoso spiritu. Cuius species quatuor faciunt: Arthritida, podagram, chiragram & Ischiada.

ANTIDOTVM ANDRONIS.
CAPVT. LIIII.

Quod facit Maniacis, Cephalalgicis, Melancholicis, Lethargicis, & eis qui per somnum mortem mediantur, ad oculorum passionem & aurium Surditatem, dentiumque dolorem, & ad omnia cerebri uitia optimum est, Apopleticos, Arteriacos, Asthmaticos, Orthopnoicos perfecte purgat, Stomachi uitia, Hepatis, Splenis. Renumque aufert, Ictericis, & decoloratis proprios reddit colores, Colericis Coeliacis, Dysentericis quibus purgari necesse est medetur. Paralyticis, Arthriticis, Ischiadicis Subuenit. Lepras & Zermas mundat, febres interaneorum uitia medicatur. Recipe Diagridij, Coloquintidæ interioris, Agarici, Ammoniaci Scylle assæ, Hellebori nigri, Hyperici, Sylphij ana drach: 10. Cassiæ, Bdelij, Epithymi, Polypodij, Chamedryos, Succi brassicæ, ana drach: 7. Cinnamomi, Opopanacis, Castorei, Myrrhæ, Serapint, Aristolochiæ, Absinthij, Melanopiperis, Leucopiperis & Macropiperis, Petroselinij: ana drach: 4. Aloes drach: 3. mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

Zerma idē significat quod Impetigo, sicut Simon ex sententia Cassij Fœlicis docet.

Quamquā recentiores eam tantum impetiginem hoc nomine uelint accipiendā, quæ ad hunc peruenit, falso tamen, ut Manardus li. 7. Epist. 3. testatur.

CAPVT. LIIII.

Antidotum

NE MEDICAMENTORVM.

Antidotum proprium ad causas capitis, & ad oculo-
rum caliginem, ad tinnitum aurium & faucium tu-
morem, utile est, Stomachi querelam & omnia interaneo-
rum vitia emendat, Renes & Vesicam purgat, menstruis,
imperat, & matricis causis medetur. Recipe Aloes Amo-
mi, Macis, Colocynthidis, ana drach: 36. & scrup: 2. Dias-
gridij, Opopanacis, Galbani, Serapini, Myrrhae, Absin-
thij, ana drach: 28. Hellebori nigri, drach: 23. & scrup. 1.
Cassiae Fistularis, Schoenanthus, Agarici, Elatterij, Salis
Amoniaci, Hyperici, Sileris ana drach: 18. & scrup: 2.
Caryophylli, Costi, Reupontici, Carpobalsami, Scyllae
coctae ana drach: 14. Cinnamomi, Spicae, Cyperi, A cori,
Laureolae, Hellebori Albi, Melano piperis, Leucopipe-
ris, & Macropiperis, Cardamomi, Foeniculi, Apij, Affus-
si, Dauci, Alexandri Coccignidij ana drach: 9. & scrup: 1
Balsami drach: 4. & semis, Mellis quod sufficit. Datur in
modum Auellanae febricitantibus cum tepida non febris
citantibus cum uino.

Fortassis Asa-
ru intelligit Na-
ita interpreta-
tur in Synony-
mis suis Ste-
phanus affa-
sum.

Laureola à Græcis daphnoides appellatur, & lac non emittit, habetq;
feruentem & erodentem gustum. Mezereon ab hac diuersa est, quæ cha-
mela dicitur progignitq; fructum coccognidum appellatum, constatq; la-
ctariam esse herbam.

ANTIDOTVM CHRISVN IDEST AVREVM.

CAPVT. LV.

Quod prodest Melancholicis, Cephalalgicis, Timi-
dis, ex Cholericis incendio factis, & oculorū dolori-
bus medetur Enphraxin Hepatis habētibus, & Ictericis
optimū est, Cotidianarijs, Tertiāarijs, bis uel ter datū salu-
tē prestat. Recipe Myrobolai citrii, Chebuli, Indi, Sātali
Citrii,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Citrini, uiolearum, ana drach: 3. Reubarbari, Gallie Moschate, Bellyrici, Emblyci, Cuscutæ, Schoenanthus, Tragacanthæ, Mastiches, Senæ, Turbit Agarici Epithymi, Afari, Absinthij Ammij, Rosarum ana drach: 2. Cinnamonomi, Caryophyllorum, Ligni Aloes, Spicæ, Cassiæ lignæ, Salis Gemmæ, Terræ Lazuli, Seminis Marathri ana drach: 1. Syrupi quātum sufficit. Deinde Recipe Zachari, Libras 4. Aquæ 2. Radicum Fœniculi Apij & Troximæ ana drach: 5. Capilli Veneris, Seminis lactuce, ana drach: 2. Et Conficitur sic, omnia commixta cū aqua decoquantur, & diligenter colentur, deinde Zacharum in eadem aqua soluat̃ & iterum bullire dimittatur, donec aqua consumatur, cumq; percoctum fuerit, inde puluis specierum temperetur. Dosis eius drach: 3. Febrientibus cum tepida non febrientibus cum uino.

CAPVT. LVI.

ANtidotum optimum ad eos qui post acutas passiones dolorem capitis, et tinnitum aurium patiuntur, faciat ad caliginem oculorum, ex calido ardore, & cruciatum Stomachi, Hepatis & Intestinorum, uentrem depouendo extirpat, Ictericos & ueros Tertianarios perfecte purgat, Recipe uiolarum drach: 50. Myrobalani Citrini, Chebuli, Indi, ana drach: 16. Radicum Troximæ. Polytrych, ana manipulum .i. Syrupi Violati, quod sufficit, Mox conficitur sic, In aquæ libra .i. radices Troximæ & Polytrychum coquantur & colentur, deinde medulla cassiæ fistulæ, Ibidem manibus soluta cum Syrupo, lento igne iterum ad consumptionem aquæ bullire dimittatur, & ita

NE MEDICAMENTORVM.

ita puluis specierum ammiscetur, Datur in modum castaneæ cum tepida & Syrupo uiolato.

ANTIDOTVM AD EXPELLENDOS

lumbicos latos longos & rotundos.

Caput. 57.

Recipe Diagridij, colocynthidos interioris, Eupatorij Aristolochiæ rotundæ, Baccarū lauri ana drach: 9. & scrup: 1. Nitri salis, Salis ammoniaci, Gencianæ, cyperi cardamomi, nigellæ, Seminis canabis, pulueris cornuceriui ustri, ana drach: 2. Lactis Tithymali, & mellis quod sufficit. Dentur drach: 2. uel 3. cum decoctione foliorum Persici.

ADNOTATIO.

Haftenus Nicolaus Antidotos recensuit quas efficaciores deprehendat & laudabiliores. Nam Antidota raro sed precipue interdum necessaria sunt, sicut scribit Cornelius Celsus li. 5. ca. 23. quia grauissimis casibus opitulantur, ea recte quidem dantur collisis corporibus, uel per ictus, uel ubi ex alto deciderunt, uel in uiscerum, laterum, faucium, interiorūq; partium doloribus. Maxime autem desideranda sunt aduersus uenena, uel per morsus uel per cibos, aut potiones nostris corporibus inserta. Antidotis quæ do utendum.

ANTIDOTVS AMBROSIA.

Caput. 58.

His tamen adijciendum putauimus Antidotū quod citato loco C. Celsus describit sub nomine Ambrosiæ quod Zopyrus regi Ptolomeo dicitur coposuisse, atq; Ambrosiam nominasse, ex his constat, costi, Thuris masculiana denarijs 5. Piperis albi denari: 3. Floris iunci rotundi

NICOLAUS DE COMPOSITIO

*Crocus Cory-
cicus omniū op-
tinus.*

tundi, denar. 2. Cinnamomi dena: 3. Cassiæ nigræ dena:
4. Croci Cilicij denar: 4. Myrrhæ, quam Stacten nomi-
nant denar: 5. Nardi Indici denar: 5. Quæ singula cōtrita
melle cocto excipiuntur. Deinde ubi utendū est, id quod
Aegiptiæ fabæ magnitudinem impleat, in portione uini
diluitur.

ARTERIACA ANDROMACHI.

Caput. 59.

QVæ facit ad uocis amputationem, & ad omnia uis-
tia arteriarum, Recipe amygdalarū drach: 7. Myr-
rhæ, Leucopiperis ana drach: 6. Tragacanthæ drach: 4.
Croci, Vuarum passarum enucleatarū ana drach: 1. Passi,
& mellis quod sufficit.

ARTERIACA SCRIBONII.

Caput. 70.

FAcies ad raucedinem uocis & asperitatem faucium
ex phthiſica passione effectam. Recipe Nucleorum
pini 30. Amygdalarum recentium 24. Ouorum assorū
uitellos 6. Seminis lini, costi, drach: 4. Tragachantę drac:
1. Passi, mellis quod sufficit.

CAPVT. LXXI.

ARteriaca quæ arterias lenit, tussim siccam compe-
ſcit uocem ex acuta febre debilitatam, aut ex phthi-
ſica claram reddit. Recipe amygdalarum, pinearum semi-
nis, Comidionis, ana drach: 6. Tragacanthæ, Succij Gly-
cyrrizæ, Gummi Arabici ana drach: 4. zingiberis, Anisi,
Seminis Citrulli, Melonis & cucurbitæ purgatæ drac: 1.
Penidiij

NE MEDICAMENTORVM.

Penidij quod sufficit, detur in modum Fabæ, sub lingua retinendo.

ADNOTATIO.

In exemplari Scribonij Lari hæ Arteriacæ aliter paulo leguntur. Quoniã compositione 110. Arteriacam Scribonij Ruellius ex septimo de compositione secundum locos ita restituit. Recipit Radicis dulcis, denarios 8. Myrrhæ denar: 24. Terebinthina denar: 32. Tragachantha denar: 38. Singula sicca seorsum tundito & cernito, Resinãq; in pilam coniecta excipito. Vbi in unitatem coierunt in formulas digerito, quæ Aegiptiæ subæ magnitudinem æquent, & in umbra siccato, cumq; usus poscet unam aut alteram sub linguam tenendam dato, ut illiquefcens deuoretur. Hæc enim Arteriacæ quod sub lingua teneatur Hypoglossis appellatur, et facit ad abscissionem uocis. Altera Arteriacæ à Largo describitur cõpositione 74 quæ conducit ad fluorem & raucitatem arteriæ, Item ad tussim, & abscissum sonum uocis. Tragacanthi denarios. 6. Commis alexandrina denarios. 5. Myrrhæ denar: 1. Thuris denar: 2. Croci denar: 1. Piperis albi grana. 20. Cariotarum recentium trium pulpas medias, detractâ exteriori cute, in terrioribusq; uenis, uel Vna. passæ nouæ & incorruptæ; purgatis interioribus granis. 8. commis & tragacanthum, passo Cretico uno die & una nocte macerari oportet & postero die pila & pilo mundo contundere & cetera trita mortario curiose admiscere, Inde dare subæ magnitudinem, globulum sub lingua tenere deuorantem quoad liquefactum fuerit. Hoc medicamentum, pipere detracto, & ad tumorem arteriæ facit. Seruandum autem pyxide buxæ. Tertia arteriacæ à Scribonio omnium optima esse asseritur, & refertur ab Asclepiade & facit ad omnia superius dicta efficacius, & quicquid in Arteria uitij est, constat ex his. Myrrhæ optimæ pinguis denarios. 24. Tragacanthi candidi denarios. 28. Gilycyrizæ radice denarios. 18. Resinæ terebinthina ueræ, denar: 18. tragacanthum sicut est contundere, & per cribrum tenuibus foraminibus eijcere oportet. Deinde Myrrham tritam seorsum admiscere, & rursus utraq; quantibus.

Hypoglossis
Arteriacæ.

Arteriacæ Scri
bonij altera ad
rauim Artericæ
asperæ condu=
cibilis.

Arteriacæ As
clepiadis.

Vide plures ar
teriacas apud
Alexandri Be
nedictum li. 8.
ca. 27. & se
quentibus.

E ij in

NICOLAUS DE COMPOSITIO

in unum diu terere, atq; ita in pilam conijcere & ibi cum cōualuerint ictu
pili terebinthinam paulatim miscere, donec omnium unitas fiat, postea gly
cyrizam contusam & cribratam, mortarioq; nihilominus tritam sensim
aspergere oportet, Vbi hæc bene mixta fuerint, dum calet medicamentum,
plures accedant, & pilulas faciant magnitudinis fabæ. Fit enim durissima
hæc arteriaca, & hoc ipso præcedit ceteras: quia linguæ subiecta non facile
soluitur, & ita diutius exhibet suum effectum.

ANGELOCALON IDEST NVNCIVM
bonum. Caput. >2.

Datur patientibus acutas febres cum Syrupo uio
laceo, uel aqua frigida datur Tertianarijs & dupli
ci Tertianæ obnoxiijs, cum scrup: 2. aut 3. boni Reubar
bari & aqua tepida temperatum, & bibitum mirabi
liter medetur, & datur contra caliginem oculorum patie
tibus ex fumo & calore uel ex acuta febre; Hepaticis, Icte
ricis, datur cum succo Scariolæ uel fœniculi, aut cum de
coctione capillorum Veneris. Recipe Myrobalanorū ci
trinorum chebulorū corticis ana drach: >. Schoenanthus,
Seminis portulacæ, Violarum, Scariolæ, ana unciam ses
mis, Belliricorum Emblicorum ana drach: 1. & grana >.
Mastiches, drach: 2. & scrup: 1. Tamarindorum uncias 3.
Floris Nymphæe, Berberis, Ben Rubei, Reubarbari ana
drach 1. & grana 4. Medullæ cassiæ Fistularis unc: 4. con
ficitur sic. In duabus libris aquæ pone Syrupi Violarum
unciam semis, & bulliat donec nonnihil transpiret aqua,
postea ab igne deponatur, & aliquantulum in frigidari
permittatur, & deinde coletur de eadem aqua, acci
piatur quod sufficiat ad abluendum Cassia fist. & Ta
marindos. Cola per catiam, & cum alia aqua addatur
Libra

NE MEDICAMENTORVM.

Libra 1. & semis Zuchari, & bulliat usq; ad aquæ consumptionem, postea addatur lotura Cassiæ fistulæ, & Tamarindorum, & iterum bulliat ad spissitudinē. Si uis probare num coctum sit, ponatur super marmore, & si adherat quasi mel rite coctum est, & tunc ab igne deponatur & aliquantulum infrigidari permittatur, Deinde supra dictarum specierum puluis super inspargatur, & cum spatula agitetur, donec incorporetur. Dosis eius est drach: 3. ut superius dictum est: uesperi & mane cum aqua tepida datur.

ANTIMORON IDEST CONTRA
Mortem. Caput. 73.

Quod facit Cephalalgicis, Lethargicis, Stomaticis, Ischiadicis, Podagricis, & ematrice laborantibus, Dilcoloratis, Nephreticis, & omnibus qui multum tenui aut uiscoso Phlegmate affliguntur, & his qui cibos non digerunt, Phlegma & Choleram purgat & aquosos humores cum uentositate: s. pars confecta est libra 1. Recipe Aloes drach: 5. & semis, & grana 6. Cassiæ Fistulæ drach: 1. & grana 6. & semis, Marathri, Mastiches, Asari, ana scrup: 2. & gra: 5. Croci drach: semis. Xylobalsami scrup: 2. & gra: 2. & semis, Cinnamomi scrup: 2. & gra: 5. Iridos drach: 1. Ari. Dracontij ana scrup: 1. et gra: 2. et semis, Agarici, Coloquintidæ, Nitri, Euphorbij Castorei ana scrup: 2. et gra: 5. Alexandri. Apij, Petroselinij ana scrup: 2. et gra: 5. Hellebori nigri drach: semis. Diagridij scrup: 2. & gra: 5. Coccognidij scrup: 2. grana: 5. Mellis quod sufficit, dat i modū castaneæ, cū aqua calida uesperi.

E iij Antidotum

NICOLAUS DE COMPOSITIO:

ANTIDOTVM HEMAGOGVM IDEST SAN^o
guinem Menstrualem Ducens.

Caput. 74.

Valens ad multas mulierum passiones matricis: quæ non solito purgantur, purgat mirabiliter, menstrua educit & fœtum in utero occisum extorquet, et post partum quæ non sunt purgatæ expurgat, et ad salutem reducit, petram in uesica rumpit, & expellit, urinam mouet, Stranguriam sanat, Hepatis Enphraxim curat, Scisrosim in splene perfanat, et ad omnia interiora multum adfert commo-
di, & ad stomachi indigestionem, & eorum sopit dolores qui Colicam patiuntur, Nephreticis prodest: hoc enim qui biberit, sanitatem obtinebit. Hemorrhoidas prouocat, meatus totius corporis aperit, & fœtum mortuum & secundas educit, & uesicam purgat, stomachum calidum red-
dit, Ventositatem consumit, uomitum compescit Neque quicquam pro mulieribus inuenitur fortius ad omnia quæ illis sunt salutaria: propter quod cauendum est patientibus Hemorrhoidas, aut fluxum uentris aut Dysenteriam, nona pars confecta est libra 1. Recipe Asari, Acori, Amomi seminis Attriplicis, Marathri, ana scrup: 1. & gra: 6. Anisi, scrup: 2. Aristolochiæ longæ, artemisiæ, Cassiæ fistularis, ana scrup: 2. & gra: 14. Centauræ Minoris scrup 1. & grana 6. Centauræ Maioris, Dauici Cretici ana scrup: 2. Elenij scrup: 1. Foliorum Lauri scrup: 1. & semis & gra: 3 Glycyrrhizæ drach: 1. & scrup: 1. Lupinorum drach: 2. Melanis scrup: 2. Myrthæ scrup: 2. & grana: 14. Orobi scrup: 1. Strypterix scrup: 2. Macedonici scrup: 2. et grana: 14. Pyrethris scrup: 2. et grana: 14. Piperis, drach: 1. et scrup:

NE MEDICAMENTORVM.

Scrup: 2. & grana: 7. Seminis Rutæ, Spicæ, Pulegij ana
 Scrup: 2. & gra: 14. Peoniæ Scrup: 1. & gra: 6. Cyperi, radi-
 cis capparidis, Cimini, Zingiberis ana Scrup: 1. Sinonis
 Scrup: 2. Schoenanthus Scrup: 1. grana: 13. Gari Scrup: 2.
 Apij Sabinæ, ana Scrup: 2. & gra. 13. Xilobalsami Scrup:
 1. & gra. 14. Mellis quod sufficit: datur in modum auella-
 næ maioris cum aqua calida post balneum Si febris in-
 festet. Si uero absit febres cum uino aut mulla dabis.

*Melanis scriptus habebat codex. Melan. autem Græcis dicitur quod
 nobis atramentum scriptorium est, ut testatur Dioscor. li. 5. ca. 103. Ceter-
 rum Melanthium legere malim idest uigellam. Hæc enim pota menses, uri-
 nam & lac prouocat ut tradit idem Diosco. li. 3. ca. 84.*

*Stypterian Græce appellauit Alumen eo quod ualidissime adstringit.
 apud Diosco. li. 5. ca. 77.*

*Garum est liquamen ex piscibus carnibusq; maceratis: habetq; uim pro-
 ritandi & exulcerandi sicut prodit Diosco. li. 2. ca. 31.*

CAPVT. LXXV.

APOZEMA quod prodest ad capitis dolorem,
 & melancholiam, Recipe Myrobalanorum citrino-
 rum drach: 27. Miobalanorum Chebulorum drach: 8.
 Miobalanorum Indorum drach: 9. Cinnamomi, Spicæ,
 Schoenanthus, Costi, Epithymi, Agarici, uolarum, ana
 semiuntiam, aquæ quod sufficit, Confice sic, species om-
 nes tritas, in aqua sufficienti die & nocte infunde, alio ue-
 ro die ad lentas prunas paulatim ad medietatē decoque
 & diligenter cola, cumq; opus fuerit, mane & meridie
 cum Violaceo Syrupo uel Zucharo plenam Phialam
 propina.

Annotatio.

NICOLAUS DE COMPOSITIO
ANNOTATIO.

Propomata.

Actius li. 13. ca. 125. potiones ex melle & uino confectas Propomata appellata fuisse prodit, ita Trallianus li. 3. ca. 43. propomata facit ex aniso, apio, althæa, absinthio, malis medicis mastiche ad colli dolorem repellendū: quæ potiones syruporum locum tuebantur. Aliquando autem in inflammationibus iocinoris Trallianus potiones ex aqua per decoctionem exhibuit,

Apozema.
idest feruefactum.

Defrutum.

loco syruporum, ut ex apij decoctione, & uocarunt hæc Apozemata. Quibus potionibus humores concoquebant, quia calorem naturalem augent. Potest autem apozema interpretari Defrutum uel deferuefactum: erantq; ex herbis uel radicibus decocta, & frequenter post catapocia exhibebantur.

APOZEMA AD OS MALE OLENS ET
Colorem bonum faciendum.

Caput. >6.

Recipe Caryophyllorum, Cinnamomi, anisi, ana drach: 10. Spicæ Zingiberis, Caroi ana drach: 8. Ligni Aloes, Basilici et seminis Marathri ana drach: 6. aquæ et rosei mellis quod sufficit. Confice sic, in aqua sufficienti et melle puluillos subtilissime tritos per dies 3. infunde, quarta uero die lento igne ad medietatē decoque deinde per sacculum diligenter cola, cumq; infrigidatum fuerit, mane et meridiæ plenum calicem offerre licebit.

CAPVT. LXXVII.

APozema quod proficit tussientibus ad causas peccatoris et pulmonis. Recipe Aquæ fontanæ, Phialas. 15. mellis 1. Carnium Dactylorum, Amygdalarum, zingiberis, papaueris Gallici seminis ana drach: 12. Croci, Styracis

NE MEDICAMENTORVM.

Styracis optimi, Tragacanthæ albæ, Melanopiperis, Cimini, ana drach: 7. Thymi, Pulegij, Hyssopi coleni, Pegami, Iridis Illyricæ, ana fasciculum 1. Confice sic. Herbas dactylos amigdalas & nucleos contrita & puluerem specierum subtilissime tricoscinatum tribus diebus in aquam infunde, quarto uero die, Phialam mellis adiunge, & ad medietatem bullire facias & cum tepesceri ceperit per sacculum guttatim cola, & inde quotiens opus fuerit, plenâ phialam porrige.

Coscinos et coscinon cribrum significat. In de coscinon idem est quod cribrare.

CAPVT. LXXVIII.

Apozema ad dolorem & tumorem uentriculi & hepatis. Recipe aquæ phialas 15. Betonice Celticæ, Foliorum Apij similiter cum radicibus ana fasciculos 3. Iridis, Eupatorij, Basiliciana fasciculos 2. Absynthij, Silybrij Elenij ana fasci: 1. Cinnamomi Galangæ, Spicæ, zedoariæ, anisi, Carui, Sefelis, Sinonis, seminis Marathri, ana semiantiam, mellis quod sufficit. Confice sic. In aqua contusas herbas, radicesq; & puluerem specierum seminumq; diebus duobus cõtinuis infunde, tertia autem die lenes ad prunas ad medietatem decoque, & diligenter cola, & cum opus fuerit mane & uesperij phialam unam tepide propina.

CAPVT. LXXIX.

Apozema ad tumorem & dolorem & calorem Hepatis, & stomachi & præcordiorum. Recipe Betonice, asari, Eupatorij, polytrichi, Hepaticæ herbæ, Foliorum apij & radicũ, ana fasciculos 2. Cinnamomi, Spicæ, Reubarbari uel pontici, xilobalsami, Schoenanthus anisi

F Marathri

NICOLAVS DE COMPOSITIO

Marathri, Dauçi, Basilici seminis, ana semiunciam aquæ & mellis quod sufficit, Confice sic, Herbas omnes contusas die & nocte in aqua infunde, alio autem die ad medietatem decoque & cola, deinde puluerem specterum præter cinnamomum et reubarbarum decoctioni adde ut die ac nocte bene cōmixta infundantur. Alio autem die exituum bullire permittas, & diligenter cola, Ad ultimum uero cinnamomi & Reubarbari subtilissimum puluerem adde, optimeq; commisce, & cum opus fuerit, inde mane & meridie patienti Phialam. 1. offeras.

APOZEMA QVOD CONDV CIT AD
Ictericos & calorem Præcordiorum.

Caput. 80.

R Ecipe aquæ phialas. 12. zuchari, Mellis rosei Babilonici ana uncias 6. Rosarum optimarum, Violarum ana uncios. 4. Diagridij optimi unc. 2. Sandali albi & rubei spodij, seminis peponis, & anguriarum ana unc. 1. Succii Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, seminis portulacæ, ana semiunciam, Polytrichi, Radicum Troximæ ana fasciculos 2. Camphuræ scrup. 4. Confice sic, in aqua rosas, Violas, Polytrichum, Troximæ radices & semina zaccarum et mel quatruiduo infunde, quinto uero die lento igne bullire procures, ad medietatē decoquendo. Deinde puluerem specterum & Diagridij admisce, iterūq; bullire facias, Ad ultimum camphorā in rodostomate solutam adde, & optimo uase reconde, Cumq; opus fuerit patienti, mane plenam Phialam da, & ieiunet ad quatuor horas mox insequentes.

Mel

NE MEDICAMENTORVM.

Mel Plinius li. 11. cap. 13. & Dios. li. 2. ca. 74. optimū esse docent quod ab Hymetto monte Atticæ Hymetiū appellatur. Deinde ex Cycladibus insulis & ex Sicilia quod Hybleum à ciuitate Hybla dicunt, & puto tamen Nicolaum hic de Manna locutum esse, quæ est ros supra folia arborum in India foeliciq; Arabia & monte Libano coagulatus. De qua uidetur Dios. tractare nihil. Galen. in 3. Aliment. in Græcia raro in monte autem Libano quotannis persepe mannam pluere scribit, uocariq; id roscidū mel, aut aëreum, Hinc est quod Platæarius cap. 2. Mannam in India & alicubi in Græcia inueniri tradit. Manardus huc refert antiquorum saccharum li. 2. epist. 2. Zuccharum autem in plante pulpa latere in Sicilia & Canariæ insulis, arundini similis. Hodie etiam apud Calabros colligitur trium generum unum supra folia omnium perfectissimū et dicitur Manna de folio. Alterum supra lignum & caudices arborum tertium in terram cadit, ceteris deterius, ut scribit A. Musa. Et est Manna liquida ut mel. Tereniabin autem est Manna coagulata, granulosa supra lapides & terram cadens, & affertur ex Ocnotria.

APOZEMA AD DOLOREM ET TVMO-

rem splenis. Caput. § 1.

Recipe Radicum uiridium capparis frondium asplenij urticarū. Polypodij Mercurialis, Tamaricis ana fasciculos 3. Absinthij, Eupatorij, Buglossæ Carthami, Apij, Epithymi, Chamedrios, ana fasci; 2. Xilo cinnami Myroalani citrini, Chebuli, Agarici, Anisi, Seminis foeniculi, ana drach: 1. Galangæ, Zingiberis zedoariæ, Melanopiperis, ana semiunciam, Aquæ & mellis quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes contritas & semina in aqua die & nocte infunde, Alio uero die lenes ad prunas, ad medietatem decoque & diligenter cola, abiectisq; herbis, mel & subtilissimum puluerem terendorum decoctioni adiunge, iterumq; modicum

F ij bullito

NICOLAUS DE COMPOSITIO

bullito, & ab igne depositum in uase reconde, cūq; opus fuerit diebus nouem continuis mane phialam 1. propina & ieiunet ad tres horas.

APOZEMA QVOD CONFERT HY
dropicis Hypofarcicis & Asciticis.
Caput. 82.

Alypias è Chamæla, quam vulgus Mexerion uocat. De cuius admiranda uirtute non nulla habetur apud Alexan. Tralliannū li. 1. ca. 21. Paraglypho. 11.

Magatis corrupte scriptū arbitror pro megalis, ut intelligat esulā maiorem.

R Ecipe Scyllæ interioris, alypiados, Radicis Esulæ Magatis corticis medianæ, radicum tenerrimarum Tithymali, ana fasciculos 2: uel 3. polypodij, Iridis, Chamædyos Mercurialis, Vrticę foliorum, ana fascicu: 2. zingiberis, Melanopiperis, anisi, petroselinī, Marathri seminis ana unciam 1. Cinnamomi, Galangæ, Spicæ, Xilobalsami, asari, ana semunciam, aquæ partes duas uini Amisnei. 1. mellis quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes & semina cōtrita in aqua & uino dieb. tribus infunde, quarto die ad tertiam decoque & cola, Deinde puluerem spectierū addito melle modico, decoctioni adiunge, exiguūq; bullire curabis, et optimo uase reconde, Cumq; opus fuerit mane patienti diebus nouē alternatis diebus phialā 1. propina, ieiunet ad 3. horas.

APOZEMA AD ILII DOLOREM.
Caput. 83.

R Ecipe aquæ phialas 9. polypodij, alypiados, asari, Mercurialis, Betonice, Saxifragæ, ana fasci: 1. Diagridij, Euphorbij, Schoenanthus, Cyperi, Grana solis, petroselinī Macedonici, Seminis urticæ ana unciam semis, Mellis quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes in aqua

NE MEDICAMENTORVM.

aqua ad lenes prunas ad tertiam decoque & cola, abiectis
 q̄ herbis, mel & puluerem specierum admisce, & iterum
 bullire patiare modicum & inde patienti phialam ꝑ. tepidam
 mane propina & ieiunet ad tres horas.

APOZEMA VTILE PLEVRITICIS.

CAPVT. LXXXIIII.

R Ecipe aquæ Phialas 10. Hyssopi fasci: 4. Pegani,
 Thymi ana fasci: 1. Asari, Iridis, Glycyrrhizæ, ana
 semiunciam, mellis quod sufficit, Confice sic, In aqua om
 nes herbas die & nocte infunde, altero uero die lento igne
 ad medietatem decoque, & cola deinde mel & puluerem
 ad medietatem admisce, iterumq̄ pauillum bullito & inde
 quotienscunq̄ patiens uoluerit bibat.

APOZEMA QVOD PROFICIT NEPHRETICIS
 & calculosis. Caput. 85.

R Ecipe Betonicæ, saxifragæ, Phu, Meu, Sisymbrij as
 na fasciculos 3. Basilici, Senationis, apij, Frondium
 Vrticæ, Macedonici ana fascicu: 2. Hedere terrestris bac
 carum, Granorum solis, seminis citri, Cucurbitæ, Citruli,
 Melõis ana dra: 1. cinnamomi, anthophylli, Nardi, Schoe
 nanthus, Xilobalsami, Melanopiperis ana semiunciam,
 Aquæ uini et mellis quod sufficit. Confice sic, Herbas om
 nes, Baccas Hedere, Grana solis, Citri, Cucurbitæ, Citrus
 li, Melonis seminis semoti cõtriti et in aquæ partibus dua
 bus & uini una pridie infusi lento igne ad medietatem de
 coque & cola. Abiectisq̄ herbis decoctioni mel adde ad
 ultimum uero myisticarum puluerem percibratum in
 F iij funde.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

funde, modicumq; bulli & cum opus fuerit in balneo patienti calicem plenum diebus septem continuis ieiuno porrige.

Cucumeres citri nos Itali suos cucumeres Citrulos uocant quasi citrinos dicere uellent à colore quem habent quum maturuerint. Et sunt plinio li. 19. ca. 5. teste qui in uarias formas à Columella componuntur: aquam amant, & refugiunt oleum, & si in cannam flos ponatur fiunt longissimi.
A. Musa.

CAPVT. LXXXVI.

Apozema quod salutare est ad Stranguriam, Dysuriam & difficultatem urinæ. Recipe Ciceris Albi drach: 2. Herbae capillaris, Radicum graminis, Asparagi, Libyistici, Petroselinii, Alexandri apij & Pastinacæ, ana fasci: 1. anisi, Dauici, Citruli, Melonis, Seminis Neræ ana semiunciam. Olei muscelini, Nardini, Sambucini, uel opobalsami, ana drach: 2. Aquæ pro fluentis & mellis quod sufficit. Confice sic, Herbas omnes in aqua biduo infusas, lento igne ad tertiam decoque & diligenter cola, abiectionisq; herbis decoctioni semina bene cocta die & nocte infunde. Sequenti uero die manibus fricando commisce, oleisq; super fuis subtilissimo linteolo cola, cumq; opus fuerit, calicem plenum patienti diebus tribus continuis propina, insidenti & se calefacienti in aqua decoctionis misci graminis maluæ Hortensis lini seminis & feni græci addito modico oleo & caueat ne admittat frigus.

Nere iuxta Isacum & Sylicum est Cerasus syluestris cuius cortice adulteratur cassia.

Fortassis legemina musci, quam recentiores vsueam & Dios. li. 1. ca. 2. Bryon appellant.

CAPVT. LXXXVII.

Apozema

NE MEDICAMENTORVM.

A Pozema ad menses ciendos, & secundas expellens. Recipe Periclymeni, Hellenij, Calaminthæ peganiana fasciculos tres, artemisiæ, Braithi, Glechonis, Brancæ urinae ana fasciculos: 2. Cinnamomi Spicæ zingiberis, Nitri, Melanopiperis, ana unc: 1. aquæ & mellis quod sufficit. Confice sic, Herbas omnes contritas in aqua lento igne ad tertiam bulli & cola deinde mel & puluerem specierum adde & super encathisma decoctionis Calaminthes, Brancæ Urinae, & Maluæ cum opus fuerit calicem plenum propina Ieiunis, diebus quinque continuis.

Encathisma appellant medici infesionem à uerbo καθίζω hoc est sedeo. In hoc sedetur umbilico tenus facto decocto herbarum radicum & aliorum Huius usus nalet in affectibus renum, uesicæ intestinorum, sedis & uteri.

CAPVT. LXXXVIII.

A POZEma quod confert ad sitim & siccitatem, in magnis febribus. Recipe Glycyrrhizæ & succi eius, ana drach: 20. Seminum cucurbitæ, Citruli, Melonis, ana drach: 15. Tamarindorum medullæ Cassiæ Fistulæ ana drach: 10. Tragacanthæ Amyli ana drach: 5. Aquæ & Syrupi Rosacei quod sufficit, confice sic, Semina omnia diu trita & Glycyrrhizam in aqua in qua siliqua Aegyptia & Tamarindi liquentur pridie infusa ad medieta-tem decoque & diligenter cola, Deinde Glycyrrhizæ suc- cum, Tragacanthum Amylum in puluerem redacta cum Syrupi decoctioni adde, & iterum lento igne modicum bulli, & uase optimo conde, cumq; opus fuerit omnibus horis aegroti eo utantur.

*Glechona ma-
luit dicere mo-
re patrum no-
strorum, qui
nunquam non
Græca rebus
medicis misce-
erunt, quâ pu-
legium, quod
Græci uocant
Glechona uide
Dioscorid. li. 3. ca. 31
Brancam apud
Dioscoridem
li. 3. ca. 18. Acâ-
thum appella-
tum contendit
eruditi.*

Acopum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ACOPVM DE CAMERON IDEST EX DECEM
Partibus Conflatum. Caput. 89.

Acopa sunt
discutiendis las-
situdinibus di-
cata medicamē-
ta, reficiunt enī
tedia carum.

Que Gal. li. 6.
Salubrium ap-
pellat euapora-
tia.

Mirabile ad dolorem & frigiditatem capitis, pectus
ris & stomachi, appetitum incitat, digestionē pro-
curat Vomitum depellit, Morbis Lumborum & Vesicæ
peculiariter subuenit. Venereos actus proritat, affectus
matricum componit, partum accelerat & secundas edu-
cit. Typica frigora crurum pedumq; emendat. Recipe
Balsami Olei nardini ana drach: 12. Nucis Myristicæ, Ce-
ræ, ana unc: 2. Spicæ, Mastiches, ana unc: 1. Alij addunt
Styracis & Euphorbij ana unc: 3. Confice sic, Oleum ce-
ram Terebinthinam Simul solutam omni cum diligentia
cola, deinde puluerem terendorum subtilissime Tricoscis
natum pedetentim insperge, et exagitando sine intermissi-
sione commisce, et cum coagulatum fuerit, uase argenteo
siue crystallino conde, cumq; opus fuerit ad supra scripta
utere. Est namq; præciosissimum, ac uis odoris suauitas
confortat, calorem reparat, et delicata uiscositas cadentem
naturam releuat.

ANNOTATIO.

Actius li. 12. adseribit Decameron hoc Oribasio, & componit ex spicæ
cæ Nardi, folij, Euphorbij, Piperis, Costi, Adarces, singulorum uncia. 1. Ma-
stiches sesquuncia, Opobalsami quadrante Cere sexcunce Vnguenti Nardi
dini Libra. 1.

ACOPVM DIA OPVBALSAMV.
CAPVT. XC.

Oprimū ad omnes frigiditates et dolores totius cor-
poris, casum Stomachi componit, Renum et uesicæ
uicia

NE MEDICAMENTORVM.

uitia excludit, & Typica frigora ante horam accessionis ad ignem inunctū emendat. Recipe Opopalsami, Olei Nardini, Amaracini, uel malabathrini ana unc: 24. Cere; Spicæ, Nardi Celticæ, ana unc: 12. Olei Irini, folij, amborum unc: 6. Amomi, Piperis ana unc: 4. Hyssopi Hygri, medullæ ceruinæ, ana unc: 3. Euphorbij, Terebinthinæ, ana unc: 2. Styracis optimi, Myrrhæ electæ, ana unc. 1. Confice sic, In Amaracino & Irino oleo Hyssopum, per tres dies infunde, Quarto uero die simul cū Terebinthina & cera lenes ad prunas bulli, spatha non deficiente, cūq; omnino bene commixta fuerint, omni eum diligentia cola, & sic puluerem terendorum oleumq; Nardinum desuper affunde, & exagitando optime commisce, ad ultimū uero decoctioni balsamum infunde, & cum commixtum fuerit & tepefactum, optimo uase conde, cumq; opus fuerit ad supra designata utere.

ACOPVM VIRIDE CAPVT. XCI.

Quod præstat Paralyticis, arteticis, Hidropicis, Nephreticis, Ischiadicis et podagricis et ad omnia que ex rigore corpori damnum adferunt. Recipe Olei Muscelini, Populini, Sicyoni, Scyllitici, amaracini, Glechoris, Tenerimarum frondium Danidis, Minoris calamenthæ ana unc: 12. Eleliphaci, Libanotidos floris, Sabinæ Herbæ paralytis, Euphorbij, aphronitri, Salis Gemmæ, Melanopiperis, Sinapis ana unc: 8. Styracis, Mastiches, Galbani, Guttae amoniacæ, Medullæ Ceruinæ, Costi, zingiberis, pyrethri, adarces ana unc: 6. Basilici, Balsamitæ, Myrthe, Libyftici, Foliorum mille folij, adipis phocæ, seui ursini, seui ceruini & lupini ana unc: 4. Olei Hispani

lustribus locis proueniens, tota specie molli & inani Halcyonio, estq; ueluti palustre Halcyonium. Dio. li. 5. c. 61. Hyssopum Hygron id est humidam Hyssopum appellat, more quorundam recentiorum, sordidam ouilana, quæ eruditi oesypie uocant. Vide Diosc. de lanis li. 2. ca. 66.

Oleum muscelini dicitur, ut Iacob. Mælius scribit, quæ moschū recipiat, cuius confectura require in Lum. magno.

Fortassis legendum Myrthi.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

& Cere Aphre quantum sufficit. Confice sic herbas omnes, species, & semina contrita diebus 7. in sufficienti oleo infunde, octavo uero die lento igni sufficienter decoque & cola, Gummi omnia cum Sicyonio & Scyllitico oleo solue & coctioni adde, sic adipēs & Axungias solutas & colatas super affunde. Postremo uero in Nardino & Populino oleo ceram liquefactam funde, & indeficienti spatula omnia commisce bene, cumq; tepefactum fuerit, uase optimo conde, & usui reserua.

Daphnini olei legendum esse puto pro Danidis, Sic autem appellatur oleum laurinum. Vide Dios. li. 1. ca. 39.

ACOPVM DIACASTORII

Caput. 92.

Proficiens Paralyticis Contractis, & ad diurnos membrorum dolores. Recipe olei ueteris, cere ana unc: 9
Olei Styracini, Medullæ ceruine ana unc: 4. Hyssopi, Ceroti Terebinthine ana un: 3. Ammoniacci, Galbani, Opopanacis, Castorei, adarces, aphronitri, Euphorbij, Leucopiperis ana unc: 2. Confice sic. Hyssopum, ceruinam medullam, & Gummi cū oleo & cera lento igne solue & cola, deinde puluerem terendorum subtilissime tricoscinatum decoctioni adde, Ad ultimum uero, Irinum, populinum, Styracinum superfunde & modicum bulli & conditum usui reserua.

ADNOTATIO.

Acopum ex abietino semine non erat hic prætereundum, Eo quod aptissimum est ad omnem lassitudinem, seu sponte ortam, seu alia quauis ratione contractam. Vti namq; eodem expedit his, qui in carne & tota corporis mole succos congesterunt, qui aut concoqui desyderent aut per halytium digeri. Compositionē Vide li. 4. Salubrium circa finem.

Acopum

NE MEDICAMENTORVM.

ACOPVM CHLORON IDEST VIRIDE

Caput. 93.

Quod prodest Cephalargicis & Emericicis ad pe-
 ctoris indispositionem, & ad frigiditatem uetriculi
 & omnibus articulorum doloribus proficit. Recipe Olei
 cypri Glucini, ana unc: 2. Olei Irini, populini Schœ-
 ninî Terebinthinae, ammoniaci Thymiamatis, cere, ana
 unc: 12. Hyssopi, Chlori Bratheï, Sanfuci Aphronitri,
 Eruginis, ana unc: 6. Smyrnes, Galbani popanacis, ana
 unc: 6. uel. 4. Euphorbiî, Adarces ana unc: 2. Aceti quod
 sufficit. Confice sic. Herbas omnes in aceto triduo infun-
 de. Quarto die lento igne pene ad consumptionem aceti
 decoque. Deinde oleum Cyprinum, Glucinum desuper
 infunde, & tamdiu bulli, donec acetum consumatur, & di-
 ligenter cola. Post hæc Gummi omnia in oleo Irino, Sci-
 nino, populino, soluta & colata adde, & sic ceram, Ad ul-
 timum autem cum tepesceri incipit, puluerem terendorû
 subtilissime tricoscinatum adiunge & indeficienti spatula
 agita donec omnia bene commisceantur, cumq; optime cõ-
 mixtum fuerit, optimo uase conditum usui reserua.

Pro Populino
 Actuarius ha-
 bet oleum lau-
 rinum.

Chloron Bra-
 theum Actua-
 rius non habet
 sed eius loco le-
 git Thuris in-
 podere hyssop-
 i et Eruginis.

ADNOTATIO.

Actuarius in lib. de Compos. medica. describit inter Acopa hoc ipsum
 Chloracopon. Glucinum autem oleum Aetius li. 12. cap. 44. absoluit tra-
 diq; ex 39. fere rebus cõstare eius confecturam. Porro ipsum dolores &
 lassitudines neruorum q̄ maxime sedat. Habet enim uim calefactoriam re-
 laxantem, facit ad affectiones uulue & ad omnem neruorum per consen-
 sum affectionem, ad rigores per circuitum repetentes quotidianæ & quar-
 tanæ febris. Omni enim acopo præstantius est.

Testatur insu-
 per et Gale. li.
 3. Salubrium
 Glucini oleû
 esse acopum et
 relaxans.

G ij Acopum

ACOPVM DIA CISV CAPVT. XCIIII.

Quod utile est ad dolorem scapularum coxarum genituum ex frigido prouenientem. Recipe Cerę unc: 36. Olei nardini unc: 27. Gummi hederę adarces ana unc: 3. Euphorbię, Styracis ana unc: 2. folij, nardi, amomi ana unc: 1. Confice sic. In oleo Styracem solue et cola, deinde ceram immisce, ad ultimum uero puluerem terendorum decoctioni adiunge & certatim agita, donec eadē miscella fiat, & cum tepefactum fuerit, uase optimo recōde & usui referua.

ACOPVM DIA HALOSANTHVS

Caput. 95.

Conueniens conuulsis ex repletionē, stupida membra ad sensibilitatem reuocat, proficit Hydropicis, Splenicis, arthriticis, Ischiadicis et podagricis summum remedium est. Recipe Olei Populini unc: 24. Olei Irini, Cerę, ana unc: 12. Olei Gleucini, Laurini Terebinthini, ana unc: 6. Halosanthus idest, Floris salis Euphorbię ana unc: 4. Axungię salitę, Mannus Opopanacis nitri, propolidos, Castorię, coccognidię, costi, Tibapyri Melanopiperis ana unc: 1. Confice sic. Axungiam solutam oleo populino commisce, deinde Opopanacem & Terebinthinam in laurino, Irino & Gleucino oleo soluta & bene collata præscripto oleo adiunge, sic Halosanthus & admittiores carbones bulli modicum, post ceram immite, & cū liquefactum fuerit sic puluerem terendorum adiunge deniq; commisce cumq; refrigeratum fuerit reconde & usui referua.

Pro tibapyro
legendū ē thiu
apyru idest sul
phuris ignē nō
experti.

Pro

NE MEDICAMENTORVM.

Pro mannis autem puto reponendam esse mannã. Siquidem mannã
uiri in acopis receptum fuit priscis, ut patet in Anthi uiridi acopo apud Ac
tium li. 12. ca. 44. Noluimus tamen immutare probe expressis literis exara
tam lectionem.

ACOPVM ISCHIADICON.

CAPVT. XCVI.

Quo Troilus Archita utebatur contra omnes dolor
res & frigidas passiones totius corporis. Recipe
Cucumeris Agrestis poma 30. Ceræ Sulphuris uiui, Te
rebinthinæ Diptami ana unc: 6. Euphorbij, Thapsiæ ana
na drach: 2. Pyrethri Staphysagriæ, Nitri, Caroi, ana unc:
1. Olei ueteris sextarium 1. Confice sic, poma in oleo sus
ficienti coque & abiectis pomis ceram adde deinde Tere
binthinam, ad ultimum terendorum puluerem adiunge,
& cum mixtum fuerit conde & usui reserua.

ACOPVM DIADAPHNIDON.

CAPVT. XCVII.

Vtile ad lumbos debiles infrigidatos & ad frigiditas Daphnides
tem Vesicæ, & Verretri, & ad eos qui congedi cum Græci baccas
muliere non possunt, siue ex debilitate ætatis, seu ex Para laurinas appel
lysi Renum Coli & uesicæ, reuocat enim stupida mem
bra ad sensum, Renibus, Pectini, inguinibusq; iuxta ignē
inunctum. Recipe Olei ueteris unc 20. Ceræ unc: 6. Olei
Laurini Peganini, Pulegini, Sulphuris uiui, salis, sismi co
lumbini sicci, Lauribaccarum, Seminis Eruce, Melano
piperis seminis Nasturtij ana unc: 3. Euphorbij, Nitri, Te
rebinthinæ, ana unc: 1. confice sic, in oleo ueteri ceram, &
G iij Terebinthinam

NICOLAUS DE COMPOSITIO:

Terebinthinam solue, & cum condensari incipit puluerem terendorum adiunge, & diu exagitando admisce. Deinde oleum Laurinum Puleginum & peganinum tepidum supermitte, cumq; bene commixtum fuerit conde et Usui referua.

ACOPVM PENTAMERON. CAPVT. XCVIII.

Quod facit ad frigidum dolorem, uentositatem Stomachi, Hepatis & Interaneorum omnium, dolore Illi placat, Renes debilitatos & Vesicam corroborat. Recipe Olei Nardini unc: 12. Balsami ceræana unc: 4. Mastiches unc: 3. Styracis Calamitæ unc: 2. Confice sic, in oleo Nardino ceram lento igne solue deinde puluerem Mastiches immitte donec liquefiat bulli, ad Vltimum uero Styracem in Balsamo solutum decoctioni adde & bene commixtum in optimo uase conditum usui referua.

ANNOTATIO.

Actius li. 12. ca. 44. Pentamæron hoc est quinquemembre illud unguentum similiter Nicolao describit iuxta translationem Cornarij, dicens. Recipe Styracis unc. 1. Mastiches sextantem, cereæ albe quadrantem, opobalsami trientem, unguenti nardini quincuncem. Ceram cum nardino super prunas liquefacito, styracem uero cum opobalsamo terito & ad ceram una cum mastiche inijcito. Liquefactaq; percolato ac in mortario diligenter terito donec quam albißima fiant. Vtitor.

BLANCA MAIOR CAPVT. XCIX.

Vtiles Cephalalgicis, & oculorum doloribus & sanguinolentis tumoribus & lippis optime facit contra

NE MEDICAMENTORVM.

tra omnia quæ offendit imaginationem rationem & mem
 moriam Paralyticis Hydropicis & Splenicis Tremens
 tibus & Epilepticis singulariter medetur. Recipe Opo
 panacis, Therebinthinæ, Galbani, Ase, Sagapeni, Casto
 rei Antimonij, Sulphuris bdellij Aspalathi, Ammoniaci
 Styraçis liquidi, carnis Leõis, Diagridij, Euphorbij Aga
 ricæ, Coloquintidæ interioris, Hellebori nigri, polypodij,
 Thapsiæ, pyrethri, Schoenanthus, peucedani, Asari, Cy
 peri, peoniæ, Betonicæ, Chamedryos, polij, Amomi, Li
 bystici, seminis rutæ, sanguinis draconis ana drach: 9. &
 scrup: 1. Cinnamomi, Carryophyllorum, Macis, Carda
 momi, Anisi Marathri, Balsami ana drach: 1. & semis, am
 bræ scrup: 2. Mellis quod sufficit, dentur de ea drach: 3.
 uel: 4. Febrientibus cum tepida non febrientibus cum
 uino.

Blancam inter
 pretatur Pla
 tearius cõmen
 tator quasi al
 bam significet,
 quoniam pur
 get albos humo
 res. Vocabulũ
 barbarum &
 Italicum.

BLANCA MEDIA CAPVT. C.

V Sualis quam alij Fetidam uocant, optima Epilepti
 cis si detur cum recenti sanguine statim occisi lepor
 ris, Melancholicis cum anacardi decoctione, Maniacis
 & paralyticis cum uino in quo Elelisphacus & Castore
 um infusum fuerit. Quartanarijs, Dendrolibani & pega
 ni apozimate proficit Hydropicis Splenicis & Nephre
 ticis. Recipe Terebinthinæ, Opopanacis, Galbani, Ase,
 Serapini, Ammoniaci, Aspalathi, Antimonij, Castorij,
 Sulphuris, Styraçis liquidi, Aloes, Diagridij, agarici, Co
 loquintidæ, Bratheos, Scordij dentis equini ana drach:
 9. Alij addunt Sanguinis Draconis, Anacardi, Li
 bystici,

Dendrolibanũ
 uel potius den
 drolibanotida
 rosmarinum
 uocarunt non
 nulli, de qua u
 de Diosco. li. 3.
 ca. 79. 80. 85.
 & Simon Ges
 nusenem.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

bystici, Petroselini, Balsami ana drach: 9. & scrup: 1. mellis quod sufficit. Detur de ea in modum nucis mane, aut uesperis cum decoctionibus supra scriptis.

Scordion nascitur in locis montanis folia chamædryi similia habens maiora tamen allij odorē referētia, subamara uirgulas quadratas à quibus flos subrubens dependet Huius tanta uis est, ut quacunq; occisorum corpora in prelio supra illud ceciderant manserint incorrupta uide Manardii li. 5. epist. 3. & li. 6. Epist. 3.

Dens equinus uel caballinus est tusilago idest hyoscyamus autore Sylluatico, & Genuates ab Arabibus appellari Bengi quoq; insinuat. Alibi tamen esse Sulphuracam tradit, plantam uidelicet que pone flumina nascatur.

BLANCA MINOR CAPVT. CI.

Quæ bene facit Paralyticis, Cardiacis, Nephreticis et Podagricis subuenit. Recipe Hiere, Picre drach: 10. Pegani drach: 6. Opopanacis Ammoniaci Aloes cognidi ana drach: 5. Zingiberis, Costi, Pyrethri Macro gæ, Salis gemmæ, seminis apij ana drach: 1. mellis quod sufficit Dentur de ea drach: 3. mane.

BARBATI ANTIDOTVM.
CAPVT. CII.

Quod confert Cephalalgicis, Maniacis, Hepaticis, Splenicis, Hydropicis, Nephreticis, Podagricis, Ischiadicis auxiliatur, Recipe Euphorbij, Aloes, Nitri, Aristolochiæ, Polypodij ana drach: 1 8. & scrup: 2. Zingiberis Myrrhæ Mastiches, Acori, Melano piperis, Cimini,

NE MEDICAMENTORVM.

ni, Petroselinij Hyofcyami ana drach: 9. & scrup: 1. Mellis quod sufficit, Dentur ex eo drach: 3. Febrientibus cū tepida non febtientibus cum uino.

BASILICON ANTERI CAPVT. CIII.

Quod optime purgat capitis imaginationem rationem & memoriā restaurat & omnia quæ intra uentriculos capitis nocent exterminat. Phthificis, Cardiacis, Hepaticis mirabiliter subuenit, Iecinoris, Iliorum & matricis uentositatem sine molestia expellit & omnia quiete agit. Recipe Diagridij, zaccari ana drach: 20. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Spicæ, zingiberis, Costi, Croci, Schoenanthus, Xilobalsami, Turbith, agarici, Senæ, corticis Mirobalani citrinæ Tragacanthæ, mastiches, Iridos Rosarum Melano piperis, Carui, anisi, foeniculi, ana drach: 2. Mellis phialas. 2. Lactis Tithymali 1. Conficitur sic. Lac cum melle lento igne coquatur donec rubescere incipiat, & ab igni amoto iā tepesacto eo puluere terendorum temperetur, & exinde drach: 3. mane uel uesperis cum tepida seu cum uino dentur & si uolueris inde catapotia facere cum lacte Tithymali informa quorū noxiem deglutienda exhibebis.

BEN PONTICA CAPVT. CIIII.

Benedictam hanc uocant fragmenta impressa, quæ optime purgat Peripleumoniacos stomachicos, hepaticos, ad dolorem & plenitudinem Renum saluberrima est, Proficit etiam podagricis & arteticis. Recipe Turbith, zaccari drach: 20. Diagridij drach: 10. Rosæ. Hermodactyli, Cariophyllorum, Spicæ, zingiberis, croci, Sa-

H xifragæ

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Selinon latine *xifragæ*, *Macropiperis*, *amomi*, *seminis selini*, *Salis gemmæ* ana drach: 2. Alij addunt *Galangæ*, *Macis*, *Carui*, *seminis foeniculi*, *seminis asparagi*, *seminis Brusci*, *granâ solis* ana drach: 2. dentur ex ea drach: 4. mane uel uespere cum calida.

apium uocant.
Grana Solis id est milij Solis uocati.

ANNOTATIO.

Benedictam ponticam scribendum autumo, quandoquidem ut habet codex impressus Benedicta meretur appellari expensis diligenter operationibus ad quas usurpatur præstandis. Habet tamen liber impressus pondus esule cum turbith, cardamomi cum amomo, & petroselinon pro Selino.

BESTIANVM ANTIDOTVM

Caput. 105.

*Meminit Acti
 as li. 10. cap. 6.*

Quod cohibet subuersionem stomachi, Hepaticos Spleneticos, & Hydronicos purgat calculos in renibus & uesica mirabiliter confringit, & expellit, stranguariam & dysuriam aperit & dissoluit. Recipe *Euphorbij*, *Saxifragæ*, ana drach: 1 & scrup: 2. *Cinnamomi*, *Spicæ*, *Folij*, *Costi* *Zingiberis*, *Schoenanthus pyrethri* *Calliæ fistulæ*, *asari*, *acori*, *Meu*, *cyperis*, *Ellenij*, *Capparidis corticis* *Pegani* *Hyssopi*, *Glechonis*, *Melanopiperis* *Leucopiperis*, & *Macropiperis*, *carpobalsami*, *seminis citri*, *apij*, *anethi*, *libyistici*, *Petroselini*, *Alexandri*, *marathri*, *cimini*, *Dauri*, *Baccarum lauri*, *Hederæ* & *Iuniperi*. *Sanguinis Hirci*, secundum disciplinam dynamidorum compositi balsami ana drach: 9. & scrup: 1. Mellis quod sufficit. Dentur mane uel uespere cum decoctione seminis citri et apij, *Macedonici*. *Citroli* & *melonis apozemate*.

Bis

NE MEDICAMENTORVM.

Bis sanguinem hirci in lithiasi docet exhibere. In hoc enim instituto efficacissimum remedium existit. Sumitur autem in Augusto sanguis hirci annorum quatuor ad ollam rite lotam, dimittitur donec coaguletur, deinde sectus in frustra et lintreis suspensus sub dio donec queat puluerisari, et scrupulus unus in uino bono effervescato, uel in aqua apij porrigitur iuxta Auicennam. Serapionem & alios. Rasius idem pollicetur de sanguine cerui.

BESTIANVM ANTIDOTVM ALTERVM

Caput. 106.

Quod facit Hepaticis, Nephreticis, Calculosis & ad uescicæ uitia optimum est. Recipe Spicę drach: 10. Myrrhę, Cimini ana dra: 8. Cinnamomi Schoenanthus, Cassiæ fistulæ, Elenij Rosarum, ana drach: 4. Hyssopi, Carpobalsami, Petroselini, Alexandri ana drach: 2. uel 3. Croci, Costi, Saxifragæ, Seminis anethi, ana drach: 2. Folij, acori, asari, Meu, Leucopiperis, Dauci. Balsami, ana drach: 1. & semis, Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanae cum Posca aut cum aceto Scyllitico.

BORGOTON ANTIDOTVM

Caput. 107.

Hoc conducit ad Rheuma capitis & ad omnia quæ articulis incommodant ex Rheumate, orthopnoicis, Tussientibus sine mora succurrit. Recipe Scylle drac: 54. & scrup: 2. Orob pollinis drach: 27. & scrup: 2. Lilij syluatici drach: 18. & scrup: 2. opopanacis drach: 9. & scrup: 1. ammoniaci drach: 3. & semis. Acori drach: 1. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum uino seu tepida.

H ij Barba

NICOLAUS DE COMPOSITIO
BARBARION ANTIDOTVM.

Caput. 108.

HOc competit ad omnem imbecillitatem & Enphra
xim stomachi hepatis & Splenis Renes & Vesicā,
si ex frigidis membris supra scriptis distemperantia super
uenerit, calefaciendo confortat & aperit. Si uero ex san
guine & Colerico incendio contigerit, Diuretica uirtute
aperit & purgat, maxime ea quæ in Sima hepatis contin
gunt. Recipe Reubarbari drach: 44. & scrup: 2. Cinna
momi. Caryophyllorum Nucis Muscatae, Folij, Spicæ,
Galangæ, Croci, Costi, zingiberis Xilobalsami. Schoenā
thus, Laccæ, Mastiches, Myrrhæ, Afari, Aristolochiæ lō
gæ, Phu, Iridis, Gentianæ, absinthij, Carpobalsami, Car
damomi, amomi, Macropiperis, anisi, Marathri, petrosel
lini ana drach: 2. mellis quod sufficit. Dentur ex eo drac:
3. mane & uesperī febrientibus cum tepida non febrien
tibus cum uino.

*Iridem duplicem distinguunt recentiores liliū cœleste uocant alterū
cuius magna copia in uiridarijs uulgo reperitur, alteram Illyricam odora
tam habemus peregrinam nempe apud nos inodoram tantum reperibilē,
idest ferē inutile, yreos dicitur à nostris inepte. Pandectarius de hac scri
bit dicens. Alia species est liliij agrestis quæ dicitur yreos herba folia habēs
idest uirgas similia Iridis, florem croceum uel album saporis amari parū,
semen molle, & radicem odoram digitalis spissitudinis: prouenitq; sub ar
boribus & lacis umbrosis.*

BOTANICON CAPVT. CIX.

HOc prodest Melancholicis & his qui expauescunt,
Hypochōdriacis & splenicis prodest, & cōtra oīa
uitia

NE MEDICAMENTORVM.

uita quæ ex Melancholia proueniunt optimum est. **Re**
 cipe Aquæ Phialas 6. Iuiubarum, Damascenorum sicco
 rum ana drach: 10. Radicū scariolæ & fœniculi ana drach:
 6. Myrobalani Citrini drach: 5. Tamarindorum, Passula
 rum ana drach: 4. & semis, Violarum drach: 7. Maluæ, me
 dullæ Cassiæ fistulæ, Epithymi ana drach: semis. Rosa
 rum, Absinthij, seminis Citruli, Melonis, Cucumeris, ana
 drach: 2. Fumi terræ Myrobalani Chebuli, Indi Anisi,
 Fœniculi, Schoenanthus ana drach: 1. Reubarbari scrup:
 2. Mastiches scrup: 1. Adianti, Borriginis ana manipu
 lum: 1. Zacchari quod sufficit. Confice sic Radices scario
 le, Fœniculi, Violas, Rosas, Epithimum, Absinthium, co
 que in aqua lento igne ad tertiam, & cola & abiectis her
 bis decoctioni Adiantum, Borriginem, Iuiubas, Damas
 scena, Passas, semen Citruli, Melonis, Cucumeris, sumum
 terræ adhibe, & iterum ad medietatem bulli & acuratus
 per linteolum cola. & sic puluerem Myrobalani, Citrini,
 Chebuli, Indi, Anisi, Fœniculi Schoenanthus Reubarba
 ri Mastiches in succo toto die ac nocte infunde, Alio uero
 die diligenter cola, & Tamarindos, Mannam, Cassiam si
 stularem in eodem succo manibus fricando solue, & cola,
 Deinde Zaccharum quantum sufficit adde & inde Phia
 lam 1. & semis aut quod sufficit mane patienti propina tes
 pidam & ieiunet ad sex horas.

BVPHAGON ANTIDOTVM.

CAPVT. CX.

Hoc utile est ad omnes Rheumaticas passiones, Asth
 maticis, & suspiriosis prodest. Tussim antiquã & res
 H iij centem

NICOLAUS DE COMPOSITIO

centem potenter emendat. Peripneumoniacis, Phthificis,
 Pleureticis & uniuersis Empyis peculiariter medetur. Re
 cipe Butiri recentis nouises abluti, Caricarum pinguium,
 passularum ana drach: 36. Carnium Dactylorum, Nu
 cleorum pini, Amygdalarum amararum ana drach: 30.
 Succu Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, Hyssopi, ana drach: 16
 Iridos, Thymi, Satureiæ ana drach: 12. Prassij, Glechonis
 Pegani ana drach: 10. Cinnamomi Zingiberis Pyrethri
 ana drach: 9. Caryophyllorum, Galangæ, Melano piper
 ris ana drach: 3. Ligni Aloes, Nucis Myristicæ, Spicæ, ana
 drach: 1. & semis. Mellis & aquæ quod sufficit. Confi
 ce in uase æneo stagnato aquæ Libras 4. Cariculas pas
 sulas & dactylos ante in mortario bene tritos diebus tri
 bus infunde, & circa diem quartum, lento igne ad medie
 tatem decoque, & per sacculum uiolenter exprime, de in
 de butirum in ipso tepido succo puris manibus fricando
 solue et additis mellis lib: 6. iterum lenes ad prunas ad mel
 lis spissitudinem bulli, & uice secundaria, deinde amygda
 las pineasq; in modum electuarij tritas decoctioni adde
 & in mortario sine intermissione terendo commisce, ad ula
 tum uero terendorum subtilissimum puluerem super
 insperge & diutius admiscendo confice. Cumq; bene con
 fecum fuerit congruo uase conde & usui referua, & cum
 opus fuerit, mane & uespero cochleare unum cum mulla
 decoctionis Hyssopi propina.

BVPHAGON CAPVT. CXI.

HOc prodest ad affectus pectoris & pulmonis Asthma
 taticis, & suspiriosis medet. Recipe Butiri Abluti
 drach:

NE MEDICAMENTORVM.

drach: 18. & scrup: 2. Cinnamomi, Galangæ, Zedoariæ,
Zingiberis, Glycyrrhizę, Libyſtici, ana drach: 9. & scrup
1. Anifi Hyſſopi, ana drach: 4. & scrup: 2. Caryophylloſ
rum, Spicæ, ana drach: 2. mane uel ueſperi cum uino te
pido.

BECHICON ASCLEPIADEVM.

CAPVT. CXII.

EXpertum ad tuſſem ueterem & nouam aridam & ſic
cam. Recipe Myrrhæ, Pegani, Iridos, Thymi, Hyſſo
ſopi, Melano piperis Apij ana drach: 10. Mellis quod ſuſ
ſicit datur in modum Auellane mane uel ueſperi cum ui
no tepido.

BECHICON CAPVT. CXIII.

Quod optime conducit ad Xerobechen arterias ex
aſperatas lenit, ſiccis Phthiſicis & Peripneumonia
cis medetur. Recipe Amygdalarum purgatarum, Amyli
ana drach: 18. & scrup: 2. Tragacanthæ albæ, ſucci Gly
cyrrhizæ, & radicis, fabæ Pollinis, ſeminis comidionis, ſe
minis bombacis, portulacæ, Cucurbitæ, peponis, Angu
ri ana drach: 4. & scrup: 2. Seminis lini ſcrup: 3. Syrupi
Roſacei, quod ſufficit. Datur in modum nucis myſtice
mane uel meridie cum frigida.

*Hoc eſt ad tuſ
ſim ſiccam.*

BECHICON CAPVT. CXIIII.

Quod confert ad tuſſes & affectus pectoris et pulmo
nis ad Stomachi dolorem, Hepatis & ſplenis utiliſ
ſimum eſt, Nephreticis & Arteticis auxiliatur, & urinam
prouocat. Recipe Ariſtolochiæ rotundæ, Cyperi, Origa
ni, pulegij, Eupatoriij, Chamedryos, Gencianæ, Melano
piperis, Anethi, Fæniculi, ſaluizæ montanæ, Cimini, ana
drach: 9. & scrup: 1. Mellis quod ſufficit. Detur in mo
dum

NICOLAUS DE COMPOSITIO:
dum nucis maioris mane uel uesperis cum uino calido.

BECHICON CAPVT. CXV.

Aptum ad tussim et pectoris & Stomachi & intera-
nearum dolorem. Recipe Carniū dactylorum, Pi-
nearum, Cinnamomi, Spicæ, Costi, Mastiches, Hyssopi,
Origani, Thymi, Pulegij, Melano piperis & baccarum
Lauri, ana drach: 25. mellis quod sufficit. Datur in modū
auellanæ cum tepida.

BECHICON. CAPVT. CXVI.

Hoc facit ad tussim ueterem & nouam, et uitia pecto-
ris emendat. Recipe Galbani, Opj, Terebinthine,
ana drach: 6. Styracis drach: 4. Iridos drach: 3. Myrrhæ
drach: 2. Mellis quod sufficit.

CEPHALICON MAGNUM
Galenī. Caput. 117.

Hoc prodest ad omnia uitia capitis, Lachrymas stri-
dat & debilem Stomachum confortat, & Cardiacis Ar-
thriticis & Podagricis peculiariter subuenit, Typicisq; fri-
goribus prodest. Recipe Hermodactylorum drach: 27. &
scrup: 2. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Reu-
barbari, Spicæ, Folij, Costi, Zingiberis, Zedoariæ, Xilo
balsami, Croci Orientalis, Cassiæ, Pyrethri, Calami Aro-
matici, Coralli rubei & albi, Melano piperis, Leuco pipe-
ris, & Macro piperis, Cardamomi, Anisi, Carpobalsami,
Succi Glycyrrhizæ, ana drach: 12. & scrup: 2. Euphorbij,
Agarici

NE MEDICAMENTORVM.

Agarici, aloes Colocynthidos, anacardi, Turbith, Opopanacis, Styracis Calamitæ, Galbani, Sagapeni, asa amoniaci, Myrrhæ, Castorei, Libani, Mastiches, Styracis rubei, Tibappiri, lapidis Lyncis, Bdellij ana drach: 12. & *Legendū thiu apyru idest sul phuris ignē nō experti.* Rheupontici Celtici, Mandragore corticis, Ciperi, Caudæ Hypposetæ, Saxifragæ, Sefelis, Granorum solis, sanguinis Draconis ana drach: 11. Balsami, Moschi, Camphoræ ana drach: 9. & scrup: 1. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

Hipposetam uocant quam Græci Hippurim et latini appellant Equisetum & caudam equinam, de qua affatim consyderat Diosco. lib. 4. ca. 44. & .45.

CĒPHALICON IUSTINIANI.

Caput. 118.

HOc appositum est ad capitis dolorem & tinnitum aurium ex anathymias factum. Dosis eius drach: 3 *Anathymiasis idest euaporatio eleuata sursum.* cum tepida. Nephreticis, Calculosis, Colicis, sumptum in modum castaneæ cū Diagridij scrup: 3. mirabiliter profest. Recipe Cinnamomi, Folij, Spicæ, Costi, Ligneæ *sum uersum.* Cassiæ, aristolochiæ longæ & rotundæ, Hyssopi, Pulegij, Elenij, artemisiæ, pentaphylli, Leucopiperis Saxifragæ, Orobi, Petroselini, Libyftici, Olufatri, Seminis asparagi, Seminis urticæ, Iuniperi, Sileris, Apij, Faniculi, seminis rutæ, Baccarum lauri ana drach: 8. & scrup: 1. Mellis quod sufficit.

CEPHALICON STREPHOLOGIVM.

Caput. 119.

HOc accomodatum est ad impedimentum linguæ, quicquid per guttam Paralyticam a capite delcens
I derit

NICOLAUS DE COMPOSITIO

*Strophi sunt
graues dolo-
res qui in ante-
riore Homine
à stomacho us-
que ad umbili-
cum terquent,
& tormina la-
tine dicuntur.
Coniicitur les-
gèdū esse seru-
semis p. seru. 6*

derit & in ea collectum fuerit tribus potationibus emen-
dat, Aufert dolorem Hepatis & Splenis, & Strophos de-
ponit, arteticis, Nephreticis, Ischiadicis & Podagricis pe-
ciliariter medetur. Recipe Hermodactylorū drach: ʒ4.
& scrup: 6. Aloe Hepaticę drac: 2ʒ. & scrup: semis, Dia-
grydi, Hellebori nigri, Polypodij, Croci, Melanopiperis
ana drach: 1ʒ. & scrup: 2. Scyllæ interioris agarici, myrti,
aristolochiæ, Betonicæ, castorei, centaureæ, chamedryos,
cimini, ana drach: 9. & scrup: 1. Mellis quod sufficit, Den-
tur drach: 2. cum mulla.

CEPHALICON LEVCADIVM
Caput. 120.

Optimum Epilepticis sensibilibus & insensibilibus,
Melancholicis, Maniacis subuenit. Recipe Diagri-
dij, Euphorbij, aloes, agarici, cassiæ fistulæ, colocynthidos
Bdellij, Sagapeni, Hellebori nigri, Scyllæ assæ, cinnamo-
mi, croci orientalis, aristolochiæ rotundæ, prassij, melano-
piperis, Dauici cretici, petroselini ana drac: 9. mellis quod
sufficit, Detur in modum auellanæ, aut secundum uires
ægrotantis cum calida.

CLIMAX HERMAICVS QVAE DICITVR
Diera uel Cyriaca. Caput. 121.

Quæ collecta est apud Heliopolim in ara Solis scri-
pta literarum cilicum characteribus, cōstat autem
ex speciebus 60. & ideo climax appellatus est, quod drach-
maticæ ab una drach: ad quindecim ascendit, ita tamen ut
per singulos gradus quaternas species componat in hūc
modum

NE MEDICAMENTORVM.

modum pensantes a prima drach : usq; ad 15. Quæ per
 secte facit ad caliginem oculorum & uulnera oris & fau-
 cum & his qui ex nigra cholera uel uino multo amentes
 sunt. Omnes dolores stomachi cum uino decoctionis ci-
 mini semel potatus curat, Hemoptoicis phthificis cum ca-
 lida subuenit morbo regio, Spleneticis, Nephreticis, &
 Calculosis ex causis frigidis medetur ad pleumatofin &
 Tormina præcordiorum & intestinorum cum hydrome-
 lite exhibitus, extemplo liberationem præstat, Ischiadicis
 & podagricis cum aqua assumptus auxiliatur, His qui
 uenena biberint, uel ab aliquo terrestri aut marino anima-
 li commorsi fuerint potatus uel uulneribus superpositus
 cum omni celeritate succurrit, ex quotidiano tertiano, seu
 quartano Typo laborantibus cum Apozemate Pegani,
 uel calaminthes bibitus opitulatur, & adhuc aliud mira-
 bile operatur quod si potatus fuerit, infecti aeris mali odo-
 res, neq; diuersarum aquarum potationes, corporib; alijs
 quid nocementi inferre præualent. Recipe Opopanacis
 Castorei, Myrrhæ, Thuris ana drach : 1. Euphorbij cro-
 ci, Lazeris seminis Balsami ana drach : 2. Hyssopi, Abs-
 inthij, Petroselinij, Macedonici, Seminis sinapis ana
 drach : 3. Pyrethri, Aristolochiæ, Gentianæ, prassij ana
 drach : 4. Centaureæ, Melanopiperis, Anisi, Seselis,
 ana drach : 5. Chamomillæ, Iridis, Chamedrysos, Sym-
 phyti ana drach : 6. Scillæ asse, foliorum baccarum Lauri,
 Citri, seminis salicis ana drach : 7. Anchusæ radicis Ori-
 gani Thymi Silphij ana drach : 8. Cinnamomi, Spicæ,
 Cassiæ fistularis, amomi ana drach : 9. Frondiū lauri, coc-
 cognidij, carpucareos, cimini, ana dra : 10. Lithargyri alu-
 minis scissi, Balaustræ, seminis selini ana dra : 11. Aluminis
 I ij rotundi

NICOLAUS DE COMPOSITIO=

Per coccu in-
telligit fructū
& grana, uel
baccas rubi.

rotundi, amyli cyperi ana drach: 12, Terebinthine, Succimali citri, pegani, marathri, ana drach: 13. Radicis Eringij, peoniae, Radicis Rubi & coccu ana drach: 14. Elenij, artemones, Mille folij, Artemisie ana drach: 15. Mellis quod sufficit, cauendum est autem ne species pro speciesbus mutantur, aut in hac miscella aliquid augeatur, uel minuatur.

Hæc ut testatur Simeon Sethi fons solis et urbs solis dicta est, ubi tradit Balsame lion hoc est Opobalsamum colligitur ex arbusto paruo quod duos cubitos non excedit.

Heliopolis una narratur fuisse in Cilicia, Chryssippi Stoici patria de qua fortassis autor hic noster intelligendus est, & Plinius li. 13. ca. 1. Crocinum unguentum in urbe Solis Cilicie diu maxime laudatum fuisse scribens. Altera in Aegypto fuit mille millibus passuum ab Alexandria distans.

Tradit etiam Volateranus in Heliopoli Solis templum fuisse ubi in septo quodam Meium bouem nutrierint sicut Memphitæ Isidem uaccam.

Pneumatosis appellant Græci uentositatem & flatuosos spiritus ut est apud Gal. li. 1. de feb. ad Glauco. Trallianum in tractatione Antidotorum ad uentriculum frigidum, Testatur autem Corinthus in Dialecticis peripleumoniam & peripneumoniam per commutationem l & r recte dici posse.

CLIMATION CAPVT. CXXII.

HOc ualde in multis rebus expertum est & magnū quoniam conuenit ebrijs, Scotomaticis, astmaticis, Phthisicis, Hepaticis, Splenicis, Hydropticis, atq; Pleureticis contra uenenum quoq; et morsum reptilium, quadrupedumq; animalium ita expertum est ut hora illa qua accipitur aut plagis superponitur ab omni dolore uel tumore patientem liberet. Recipe Libani, Prassij, Centauriæ, Stoechados, Saniculæ, Rande, Radicis Cucumeris Agrestis, Agni Floris, Seminis Porri cunini

NE MEDICAMENTORVM.

nini ana drach: 1. Costi, Croci, Betonicae, Eringi, Ele
 ni, Ungulae equi, mellis piperis, Vrticae seminis ana drac:
 2. Spicae, Scillae Aethi, Chamædræos, seminis Appij, Se
 feles, Aneti, Marathri ana drach: 3. Zedoariae, Brathei,
 Polij, Argemones, Peoniae, Saxifrage, Seminis Fraxini
 Fenu Graeci ana drach: 4. Galangæ, Zingiberis, Myrrhe
 Daphni Cocci, Gencianæ, Aristolochiæ rotundæ Pegani,
 Diptami, ana drach: 6. Mellis quod sufficit. Detur in mo
 dum auellanæ cum tepida.

Vngulam ca
 ballinam intel
 ligit per ungu
 lam quæ &
 ungula asini,
 Tusilago, far
 fara et Bechi
 on dicitur li. 3.
 ca. 17. apud
 Diosco.
 Daphni coccos
 affectate appel
 lat baccas lau
 ri.

CLIMAX ALEXANDRINVS.
 CAPVT. CXXIII.

Hic optime confert ad tusses & grauitatem pectoris
 Hex Rheumatismo factam, Hæmoptoicis potenter
 subuenit, Stomachi inflammationem amputat. Digestio
 nem procurat, fastidium aufert & interaneorum uitij pe
 culiariter medetur, Venerem irritat & menses prouocat
 Recipe seminis Erucae drach: 1. Melanopiperis drach: 2.
 Fæniculi drach: 3. Elenij drach: 4. Mellis quod sufficit,
 Alij addunt in primo gradu anisi, Sileris montani ana
 drach: 1. In secundo, Spicae, Sinoni Syriaci, ana drach: 3.
 In tertio, Galangæ, Petroselinij ana drach: 3. In quarto
 Cinnamomi, Amomi, ana drach: 4. Vnde distemperans
 Stomachi ex frigido ortam uigore caloris extirpat
 & imbecillitatem eius aromatica suauitate confortat.

CLIMAX MERCVRIALIS.
 CAPVT. CXXIIII.

Vtillissimus Epilepticis Melancholicis, Arteriacis,
 Tussietibus, ad dolorem & frigiditatem Stomachi,
 I iij Hepatis,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Hepatis, & interaneorum omnium optimus est. Recipe
 Zingiberis, Castorei, Thuris, Hyoscyami seminis ana
 drach: 1. Opopanacis, Opij, Croci, Euphorbij ana drach:
 2. Hyssopi, Absinthij, Petroselini, sinapis ana drach: 3.
 Galbani, Pyrethri, Gentiane. Aristolochiæ ana drach: 4.
 Centauriæ, Melano piperis, Anisi, Sefelis ana drach: 5.
 Elenij, Iridos, Chamæmeli, Chamædryos ana drach: 6.
 Mellis quod sufficit detur cum uino tepido.

CLIMAX. BOTANICVS. CAPVT. CXXV.

Qui optime congruit ad omnem frigiditatem capi-
 tis, Asthma, Tussim & ad omnes affectiones pecto-
 ris & pulmonis frigiditatem & dolorem Stomachi am-
 putat, appetitum conciliat, Enphraxim Hepatis, Splenis
 & Renum aperit & mulierum mensibus imperat. Recipe
 Melano piperis, seminis Erucæ, Sileris mōtani ana drach:
 1. Zingiberis, Hyssopi, Sinoni, ana drach: 2. Spicæ, Amo-
 mi, Fæniculi ana drach: 3. Galāge, Elenij, Petroselini ana
 drach: 4. Mellis quod sufficit. Detur mane & sero cum tes-
 pida seu cum uino.

CALISTI ANTIDOTVM ANO-
 dinum. Caput. 126.

Somnum præstat. Asthmaticis & suspriosis subues-
 fert. Pleureticis & Colicis mire opitulatur. Recipe Styra-
 cis, Myrrhæ, Bdellij, Opij, Hyoscyami, ana drach: 8. Gal-
 bani, Olibani ana drach: 3. mellis quod sufficit. Detur in
 modū auellane mane uel uesperij cum tepida, seu cū uino.

CHARAPOEON CAPVT. CXXVII.

Mirabiliter

NE MEDICAMENTORVM.

Mirabiliter soporem inducens, peculiariter medetur Dolori Stomachi & anatrope, Pleuritida & Illo- rum dolorem compescit, Ventositatem intestinorum expellit, Renum & Coli causas curat, Quoridianos et Quar- tanos typos placat, et ad alia multa facit datur in modum nucis Myristicæ cum uino tepido post cænam. Recipe Melano piperis, seminis Hyoscyami ana drach: 5. Opij drach: 2. & semis, Opobalsami, Nardi, Costi, Pyrethri, Stryracis, Mastiches, Euphorbij, Litargyri, ana drach: 2. Croci Orientalis, Mellis quod sufficit. Huius Antidoti uirtus non est parui pendenda, mirifice enim omnia supra scripta complet & præstat.

CONDITUM CAPVT. CXXVIII.

Expertum Asthmaticis, Conducit etiam optime ad diuersas tusses & uitia pectoris. Recipe uini libras: 12 Mellis 2. Thymi, Hyssopi, Ambræ, Glechonis, pegani, Elelisphaci, Calamithes uiridis Zingiberis, pyrethri, Melano piperis Fœni Græci, Cimini ana drach: 2. Cinnamo- mi, Caryophyllorum, Spicæ, Elenij, Iridos Glycyrrhizæ, ana drach: 1. Anisi, Libystici, Fœniculi ana drach: semis. Confice sic Herbas omnes contritas & Ciminum, & Fæ- num Græcum similiter in uino & melle biduo infunde, Tertio uero die ad lenes prunas modicum bulli & diligen- ter cola, deinde puluerem specierum subtilissime tricosci- natum decoctioni commisce & inde omni die mane & ue- speris meridie quoq; patienti phialam 4. propina.

Tricoscinatum nunquã non ponit Nicol. pro κενονιβιο μενοπι δεστ, cribratum, semel igitur huius admonuisse satis sit norintq; lectores huc ne- uum identidem esse in sequentibus emendandum: qui non ex ignauia auto- ris sed culpa describentium irrepsisse uidetur.

Anatrope est euersio uel sub- uersio, anastro- phe reuersio, anatrope nu- trimentu. Nunc hoc nunc illo ni- colaus utitur, proinde hic pla- cuit admonere ne quis græca- rum literarum rudis idem per omnia signifi- cari arbitraretur.

Conditum quid sit uide in- ferius ca. 618. scriptus codex uidetur hic p drachmis un- cias usurpasse.

Conditum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

CONDITVM QVOD CALDA
Vocatur. Caput. 129.

VTilissimum ad tussē ex frigido Rheumatismo & ad omnem frigiditatem pectoris & Stomachi maxime conducibile est mulieribus post partum si quotidie eotantur. Recipe Vini optimi Libr: 5. Mellis 1. & semis, foliorum Pegani Viridium & amaraci, Pinearum purgatarum ana drach: 4. Elelisphaci, Basilici uiridium, amygdalarum purgatarum ana drach: 2. Cinnamomi Caryophyllorum, zingiberis ana drach: 1. Galangæ, Spicæ Melano piperis ana drach: 2. Confice sic Pineas, amygdalas simul diu contusas & bene contritas uino & mellitota die infunde & lento igne ad medietatem bulli & cum omni diligentia cola, & abiectis herbis Subtilissimum puluerem adde, Cumq; opus fuerit post prandium & cænā calicem propina.

CONDITVM. CAPVT. CXXX.

EXpertum Hæmoptoicis, Phthysicis & Empycis. Recipe Vini optimi lib: 10. mellis 1. Polygoniæ, Senticis, Neræ. Pentaphylli, Arnoglossæ, succi symphyti ana drach: 3. amyli, seminis Meconis, seminis Hyoscyami & Abrotoni ana drach: 2. Macis Xilocinnami, Caryophyllorum ana drach: 1. et semis, Croci, Thuris masculi, Galie, Balaustræ ana drach: semis. Opij purissimi drach: 2. Confice sic, succos omnes in uino & melle lento igni semel bulli, deinde opium in sufficienti aqua solutum adde & iterū donec misceantur bulli, & ab igne depositum diligenter cola

Poligonon à diligentiorib. herbularijs cōuincitur esse herba que sanguinalis est centi nodia uel etiā pro serpinaca uulgo dicitur. Sed polyganaton indicant

NE MEDICAMENTORVM.

cola ad ultimum uero specierum certarum puluerem subtilissimum tricoscinatum desuper insperge & per facellū stillando guttatim in uase collige & cum opus fuerit patiens mane & uesperī Phialam 1. accipiat.

esse eā quæ Sa
lomonis sigilla
lū uel Mariæ
sigillum et Sen
cacul appella
tur.

CONDITVM CAPVT. CXXXI.

Quod compositum est ad tumorem & inflammatio nem Hepatis & Splenis maxime accommodū auriginosis. Recipe uini aminei optimi lib: 9. Mellis, Tenerimarum urticarum ana li: 1. Absinthij Eupatorij, Spicæ, zingiberis, Melano piperis ana drach: 3. Schoenanthus, asari, xilobalsami, anisi ana drach: 4. Carui, seminis marathri, Dauci, libystici ana drach: 2. Confice sic herbas omnes tulas in uino pridie infusas lento igniculo bulli & cū omni diligentia excola & sic mel decoctiōi admisce, ad ultimū uero subtilissimū puluerem specierū super insperge & inde cum opus fuerit in balneo calicem plenum tribus diebus cōtinuis patiens accipiat & cooperitus quiescat donec ad sudorem perueniat, & hoc quater in mense faciat.

CONDITVM CAPVT. CXXXII.

Vtillissimum Iliosis omnes uentositates utrorumq; Illiorum et dolorem expellit semel aut bis potatum: quadrat etiam nephreticis & ijs qui lapides in renibus & uesica habent, Stranguriosis & Colicis medetur. Recipe uini optimi lib: 9. mellis unc: 8. mercurialis drach: 6. Popyodij Iridis Illyricæ radicis uiridium & foliorum Alypiados ana drach: 3. Euphorbij, Cyperi asari, Schoenanthus seminis petroselinī, grana solis, Seminis Saxifragæ, Diagridij ana drach: 1. Galangæ zedoariæ, zingiberis ana drach: 6. Cōficitur sic, Herbas radicesq; tulas in uino
K pridie

NICOLAUS DE COMPOSITIO

pridie infusas lento igni ad tertiã decoque & summo studio cola deinde melle addito puluerem specierum asperge, & patiens in soliomersus, tribus dieb. inuctis in hepdomada calicem plenum accipiat & ieiunet ad sextam.

CONDITVM EXPERTVM QVOD VIRIDE dicitur. Caput. 133.

Citra molestiam purgat flauam bilem ex stomacho Hepate, Renibus & uesica. Recipe uini rubri optimi lib: 20. mellis. 3. Radicis polypodij, & Iridis Illyricæ, succi frondium Mercurialis & succi laureole ana drach: 5. Succisaxifragæ, phu. Meu, Violæ ana drach: 3. amaraci, Basilici, Betonicæ, pimpinelle succi ana drach: 2. abrotani Fragulæ, mille folij succi, ana drach: 1. cinnamomi, cario phyllorum, Spicæ, zingiberis ana drach: 15. Galangæ, Folij, zedoariæ Melanopiperis ana drach: 8. Confice sic, succos omnes cum uino & melle diutissime commisce, deinde adde specierum puluerem subtilissime tritum & simul omnia die & nocte dimitte, post hæc lento igni aliquid quandiu bulli, ad extremum sacco infunde & inde guttatim stillando in uase collige, Et cum opus fuerit dabis ex eo calicem 1. ante prandium & in medio prandij & post prandium.

Manuscriptus
Codex legebat
Pimpinelle.

CONDITVM CAPVT. CXXXIIII.

Vtillissimum ad expellendos lapides & arenas de renibus & uesica. Recipe uini Aminei lib: 7. Mellis drach: 8. Betonicæ, Saxifragæ, phu, Basilici, polypodij uiridum ana drach: 3, Cinnamomi, Spicæ, Schoenanthus
seminis

NE MEDICAMENTORVM.

feminis petroselinis, feminis urticae, & Asparagi ana drach:
 8. Galangæ, Folij, zingiberis, Cassiæ lignæ, Melanopie
 peris, aristolochiæ longæ ana drach: 4. Confice sic. Her
 bas in uino infusas lento igni ad medietatem decoque, &
 cola, deinde mel commisce, & sic puluerem specierum de
 coctioni adiunge, cumq; opus fuerit inde patiens omni
 diluculo poculum plenum tepidum accipiat.

CONFECTIO ACETI SCYLLITICI

Caput. 135.

QUæ apposita est Epilepticis si ex eo cyathos 2. sor
 beant ieiuni, & si quotidie morbus solitus est ue
 rare tribus uicibus, uel quatuor, per singulas uices tantu
 dem bibant, quoniam aufert surditatem, oculos clarificat,
 Polypos de naribus eijcit, si gargarizatū fuerit, & os male
 olens si ex eo lotum fuerit iucundius redolere facit: uocē
 purgat, suspiriosis prodest, Phthificis cum paululo aquæ
 uel uini dulcis ieiunis mire prodest, uenas pulmonis & ar
 terias expurgat, & uelociter respirare facit, in stomacho
 cibos ascendere non permittit, sed acidos ructus Garga
 rizatum emendat, nauseam compescit, ad uomitum pro
 ficcit ut facile quis uomere possit, huic intendentes cibos
 & potus quos ingerere uolumus securius accipimus, &
 eos bene digerimus. Si quis autem aquam intercu
 tem habuerit, morbus terminabitur per urinam tam
 expedite, ut patiens non sentiat, & si a iecore morbus
 fuerit cum Mellis uel passis cyatho. 1. & huius confectio
 nis cyatho commixto porrigitur, Si uero a splene cito ex
 tenuabitur. Hoc etiam quibus uenter uel crura turgida
 fuerint tepidum ieiuni sumant, uentositatem de tumo
 ribus

K ij

NICOLAUS DE COMPOSITIO-

ribus exterminat, colorem optimum facit & quotidie acceptum incolumitatem præstat. Conficitur sic. Scylla sume, in qua durissima & tenerissima quæq; absconde, & mediu[m] per aliquot dies dimitte ut arescat post ex ea Lib: 1. & drach: 6, sume & in aceti sextarijs 12. macerari sinas ad solē 21. diebus quibus expletis per sacculū diu extilla, & abiecta scylla in uase uitreo cōde & ad supra scripta utere.

Scylla alba purgata suspenditur per dies 40. deinde mina in optimi aceti 12. sextarios mergitur & dies 8. soli exponitur, post exprimitur & acetum defecatū transfunditur. Actuarius in cap. de liquoribus medicatis.

CONFECTIO PVSCAE FRIGIDE

Caput. 136.

*Fuscas aut du-
as Aetius li. 3.
ca. 81. describit
uētris mollito-
rias & contra
ria puscæ ope-
ratione pollen-
tes. Similiter
& Paulus lib.
7. c. 10. et c. 11.
Et Actuarius
in cap. de Ele-
ctuarijs pur-
gantibus.*

HAec est admodum utilis Hemoptoicis uniuersis & ad omnes uentris fluxus. Recipe puscæ usualis lib: 6. Succī Plantaginis & Polygoniæ & capitis papaueris hortensis ana dra: 3. Acatiæ amyli, Tragacathæ, ana dra: 1. Croci, Mandragoræ corticis, Hyoscyami seminis ana drach: semis. Confice sic terendorum puluerem cum puscā & succis triduo commixtum & infusum lento igni indefinenter exagitando ad medietatem decoque & cola, cumq; colatum fuerit in uase stanneo reconde & cū opus fuerit dabis Hemoptoicis mane & uesperī cyathos 3. cū pulueris upupe & Ematitidis drach: 1. Seu Corallij, & pulueris cornu ceruini usti; Cœliacis cum decoctione Balauftiarum.

CONFECTIO PVSCAE CALIDE.

Caput. 137.

Hæc

NE MEDICAMENTORVM.

HAec est utilissima ad Rheumatismum uuae & faucium ex frigida causa, Gargarizata, ad dentium dolorem cum Licro. in ea soluto & tepesacta & in ore retenta optima est, Hemoptoicis & Cœliacis cum omni celeritate succurrit. Recipe Puscaë usualis lib: ʒ. Succu mororum immaturorum & baccarum Myrthi, Cicoreæ, Symphyti ana drach: 2. Thuris masculi, Mirrhæ, Dragacanthæ, aluminis ana drach: 1. Sandaracæ Limmas Pyrethri Opii ana drach semis, Confice sic. Puluerem terendorum in pusca & succo biduo infunde, tertio uero die in morrario ad solem diutissime exagitando commisce & sic in uase fictili lento igni ad medietatē decoque & diligenter colla, & in uase piccato reconde, cumq; opus fuerit dabis Hemoptoicis cyathos 3. mane meridie & uesperī cum uino in quo pridie puluis hæmatitidis infusus fuerit, Cœliacis cum decoctione alapsæ.

CONFECTIO VIANTINA.

CAPVT. CXXXVIII.

HAec facit ad distemperantiam uuae & faucium Gargarizata Hemoptoicis auxiliatur, ad frigiditatem, imbecillitatem, fastidium & indigestionem stomachi optima est, Vomitum stringit, Hepar & Splenem confortat & fluxibus uniuersis medetur. Recipe uini optimi Veteris lib: 10. Radicis Lilij purgatæ siccaë unc: 8. myrthi castæ Amomi, Opobalsami ana unc: 1. Confice sic. Specierum puluerem & radicis Lilij subtilissime tricoscinatum cum uino & Balsamo tempera & in optimo uase reconde Cumq; opus fuerit cyathos 2. uel 3. patientibus mane & uesperī propina.

Vel Adarcen
quæ Linnæus
dicitur intelli-
git uel Lemniū
Sigillum.

Alapsa nonnū
quam pro gal-
la usurpatur
S. Genuesis.

K iij Cons

NICOLAUS DE COMPOSITIO:

CONFECTIO SAPAE CAPVT. CXXXIX.

Sapa haec composita appellari potest. Nam Plinius lib. 14. ca. 9. Sapa
pan, uel Siraeon, uel hepsema mustum uocat, ad tertiam partem decoctum
uocat, duabus partibus per cocturam consumptis. Defrutum uero eodem
ad dimidiam redacto. Hepsema tamen aliquando pro decocto, & non pro
sapa ponitur. Fit tamen nonnunquam sapa ex resolutione unius partis ex
tribus & uocatur Caloenum, ut putauit Anto. Musa.

Mirifica Asthmaticis tussientibus & Empycis, pur-
gat omnia uulnera in intestinis facta. Recipe musti
statim ab uuis expressi lib: 50. Nucleorum pinearum recē
tium Caricarum pinguisum, pinearum purgatarum succi
malorum Citoniorum ana unc. 20. Hysopi Thymi, Pus-
legij ana drach: 1. Xilobalsami ligni Caryophyllorum, se-
ni Graeci ana drach: 2. Confice sic carnes ficuum & nucle-
os pini diutissime fritos cum succo malorum & musto ma-
nibus refricando commisce & simul omnia die & nocte in
uase stagnato referua, alioquidem die pineis integris addi-
tis lento igne in eodem uase donec quinta pars musti con-
sumatur, percoque & exinde diligenter cola & uase op-
timo conde & usui referua, cumq; opus fuerit dabis patie-
tibus mane & in meridie uesperu uel quoties necesse fuerit
cyathos 5. tepidos.

CONFECTIO CARENI CAPVT. CXXXX.

Haec subuenit tussientibus, Phthisicis, Hemoptoi-
cis, Celiacis & Dispnoicis summum remedium est.
Recipe Musti fortissimi statim ab uuis expressi lib: 60. suc-
ci Baccarum Myrthi & sorbarum immaturarum ana un-
cias: 40. Succu malorum Citoniorum, seminis hyoscyami,
ana

NE MEDICAMENTORVM.

ana unclas: 20 . Acatix drach: 6 . Xilocinnami optimi
drach: 3 . Ligni Caryophyllorum drach: 2 . Confice sic,
subtilissimum puluerem terendorum cum succo & mus-
sto, manibus diu fricando commisce, cum autem bene om-
nia commixta fuerint, in uase eneo stagnato die & nocte
dimitte, Alio uero die in eodem uase lenes ad prunas de-
coque indefinenter exagitando donec succi & quarta pars
musti consumatur, ad ultimum autem per sacculum gna-
uiter cola & conditum usui reserua, Cumq; opus fuerit da-
bis ex eo post cœnam tussientibus calicem: I. cum deco-
ctione Hysopi, Hemoptoicis, cum Apozemate planta-
ginis cæliacis & Dyspnoicis cum decoctione Cecidon

Cecida hoc est
gallã quã fert
quercus Coeli-
acis, & dysen-
tericis apposi-
tam in puluerẽ
redactam, aut
etiam potatam
utilem esse tra-
dit Diosco .li.
i. ca. 37.

Carenum Isidorus scribit esse eam Sapam que fit per resolutionẽ uni-
us partis musti ex tribus, quia tertia parte careat A. Musa reclamatione Quia
Calenũ dici oportet à Caleno oppido in Caleno monte olim nõ procul à ca-
pua campanie metropoli sito ubi uina sunt suauissima, unde etiam phaler-
na uina nigra dulcia & spumantia proueniunt, adeo ut fictitium Calenum
facere uolentes Ferrarienses cogantur ex quinque partibus uini, quatuor par-
tes resolvere per decoctionem, fortassis autem hic quoq; pro quarta parte
quatuor partes legendum est.

CONFECTIO HYDROMALI.

CAPVT. CXXXI.

Quæ proficit febricitantibus & his qui ex longa æ-
gritudine non conualescunt, sanguinem spuētibus
& Cæliacis remedium est. Recipe Aquæ cælestis quæ cum
q; post caniculares cælitus descenderit: lib. 10. Malorũ Ci-
toniorũ intra & extra purgatorũ lib: 5. Conficit sic. Aqua
ipsa in uase mũdo suscipiat. & in umbra posita sepius trãs-
fusa colat, tũc citonia iuxta maturitatẽ interseptis mēbra-
nosissimis seminibus purgata & in frustra cõcisa, aqua imergat &
tam

NICOLAUS DE COMPOSITIO

tam diu cum ea relinquuntur donec in succum transisse malorum uini colore deprehendatur. Hæc diligenter li-
quata, & uase piccato diffusa huiusmodi loco seruari ne-
cesse est.

Paul: li. 7. ca. 15. fieri docet in hunc modum Recipe malorum cydo-
norum mundorum contusorum sextarios 2. Mellis sextarios 3. Aquæ sex-
tarios 6. Coquito despumans usq; ad tertias. Arabes ferè Miuam Cito-
morum ita parant nisi quod pro aqua uinum apponunt uide Mesueum.

CONFECTIO RHODOMELITOS.

CAPVT. CXXXXII.

Quod est utile Phthisicis Stomaticis et Hepaticis ex
calorifica causa. Recipe Aquæ fontanæ lib: 5. Ro-
sæ uiridis purgatæ lib: 1. Mellis 3. Confice sic, aquam in ua-
se stagnato. lento igni ad tertiam seruefacito & in eadem
aqua feruente rosas inmitte & diligenter uase cooperto to-
ta die & nocte in feruente aqua maneat, alio uero die rite
colabis, & abiectis rosis iterum aquam efferuefacito & in
eadem aqua feruente aliam libram recentium rosarum su-
pra scripto modo die & nocte conde, sequenti uero die
diligenter curabis expressum, abiectisq; rosis decoctioni
feruenti, aliam libram rosarum adiunge iterumq; supra
scripto modo die & nocte manere dimitte, Deinde Zac-
chari lib: 1. & mel decoctioni appone, & manibus rosas
fricando bene commisce, iterum ad lenes prunas ad mel-
lis spissitudinem decoque, & sic pulueris Camphoræ
scrup: 3. supersperge & ab igne deposito uase uitreo con-
de & ului reserua. Cumq; opus fuerit mane & meridie uel
uesperi cum Rhodostomate uel aquæ frigide cochlearijs:
2. dabis.

Actuarius

NE MEDICAMENTORVM.

Actuarius in capitulo de liquoribus Rhodomeli commune continere dicit libras 12. rosarum & mel sufficiens, arteriæ scabrici & asperitibus utile. Nec plura ostendit Dioscor. li. 5. Sed Aetius li. 5. ca. 137. inquit, Succis rosarum partes tres, mellis partem unam calido soli pluribus diebus expone Aut cribro setaceo excolabis & mitioribus carbonibus decoques si nubilum sit coelum.

CONFECTIO OMPHACOMELITOS
CAPVT. CXXXXIII.

CVM Pusca frigida Gargarizata & in ore retenta fauibus & Gingiuis opitulatur, Eruptioni uenæ & Empycis potata presertantee subuenit, Vomitum abscondit. Dyspnoicis & fluxui matricis medetur. Recipè Vuarum immaturarum succi ante caniculares dies expressi mellis optimi despumati ana lib: 5. Conticitur sic in uase eneo stagnato succum & mel bene commisce & lento igni ad consistentiam succum decoque, & uase optimo conditum usui reserua. Restringit autem omnes fluxus sanguinis, superne aut inferne factos. Paulus ad 40. dies soli iubet exponere.

Paulus li. 7. ca. 15. iubet accipere succi Omphaciæ id est, uuae acerbae sextarios tres & mellis sextarium unum. Hodie syrupum de agresta eodem modo conficiunt, saccarum tamè loco mellis apponunt ut est apud Mesuen.

CATAPLASMA ADDOLOREM TOTIVS CAPITIS uel partis alicuius. Caput. 144.

FACIT etiam ad suffusionem & dolorem stomachi ex frigido Rheumate uel ex frigida distemperantia. Recipe Olei Pulegini, Populini, Scyllitici & muscelini ana drach: 3. Pegani, Amaraci, Calaminthæ minoris Vrticæ foliorum uiridium ana drach: 2. Lumbricorum terrestrium, cimini Aegyptiaci, Libyistici, Floris salis ana drach: 1. Mellis quod sufficit. Confice sic, herbas omnes simul diutissime tritas & lumbricos in melle & oleis decoque. Deinde

L inde

NICOLAUS DE COMPOSITIO

inde puluerem terendorum admisce, & cum decoctū fuerit ad mellis densitatem præraso capiti tepide superpone sæpius immutando.

CATAPLASMA CAPVT CXLV.

*παρηγορεω
significat idem
quod consolor
lenio & miti-
go, idē fortassis
et παρηγορεω
portendit, quo
nunq̄ non uti-
tur Nicolaus.*

HOcauxiliatur Cephalalgicis, Hemicranicis & dolore superciliij patientibus ex frigido, optime etiā dolorē Pleuresis paragorizat. Recipe Olei Peganini, Populini Pulegini ana drach: 2. Sabinæ, Libanotidos, Saturie, Absinthij comarum uiridium ana uncias. 1. zingiberis, Pyrethri, Cimini, Libyistici, ana unciam semis, mellis cocti colati quod sufficit. Cōfice sic, Herbas omnes tritas in melle & oleis lento igni diutissime coque, deinde puluerem terendorū insperge iterumq; lenes ad prunas bulli donec condensari incipiat in Alapsa lanea statim præraso capiti calidum fronti & temporibus impone.

Alapsam Genuates inueniri pro galla positam scribit. Sed puto Nicolaum intelligere hapsum qui significat sacculum, aut uelamen aut tectoriū aliquod sacculi modo factum. De quo diximus li. 7. Methodi ca. 4.

CATAPLASMA CAPVT CXLVI.

Optimum ad dolorem diuersarum partium capitis, & ad suffusionem oculorum ex frigido Rheumate factam. Recipe foliorum Pulegij, Colenæ, Cimini ana dra: 3. Muscellinæ Saponis muscati, ueteris Labdani ana drach: 2. Mellis quod sufficit. Conficitur sic, Labdanū & Saponem in muscelio & melle pridie mollitum solue, deinde puluerem herbarum & cimini decoctioni adde iterū ad densitatem bulli, & cum opus fuerit in balneo præraso capiti cū uino decoctionis calaminthes loto in Alapsam laneam

NE MEDICAMENTORVM.

laneam in ductum impone & liga, & ne auferas usq; ad tertium diem, & iterum simili modo post tertium diem patiens ad balneum ductus faciat usq; ad completam sanitatem.

Colenam ueteres nonnulli Origanum appellarunt ut tradit Genuensis.

Muscellina herba in Sicilia reperitur, ubi mulierculæ eadem pro succo utuntur, Et est Buglossio similis prædita radice rubra Lactuca asini dicta, Pandectarius.

CATAPLASMA CAPVT CXLVII.

Quod opitulatur dolori capitis stomachi & splenis & ad diuersas scabies & ad ebullitiones & minutas pustulas in corpore factas confert. Recipe Olei laurini, populini, raphanini, Sabinini, ana uncias: 3. Itæ minoris, psillij, Calaminthes, foliorum Carthami ana drach: 2. Foliorum pulegij, Strychni, Senticis Turionum, puniceæ florum ana drach: 1. Pyrethri Mastiches Nitri Cimini ana drach: semis. Mellis quod sufficit. Conficitur sic, puluerem specierum in oleis triduo infunde, Herbas autem probe contritas triduo in melle infusas lento igni ad medietatem decoque, & sic olea cum supra scripto puluere affunde iterumq; aliquantulum bulli, & cum opus fuerit patientibus bis in die super impone. Tertio uero die cum uino decoctionis calaminthes ablue & iterum atq; iterum fac donec ad pristinam sanitatem perueniat.

Itæam Græcæ maluit appellare Salicè q̄ latine id qd' innumeris ferè locis facturus est inferius.

CATAPLASMA CAPVT CXLVIII.

Ad dolorem capitis ex calido & ad ardorem stomachi, prodest etiam ad uulnera calore confusa & omnia
L ij nium

NICOLAUS DE COMPOSITIO

nium locorum furiosos dolores temperat. Recipe Pollinis Hordei Liliorum radicum pollinis. sebiarrietini recentis nouies in frigida abluti ana drach : 3. Succis Strychni, Papaueris agrellis, Succis Hyoscyami ana drach : 2. Spodij, plumbi usti & loti, Psimithij ana drach : 1. Olei rosacei quod sufficit. Confice sic, Pollines & specierum puluerem in sebo & succis in pila marmorea sine intermissione contunde, deinde oleum rosaceum sufficienter superfunde, iterumq; cū omni sollicitudine biduo terendo commisce, & in uase uitreo siue corneo conde. cumq; opus fuerit frondibus colocasie stratū loco patientibus sæpius mutando & renouando superimponere.

Colocasia est faba Aegyptia atra amaro odore & sapore in caule admodū spinoso nascēs. Radix eius Colocasii appellatur Vide Dio. l. 2. c. 97

CATAPLASMA LIXOPERITVM

Caput. 149.

AD dolorem capitis ex calido, facit enim ad ignem sacrum & ad Erysipelatodea uulnera. Recipe Aliphiti lenticulæ & abrotoni, seminis pollinis ana drach : 3. Olei rosacei, uiolarū & Mandragorati ana drach : 1. Spumæ infusionis Seminis lini quod sufficit. Confice sic, Pollines & specierum subtilissimum puluerem in pila marmorea cum ferreo stilo cum oleo & sufficienti succo diebus duobus commisce, cumq; permixtum fuerit uno die dimitte, & iterū quarto die partibus 2. Succis & Rosis 1. supermixtis diu exagitando tere & in uase uitreo conde. Cūq; opus fuerit in alapsa statim locis dolentib. superimponere.

CATAPLASMA AD DOLOREM PLEVRIS & Illiorum & Renum Caput, 150.

Recipe

Alphiton Medici vsurpant non pro alia farina q̄ pro ordeacea fricta. Lingua tamen communi quælibet farina aliphiton appellatur.

NE MEDICAMENTORVM.

R Ecipe Calcis uiuæ, tartari, Cimini ana drach: 2.
 Thuris Baccarum Lauri excorticatarū seminis si-
 napis ana drach: 1, mellis quod sufficit. Confice sic. Calcis
 & omnium specierum subtilissimum puluerem biduo in
 melle infunde & in uase fictili sæpius exagitando lento ig-
 ni ad mellis spissitudinem decoque & duplici linteo inuo-
 lutum calidum quantum uidelicet patiens sustinere pos-
 terit patientibus superimponere probatissimum est.

CATAPLASMA AVREVM CAPVT. CLI.

P Robatum contra omnem caliditatem & inde dolo-
 res factos, Phreneticis quietem momentaneam indu-
 cit, phlegmons in loco patientibus & Renibus cum oleo
 rosaceo solutū & iniectū optatā Anesin doloris & somnū *Anesin hoc est
 remissionem.*
 præstat, prodest etiam ad ignem sacrū & ad Erysipelato-
 dea uulnera. Recipe papauerū uiridiū capitū, olei uiolæ
 cei, Rodostomatis ana dra: 3. Radicū uiridiū Lilij dome-
 stici, frondium tenerrimarum Hyoscyami, Sebi arietini re-
 centis cū apozemate Hederæ terrestris septies ablutæ ana
 drach: 12. Amyli, acatiæ, Cirre Croci ana drach: 1. Amel-
 Mastiches, Opij ana drach: 1. Olei Omphacini quod suf-
 ficit. Capita papaueris in oleo triduo infusa, lento igni ad-
 tertiam decoque & diligenter excola, radices Lilij & fron-
 des Hyoscyami in Rhodostomate ad consumptionem
 Rodostomatis decoque & in pilā marmoreā funde & ad-
 dito sebo tamdiu simul cōtere donec ad unum corpus re-
 digantur: post hæc adde subtilissimū puluerem specierū
 & superfusa sufficienti omphacitide exquisite terendo cō-
 misce, cūq; percoctum fuerit conde & usui reserua & cū *Fortassis Om-
 phacino legen-
 dum.*
 necesse erit in alapsa purpurea stratū loco patiēti impone.

L iij Rhos

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Rhodostoma secundum aliquos est mel rosaceum. Quod ego non approbo, quoniam in descriptione pilularum de Cynoglossa & Trochyscorum de uiolis medicinarum confectores rhodostoma interpretantur esse aquam rosaceam est igitur rhodostoma nihil aliud quam Aqua rosacea Iacob. Manlius.

COLLYRIUM TRYPHERON. CAPVT. CLII.

Quo Archiater Alexander utebatur ad Phlegmonibus & delicatis cum muliebri lacte & tenui albugine ouorum solutum & oculis instillatum. Recipe Cadmiæ ustæ & in lacte muliebri extinctæ drach: 45. Psimithij drach: 36. Pompholygis drach: 18. Opij drach: 9. Tragachanthæ Drach: 4. Aquæ pluuiialis quod sufficit. Confice sic, species omnes in subtilissimum puluerem redige & cum aqua, dragmea collyria informa & ad umbram sicca. Cùm opus fuerit cum præscriptis liquaminibus solutum guttatim in oculos instilla.

COLLYRIUM TRYPHERON. CAPVT. CLIII.

Parempiosis que incidentia latine dici potest, fit ubi in meatum, qui in oculum uidentis facultate defert humor aliquis aperto uase incidit, quem obturat.

Hoc maxime prodest in initio parempciosis oculorum distemperatorum & sanguineis suffusionibus, conuenit his qui malorum medicaminum mordicationes sustinere nequiuert in Rhodostomate uel succo peristere oculis solutum in oculis Enchymatizatum. Recipe Psimithij loti drach: 16. Cadmiæ ustæ, mulierisq; lacte extinctæ & lotæ drach: 8. Croci drach: 4. Tragacanthæ drach: 2. Opij drach: 1. aquæ pluuiialis quod sufficit. Confice ut superius.

COLLYRIUM DIAEMERON. CAPVT. CLIIII.

Vtillissimum ad omnes dolores oculorum & tumores & palpebrarum uisturas, Lachrymas ex subtili Rheumate ad

NE MEDICAMENTORVM.

mate adstringit, suffocationesq; sanguinis mitigat in aqua fontana uel Aizoi succo oculis enchymatizatum. Recipe psimithij loti, Tragacanthæ ana drach: 72. Amyli recētis & odorati drach: 54. Gummi drach: 26. Opj drach: 2. Aquæ pluuiialis quod sufficit. Conficitur ut superius.

διμμερῶν hoc est, collyrium ex mitigantibus et mansuetioribus, atq; anodynis medicamentis. Vel διμμερῶν id est ex desideratis confectum.

COLLYRIVM DIAIMERON NARcoticum. Caput. 155.

OPrime paragorizat fortissimos dolores & ignitos calores in aqua pluuiali solutum & Enchymatizatū. Recipe psimithij drach: 12. Cadmiæ ustæ in lacte asini no extinctæ drach: 11. Gifasteros, Gummi, Amyli hordeacei succi lactuceæ ana drach; 2. ouorum albumina subtilissima quod sufficit. Conficitur sic subtilissimum puluerem specierū cū albugine ouorū collige in aqua, drachmea collyria in forma quib. ad umbrā siccatis cū opus fuerit utere.

Gifaster quæ latinis stella terra dicitur est luti species quod Arabes Talchum uocant gypso simile, sed tamen diaphanon omnino & transparent, in laminas prætenues sectile. Adustum autem amittit illam pellucidā transparentiam, & trahit colorem argenti, Vide plura in libro nostro de Medicina herbaria, & in Examine herb. A. Musæ.

COLLYRIVM POLIDEVCOS, HOC EST POLulcis medium apocrufticum. Caput. 156.

In initio doloris inunctū reprimēs Epiphoras & acres Rheumatissimos & cicatrices antiquas extinguit & purgat. et cicatrizat mirabiliter in albumine ouorum solutum & enchymatizatū. Recipe Opj Glaucj āa drach: 36. saccolle, dra: 18. croci, tragachathæ, gūmi ana drach: 9. suc

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ei rosacei quod sufficit. Conficitur sic, Tragacanthum in succo rosæ solue & sic glaucium solutum admisce, deinde sarcocollam, ad ultimum uero aliarum specierum puluerē cumq; bene commixtum fuerit inde collyria informa & ad umbram siccata usui reserua.

Epiphora est humorū ad oculos impetuosior influxus. C. Celsus pituita cursum nominat & uulgus, lachrymam.

COLLIRIUM DIARHODON.

CAPVT. CLVII.

AD ea ipsa mirabiliter expertum cum Rhodostoma te solutum & oculis enchyomatizatum. Recipe Rosæ faciei mellis drach: 15. Gummi drach: 7. Opii puri, Spicæ nardi ana drach: 2. Aquæ pluuiialis quod sufficit. Conficitur sic. Rosas rosidas donec deformetur tere cum quibus ceterarum specierum puluerē commisce & pluuiali aqua sufficienter addita similiter omnia cōfice, cumq; bene omnia commixta fuerint inde drachmea collyria informa & ad umbram siccata usui reserua.

Vide alia tria collyria Diarhodon apud Paulum li. 7. ca. 16.

COLLYRIUM MACHARION.

CAPVT. CLVIII.

Satis Apocrusticum ad omnē chymosim idest Rheumata oculorum. egregie facit ad Bothrya & Myocephala & staphylomata: detrahit etiam membranas, oculis in nascentes: & lippos sanat, cum lacte mulieris solutum & enchyomatizatum. Recipe Gummi drach: 32. Cadmiæ drach: 20. Chalcukekaumenu drach: 15. Medicaminis drach: 16. Aquæ pluuiialis quod sufficit, Confice sic. Medicamen

DE MEDICAMENTORVM.

dicamē cuius immiffurus es dra: 16. hoc modo fit. Succida
centaureæ partes 2. Sapæ Creticę partem 1. coque in ola
la noua lento igni ex lignis uitis, donec ad spiffitudinē res
digantur, & exinde drach: 16. in collyrium immitte & cū
bene confectum fuerit, drachmea collyria informa & ad
umbram ficcata ufui referua & cum uolueris utitor.

Bothryon est cauum angustum ulcus Corneæ, Latinis fossula dicta.

Auicē. uocat annulum.

*Myocephalon est prociētia uuæ ab erosione ruptioneue corneæ cō
tingens quum adhuc exigua est & muscæ capiti assimilatur. Auicē. for
micæ rupturam uocat.*

*Staphyloma dicitur idem malum quū auctum fuerit, ita ut acino uuæ
conferri possit. Auicē. uueam nominat.*

COLLYRIUM DIAPOMPHOLYGOS PARAGORICŪ hoc est doloris mitigatiuū. Caput. 159.

HOc pdest ad acres rheumatismos tumores & phleg
monas & intolerabiles dolores curat sine mordacitate,
cuius usus optimus est ad omnes cholericas distemp
perantias potissimum quia narcotica non accipit quem
admodum alia, neq; mandragoræ succum uel his similia,
quæ sunt narcotica quorum usus perniciosus est. Recipe
Gummi drach: 40. Psimithij loti, plumbi usti & loti
Amyli ana drach: 25. Pompholygos loti dra: 20. Aquæ
quod sufficit. Conficitur sic, Vnumquodq; eorum quæ
uruntur lauari oportet donec acrimonia ustionis abeat
nec aqua infecta appareat & post hæc siccentur & sic tes
rantur septem diebus sine intermissione deinde trituræ
Amyli & Gummi cōmitantur, ut simul omnia compres
hendantur ad ultimum cum sufficienti aqua colligantur,
& inde collyria drachmea informentur.

M Diamari

NICOLAUS DE COMPOSITIO

DIAMARGARITON CAPVT CLX.

Magnum & preciosissimum contra omnes debilitates cordis & distemperantiam stomachi, fastidium aufert, coctionem procurat, astmaticis. Dispnoicis opiculatur phthisicos & eos qui ex longa ægitudine extenuati sunt reficit & renutrit, subito deficientes magna cū celeritate releuat & ad miraculū usq; recreat. Recipe Cinnamomi, Ligni aloes Caryophyllorum, Spicæ, Galangæ Glycyrrhizæ, Trochiscorum Dianæ id est uiolarū & Diarhodon ana dra: 15. Nucis myristicæ, alipte zedoarie, Nardi, Macis reubarbari, Styracis ana drach: 10. Margaritarū integrarū & perforatarū, ossis eboris, ossis de corde cerui, zingiberis, Blactæ Bisantiæ ana dra: 5. Moschi, ambari, Cardamomi, seminis libyfici Basilici ana drach: 3. Camphoræ dra: 1. Mellis rosei quod sufficit. Dentur de eo dra: 2. mane & in meridie aut cum opus fuerit.

TROCHISCVS DIARHODON.

Recipe rosarum uiridium dra: 20. Spodij dra: 10. Sandali rubri dra: 8. Sandali albi dra: 6. Croci dra: 4. Camphoræ dra: 1. Rhodostomatis quod sufficit in marmorea pila recentes rosæ sine intermissione terantur, deinde ceterarum specierum subtilissimus puluis immittatur, & cum sufficienti rhodostomate conficiatur, ad ultimum adhibita camphora inde trochysci informentur, & ad umbram siccati usui reseruentur.

Hæc compositio Trochyscorum diarhodon est Nicolai. Mesueus omnino aliter componit. Proinde obseruandum ne temere utranq; confundamus.

TROCHISCVS DIANI VEL DIAVI

At uero rectius Diacon,

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe Florum uiolarum drach: 15. Amyli drach: 9 Leucoion, est
 seminis papaueris albi drach: 7. Reubarbari drach: 7. uiola alba: ex
 5. seminis plantaginis dra: 3. Balsami dra: 1. Rhodosto albis aut uiolis
 matis qd sufficit. Cōfice ad exēplū proxime p̄cedentiū. trochiscos hos
 cōficere oportet, De quibus
 lib. 3. cap. 129.
 Dios. consyderat.

DIACAMERON MAGNUM CAPVT CLXI.

Hoc commodat Astmaticis, tussientibus, Phthificis
 & omnem imbecillitatem stomachi emendat, debiles
 lumbos confirmat, uenerem proritat & omnia que in
 Diarhodon Iulij laudantur foeliciter praestat. Recipe an
 tofili, zingiberis ana drach: 56. Cinnamomi, Caryophyl
 loru ana dra: 46. & scrup: 2. Carnis dactylorum drach: 36
 Galange, Spica zedoarie, costi, Pyrethri, Corallij, Traga
 canthae, reupontici, Saliunca, anacardi, ossis dactylorum,
 Carpobalsami, anisi Fructus ammi, ana drach: 28. Leuco
 piperis, Macropiperis ana dra: 18. & scrup: 2. Limaturae
 auri puri & argenti, ossis de corde cerui ana dra: 9 & scrup:
 1. Moschi, rasurae eboris ana drach: 4. & semis, Ambaris
 drach: 3. Mellis quod sufficit, Dentur de eo drach: 3, ma
 ne & uesperis.

*Anthophali et
 anthosolij mā
 lius legit, &
 interpretatur
 garyophillos
 grossos esse ut
 maiores. Vide
 tur autem an
 thophyllos. es
 se legendum.*

DIACAMERON MINVS CAPVT CLXII.

Aptum Dispnoicis & ad omnes affectus pectoris &
 stomachi, Hydropicis & Nephreticis conuenit &
 omni imbecillitati medetur. Recipe Cinnamomi, Caryo
 phylloru Galangae, Nardi, Zedoariae, zingiberis, Costi,
 Pyrethri, rheupontici, Celtici, ana dra: 12. Anacardi, Me
 lano piperis, Macropiperis, Cardamomi, Anisi ana dra: 6
 Pulueris ossis Eboris, ossiu dactyloru, ossis de corde cerui
 corallij ana dra: 3. Moschi, Balsami ana dra: 1. mellis rosei
 qd sufficit. Dosis eius ad modū nucis Myristice cū uino.

M ij Diacos

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Diacomeron Actuarius appellat ubi Antidota describit. Animaduertimus autem Spicam pro uno simplici censi apud Actuarium, & nardum Celticam itidem pro uno, quanquam Nicolaus distinguit.

DIAMARGARITON MINVS.

Caput. 163.

Quod paratum est ad omnes debilitates cordis & stomachi & ad omne vitium vitalium optimum est. Recipe Cinnamomi caryophyllorum, Galangæ, Glycyrrhizæ, ana drach: 38. Candi, ligni aloes, Nucis myristicæ, Spicæ, Macis ana drach: 18. & scrup: 2. Aliptæ Styriacis Calamitæ, Margaritæ albæ integræ & perforatæ Trochiscorum uolarum, Trochiscorum rosarum ana drach: 9. & scrup: 1. Seminis Basilici, zingiberis, zedoariæ, Rasuræ Eboris, Seminis libyistici ana drach: 4. & semis, Ossis, de corde cerui, Blactæ, Bisantiæ, ana drach: 3. Camphore scrup: 3. Moschi scrup: 6. Rhodomelitos quod sufficit datur mane & uesperi in modum auellanæ.

Blattium Byssantinum appellat greci Omichem, et latini Vngue odoratum. Vide Dioscoridi. 2. ca. 8.

Animaduertimus ad hanc compositionem neque Aliptam neque Candum assumi tum apud Actuarium tum apud Iacobum Manlium & alios. Consulto igitur omitti possunt.

DIA PRASSIV MAGNUM.

Caput. 164.

Sanat capitis uertigines. oculorum caligines abstergit Spalatum & arterias purgat, Destillationem uiræ adstringit, dentium dolorem mitigat, asthmaticis & suspensiosis peculiariter opitulatur, pectoris & pulmonis causas facile amputat, Stomachi et hepatis dolorem & debilitates sedat, Spleneticorum & Pleureticorum angustias paragonizat omnium

NE MEDICAMENTORVM.

nium interaneorum vitijjs prodest. Inflationes & Torsiones ab eis auferit. Nephreticos, Calculosos, Stranguriosos, & Cholicos purgat, & dolorem releuat, sapius autem sumptum colorem pallidum emendat, menses deducit & in ordinem debitū redigit, Typos quotidianarios & quarantarios reprimat. Qui autem hoc electuario usus fuerit a multis conseruabitur morbis. Recipe prassij uiridis, drach 100. Tragacanthæ. Pínearum purgatarum, Amygdalarum, Pistaciorum, Dactylorum carniū ficuum pinguium, Passularum enucleatarum ana drach; 63. Cinnamomi, Caryophyllorum nucis muscatæ, Macis, Ligni Aloes, Galangæ, Spicæ, Zedoariæ, Zingiberis Glycyrrhizæ, Reupontici, Anacardi, Styracis optimi, Mastiches, Myrrha, Galbani, Terebinthine, Iridos, Aristolochiæ rotundæ, Radicis Capparis, Gentianæ, Melanopiperis, Anisi Apij, Fœniculi, Anethi, seminis Macedonici, Saxifragæ ana drach; 36. Hermodactylorum, Origani, Peucedani, Schœnanthus, Cardamomi, Leucopiperis, Carui, Libyistici seminis, Vincetoxici ana drach; 28. Balsami, Pulegij, Diptami, Costi Pyrethri, Saturegiæ, Basilici, Peoniæ Radicis, Macro piperis Amomi, Sinoni, Orobi, ana drach; 18. & scrup: 2. Xilobalsami, Cassiæ, Corallij, Rasuræ Eboris, Carpopalsami Dauici Cretici ana drach; 9. Moschi, Ambræ, Ossis de corde cerui ana drach; 4. Pineas integras cum rasura sua, numero 4. Mellis despumati quod sufficit. Conscie sic, Pineas, Amygdalas pistacia, carnes Dactylorum in mortario diutissime tere, simulq; iunctis cum optimi uini Phialis 4. commisce, post hoc passas bene tritas cum prassio & pineis integris in mel impone, &

M iij lento

NICOLAUS DE COMPOSITIO

lento igni ad perfectam decoctionem agitando cum spatula pini indeficienter bulli, deinde per sacculum cola, & reliquias prassij & ficuum & passularum, pineasq; ipsas abijce, & colato melle, confectionem nucleorum amygdalarum pistaciorum, dactylorum similiter cum uino commisce & leniter bulli cum spatula pini indeficienter exagitando, Terebinthinam cum modico melle calefactam, & perlinteolum colatam supra scripto melli adiunge, post hoc inde puluerem specierum in mortario diutissime confice, Syracem uero cum modico melle liquefactum confectioni admisce sine intermissione, ad ultimum Balsamum Moschum & Ambram appone & iterum sufficienter commisce & usui reserua detur ex eo in modum auellane maioris cum aqua calida, aut cum uino.

DIA PRASSIV MINVS CAPVT. CLXV.

Faciens Asthmaticis, Tussientibus, Phthificis, Peripneumoniacis, Ventositatem Stomachi, Hepatis, Splenis & Intestinorum potenter emendans. Recipe Carnis Dactylorum, Ficuum pinguium, passularum enucleatarum, Nucleorum purgatorum Amygdalarum, Butyri sine sale ana drach: 36. Iridos Hyssopi, pulegij, Origani, Calaminthæ, Scillæ ana drach: 39. & scrup: 2. Cinnamomiris, Caryophyllorum Galangæ Spicæ Zedoariæ, zingiberis, Glycyrrhizæ ana drach: 9. Reubarbari, Galix, pyrethri, Tragacanthæ, Corallij, Syracis Calamitæ, Melanopiperis Cardamomi, Anisi ana drach: 4. & semis Balsami & Moschi, ana drach: 2. Mellis quod sufficit. Confice sic. Herbas omnes uirides, Dactylos, Ficus, passulas, Fænum Græci

Vide Diapras-
sin Tertium
apud Actuarius
um in cap. de
Antidotis.

NE MEDICAMENTORVM.

Græci, semen lactuæ mediocriter cōtrita in sufficienti aqua per triduum infunde, quarto uero die lenes ad prunas donec omnia decocta sint bulli, & per facculum uiolenter exprime abiectisque strigmentis adde succo butyrum, mel, Amygdalas & nucleos bene tritos & lento igni ad mellis spissitudinem decoque, & exinde puluerem specierum tempera & usui reserua, detur de eo in modum auelanæ mane & uesperī cum calida uel cum uino.

DIA CIDONIV MAGNVM.

CAPVT. CLXVI.

VTilissimum Asthmaticis tussientibus & phtihicis, Vomitum cohibet, digestionem procurat uentositatem præcordiorum emēdat & stomachi colorem bonum facit, et debiles refocillat. Recipe Cinnamomi, Cariophyllorum, Spicæ Zingiberis, Melano piperis, ana drach: 9. Ligni Aloes, Macis, Galangæ, zedoariæ, Glycyrrhizæ ana drach: 4. & semis Mellis Libri: 5. Succu Citoniorum Libri: 3. Confice sic. Succum cum melle in uase stagnato lento igni ad spissitudinem decoque, & sublato ab igne puluerem immitte & bene commisce, cumq; tepesactū fuerit optime in uase conde dentur de eo drach: 3. mane uel uesperī.

DIA CIDONIV MINVS CAPVT. CLXVII.

Aptum ad fastidium, Digestioni proficit, & ad omnia quæ magnum diacidoniū facit. prodest. Recipe zingiberis, Glycyrrhizæ, Melano piperis ana drach:

NICOLAUS DE COMPOSITIO

18. & scrup: 2. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ,
Spicæ, Zedoariæ, ana drach: 9. Mellis libro: 10. Malorū
citorum lib: 6. Confice sic. Mala Citonia in aqua plu-
uiali sufficienti elixata & intus & extra purgata in mar-
morea pila in modum electuarij tere. Cumq; contrita fue-
rint adde mel, & bene commixta in uase æneo stagnato le-
nes ad prunas decoque donec inspissari incipiat. Cumq;
diligenter coxeris ab igne deponito, & sic puluerem spe-
cierum admisce & exagitando optime commisce & cum
infrigidatum fuerit frondes Lauri intertexe & usui refer-
ua.

DIABVTYRV MAGNUM.
CAPVT. CLXVIII.

FAcuens Arteriacis, Asthmaticis, Dispnoicis, Stoma-
ticis Phthisicis, Pleureticis & ad omnem tussē siccā
Apostemata quæ infra corpus nata sunt maturat rumpit
& purgat. Recipe Butyri recentis sine sale nouies abluti
Carnium Dactylorum, Nucleorum Pinearum ana drach
8. Ficum pinguium, passularum enuclearum amygda-
larum amararum ana drach: 4. Succi Glycyrrhizæ, Tra-
gacathæ, Medullæ Cassiæ fistulæ ana drach: 3. Cinnamo-
mi Caryophyllorum Spicæ Zingiberis ana drach: 2. Ga-
langæ, Zedoariæ, Hyssopi, Thymi ana drach: 1. & semis
Cardamomi Anisi, Saturegiæ, Fænu Græci ana drach:
1. Stryacis Mastiches, Petroselini seminis, Fœniculi ana
drach: semis. mellis quod sufficit, Coque sic, Butirum
Amygdalas, Ficus, Passulas & herbas omnes uirides &
fænum grecum seorsim contusa in aqua sufficienti die &
noctē simul reponito postridie in stagnato uase lēto igni
ad

NE MEDICAMENTORVM.

ad tertiam decoque & per sacculū cū omni diligentia cola
abieci sc̄p̄ siliquis in succo medullā cassiē fistulæ, manibus
frica donec liquefiant, & iterum cola abieci sc̄p̄ seminibus
adde succo mellis libras ʒ. & iterū lenes ad prunas ad mel-
lis spissitudinem bulli deinde carnes dactylorū & nucleos
in modum electuarij tritos & puluerem terēdorū cum
eodem melle in marmorea pila cōfice, tam diu tractando
donec optime commisceantur, cumq; tepēfactum fuerit,
conde & usui reserua.

DIATRION PIPEREON MAGNUM

Galenī. Caput. 169.

OPrimum Rheumaticis, Arteticis, Astimaticis, Tuss
sientibus, facit ad causas pectoris pulmonis, Phleg
monem stomachi digerit, Digestionem procurat, frigidit
ratē & dolores in eo factos amputat, Hepaticis, Splene
ticis, Hydropicis maxime Ictericis conuenit, Hypochond
rijs rumentibus, Renum & uesicæ affectionibus uti illis
num est, menstruis imperat, Quartanarios & Quotidia
narios typos emendat. Recipe Nardustachyos Amomi,
Melano piperis, Marathri ana drach: ʒ. zingiberis, Hyss
pi, Petroselinī, Leucopiperis ana uncias 3. Croci, Cassiæ,
Hedichroi, Epithymi, Elenij, Betonicæ, Pegani, Sinoni
ameos, Seseleos, libyistici, ana unciam 1. mellis quod suffi
cit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

DIABVTIRVM MINVS

Caput. 170.

Quod facit ad tussē & ad Rheuma pectoris & cō
stipationē eius quā maxime proficit Pleureticis ad
Natus

NICOLAUS DE COMPOSITIO

maturandum atq; purgandum rheuma. Recipe Butiri recentis sine sale, Glycyrrhizæ, carniū Dactylorum, anethi, ana drach: 4. Cinnamomi, Spicæ, Pinearum ana drach: 3. zingiberis anisi, Fœnu Græci ana drach: 2. Caryophyllorum, Pyrethri, Carui, libyftici, seminis lini, ana unciam 1. Mellis quod sufficit. Confice confectura iam proxime prodita dentur de eo drach: 3.

DIATRION PIPEREON MINVS

Caput. 171.

Quod peculiariter facit ad omnem imbecillitatem Stomachi, & dolorem ex frigidityte & uentofitate factum tanta celeritate emendat, ut quasi quoddam magis esse uideatur, phlegma & apostematū humores potenter deficcet, Nephreticis unice subuenit, menstruis imperat, & typos quartanarios paragorizat. Recipe Caryophyllorū, Folij, zingiberis, amomi, petroselini, dauci, Eleonij, azari, Hyssopi, Cyperi anisi, apij, Seseleos, ameos, Costi, Spicæ ana drach: 4. Leucopiperis, Melanopipers ana drach: 3. Macropiperis drach: 2. Mellis quod sufficit, Detur in modum auellanæ cum tepida.

DIACIMINVM MAGNVM

Caput. 172.

Optimum ad omnes frigiditytes capitis pectoris Stomachi tusses ueteres & recetes cōpescit, Stomachū ad digerendum componit, hepatis & splenis Enphraxim solū, uentofitatē interaneorū cōpescit, & Typica frigora cum decoctione carui emendat, Recipe Cimini pridie in aceto infusi & sicci drach: 100. Cinnamomi, Caryophyllorū ana drach: 30. zingiberis, Melano piperis ana drach: 25. Galangæ, Tymbræ, Calaminthes ana drach: 20. Nenoche, Libyftici

Paulus lib. 7.
ca. 11. addit ad
tria genera piperis Anisum
tantum zingiber, & thymū
Similiter Aetius li. 9. ca. 24

NE MEDICAMENTORVM:

Libyftici, ana drach: 15. & femis, Macropiperis drach: 12
Nardi, Caryos myriftici idest nucis muscatæ ana dra: 10.
Mellis quod fufficit. Dofis eius dra: 3. cū uino decoctiōis
Pegani.

*Nenocha et me
nucha reperi
tur idem uale
re qd' Ammi.
S. Genuates.*

DIAPYRETHRVM MONOIDES

Minus. Caput. 173.

Quod facit ad omnes frigiditates, appetitum excitat,
nauseam stomachi compescit, renes debiles confir
mat, v enerem potenter irritat, Coli dolorē placat. Quos
tidianos & quartanarios paragorizat. Recipe pyrethri
optimi drach: 100. Detur in modum nucis ponticæ, his
qui senili molestantur humore, mellis quod fufficit.

DIACIMINVM MINVS

Caput. 174.

Vtillissimum arteriacis, Dispnoicis, tussientibus do
lorem & uentositatem stomachi emendat, digestio
nem procurat, & anhelitum bonum facit. Recipe cimini
drach: 50. cinnamomi, Nardi, zingiberis, Melanopiperis
Ambre ana drach: 10. Iridos, cyperi, cardamomi, seminis
pegani, libyftici ana drach: 5. mellis quod fufficit. Datur
in modum auellanæ dormituriēti.

DIAPYRETHRVM MAGNVM PYRO-

ticum. Caput. 175.

Quod paratur astmaticis tussientibus, & ad omnem
frigiditatem & dolorem stomachi, pectoris & sple
nis & renum lapides frangit, Dissuriam & Stranguriam
soluit & mensuris imperat. Recipe Pyrethri noui purga
ti drach: 100. cinnamomi, Spicæ, Anisi, seminis marathri
ana dra: 23. Mellis quod fufficit. Dentur de eo mane uel
uesperi natura frigidis drach: 3.

*Si diuinare li
cet pro Pyroti
co Pyrrhonis
legendum cen
semus.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO-

DIAZINGIBEROS MAGNUM

Caput. 176.

Optimū cōtra omnes raucedines & arteriarū asperitates. Idoneum est Astmaticis, sicce tussientibus, Sitim & ardorē stomachi potenter emendat, pleureticos & apostematicos purgat. Recipe zingiberis drach: 100. Succī Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, Penidiarum, Seminis usualis Colocynthidos ana dra: 15. Mellis uiolacei quod sufficit. Datur in modum auellanæ mane uel in meridie in ore tenendum.

DIACALAMINTHES MAGNUM

Caput. 177.

Hoc cōgruit ad frigiditatem capitis, & supercilij dolorem, Tussē & pituitam pectoris emendat, Frigiditatem & dolorem stomachi amputat, uentositatem interaneorum excludit, calculos frangit, & menstruis imperat. Quartanarios & Quotidianarios cum Diagridij scrup: 2. & Euphorbij 1. in modum nucis ponticæ ante duas horas accessionis in apozemate pegani uel rosmarini sumptum mirabiliter liberat. Recipe Calamint hæ, pul legij, Melanopiperis, Seseleos, petroselini ana drach: 54. Libyistici drach: 18. Seminis apij drach: 4. & semis, Mellis quod sufficit. Dentur de eo dra: 3. Alij addunt ameos anethi Thymi Cinnami zingiberis ana unciam. 1.

DIAZINGIBEROS MINVS

Caput. 178.

Valentissimum ad tussē & rheumatismos pulmonis, stomachi phlegmonē pyrosin & sitim cōpescit. Recipe zingiberis dra: 100. zedoariæ, Marrhubij uiridis ana

NE MEDICAMENTORVM.

ana drach:20. Mellis despumati quod sufficit. Conffice sic, Marrubium in melle decoque & cola & abiectis retris mentis inde puluerem terendorum tempera, dentur ex eo cum opus fuerit mane uel in meridie drach:2. uel 3.

DIACALAMINTHES MINVS.

CAPVT. CLXXIX.

Quod pituitatem thoracis de capite descendentem extergit tussientibus auxiliatur, Digestionem pro curat, dolorem Stomachi, & cordis pulsum paragorizat, duritiem Hepatis & Splenis soluit, Lapidem frangit, Vrinam prouocat & mēstruis imperat. Recipe Calamīthes drach:18. Melano piperis, Zingiberis, Hyssopi, Pulegij, Thymi, Libyftici, Seseleos, Petroselini Aprij, ana drach:6. Mellis quod sufficit Datur in modum auellanæ cum uino ut auidius sumatur in primo gradu additur cinnamomum in secundo Cariophylli, Galanga, Nardus, Anisus.

Vide plura apud Galenū 4. de sanit. tuēda Auicē. Electuarium de Calamītha appellat. Et recipiunt Calamītham fluuiatilem hoc est mēstrum. Addunt porro Calamītham montanam ab alijs dictam Nepitam. Vide de Aetium li. 9. ca. 25.

DIOSPOLITICVM MAGNVM.

CAPVT. CLXXX.

Hoc appositum est ad omnes causas pectoris, tussē antiquam placat, Stomachi dolorem & frigiditatē destruit, digestionem componit, Pleureticis inquietudinibus mirificum est. Recipe Pegani, Hyssopi uiridium, Melanopiperis, Cimīni ana drach:36. Mellis quod sufficit. Confficitur sic Cimīnum in acri aceto die & nocte infunde, & ad solem uel ad ignem sicca, & sic ceteris speciebus in subtilissimum puluerem redactis, deinde peganum & Hyssopum ad modum electuarij tempera & super sperlo

N in puluere

NICOLAUS DE COMPOSITIO

pulvere cum sufficienti melle cōfice, dentur ex eo cū opus fuerit drach: 3. uel 2.

*Actuarius loco hyssopi zingiber ponit, & addit omnino addendum tā-
tundem Nitri uide Gal.li. 6. de ualet. tuend. Recentiores recipiunt omnia
in aequali pondere. Nonnulli ueterum accipiebant ruthæ partes tres, &
singulorum aliorum partem unam. Appellatur à quibusdam Diapeganus
E. c. E. de Rutha.*

DIAOROBV MINVS CAPVT. CLXXXI.

HOc competit tussientibus, Phthisicis, Peripleumo-
nicis, & cibum auersantibus, & male concoquenti-
bus. Recipe Orobi Melano piperis, Cassiæ, Elenij ana
drach: 15. Iridos, Hyssopi, Pulegij Ameos, ana drach: 3.
Mellis quod sufficit, detur in modum auellanae cum ter-
pida.

*Aliud Diorobon uide apud Actuarium in cap. de Antidotis ijsdem uiri-
bus cum hoc presenti pollens.*

DIACITRV MAGNUM

CAPVT. CLXXXII.

HOcoptime congruit ad dolorem stomachi, naues-
tam compescit, digestionem procurat. Recipe Carni-
um citri purgatarum drach: 30. zingiberis drach: 20. py-
rethri drach: 15. Cinnamomi, Caryophyllorum ana drach:
10. mellis uiolacei quod sufficit. Conficitur sic, carnes cit-
ri bene contritas in aqua sufficienti in uase stagnato leni-
to igni ad tertiam efferuescitur, deinde mel adde & iterū
bulli, donec inspissari incipiat & amoto ab igne sic pulue-
rem specierum subtilissimum adde, & cum spatula indefi-
nenter exagitando optime commisce. Cumq; bene como-
mixtum fuerit in marmoream tabulam uel ligneam, oleo
uiolaceo

NE MEDICAMENTORVM.

violaceo illitam effunde & cum refrigeratum fuerit cōde
& usui referua.

DIALACCA MAGNV M CAPVT. CLXXXIII.

Appositum est ad omnem frigiditatē Stomachi En-
phraxin; tumorem & duriciem Hepatis & Splenis
emendar, & ad omnia quæ Hydropem minantur proficit
Nephreticis & calculosis subuenit & mensuris imperat.
Recipe Succī Glycyrrhizæ drach; 18. Spicæ drach; 12.
Costi, Melanopiperis, ana drach; 10. Laccæ, Croci, zin-
giberis, Galbani, Dauici, Seseleos, Petroselinī, ana dra; 8.
Calami Aromatici, Cassiæ lignæ, Mastiches, Bdellij,
Carpobalsami, ana drach; 7. & semis, Cinnamomi, Caryo-
phyllorum, Amygdalarum amararum rubæ ana drach;
5. Aloes Hepaticæ, Myrrhæ Hyssopi, Phu. Meu, Came-
pitheos ana drach; 4. Balsami Thuris masculi, Seseleos
ana drach; 3. Reubarbari, Schænanthus, polij ana drach;
2. Gencianæ, Aristolochiæ rotundæ ana drach; 1. Mellis
quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum apozema-
te sub scripto. quod. Recipit Apij radicis foeniculi & Tro-
ximæ ana drach; 10. Glycyrrhizæ, Absinthij, capilli Ve-
neris, Hyssopi, Calaminthe ana drach; 3. Iridos. Eupa-
torij, Apij, seminis Libystici, ana drach; 1. Confice sic.
Omnia tusa in aquæ Lib; 3. infusa ad medietatem deco-
quantur, gnauiterq; colentur & usui referuentur.

*Dialachan du-
as compositio-
nes Iaco. Man-
lius habet non
parū diuersas
à Nicolai con-
secturis, licet
in multis etiā
conueniant.*

*Nicol. impres-
sus pro rubea
rutham legit.*

DIACITRV MINVS CAPVT. CLXXXIIII.

Vtilissimum ad digestionem stomachi, Vomitū ab-
scindit. Recipe Rhodostomatis dra; 300. Corcitis.
Citri

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Citri uiridium cum modico de carnibus drach: 40. Cinna-
momi Caryophyllorum Zingiberis, Melanopiperis ana
drach: 20. Galangæ, Nardi, Pyrethri, anisi, ana drach: 10.
mellis rosei quod sufficit, Confice sic. Cortices Citri mi-
nutim concisos in Rhodostomate lento igni ad tertiam
feruescant, deinde melle sufficienter adhibito iterum ad ei-
usdem mellis spissitudinem bulli, ad ultimum uero pulue-
rem specierum adiunge & bene commixtum in optimo
uase conde, Dentur de eo drach: 3, post prandium & post
cænam.

*Diacitri non Antidotum Actuarius appellat id est e citrinis factum.
Et pro Rhodostomate Ruellius stillaticium rosarum li. quorem reposuit, ut
iam certum uideri possit Rhodostoma esse aquam rosaccam.*

DIALACCA MINVS. CAPVT. CLXXXV.

Quod omnes obstructiones stomachi, Hepatis &
splenis aperit uentositatem Hypochondriorum &
interaneorum potenter emendat, & omnia quæ minatur
Hydropem. Recipe Laccæ drach: 15. Cinnamomi, Reu-
barbari, Costi, Casiæ Lignæ Aristolochiæ longæ & ros-
tundæ, Carpobalsami ana drach: 9. Caryophyllorum,
Nucis muscatæ Cubebarum, Eupatoriij, Gencianæ, Polij
Anisi, ana drach: 3. Mellis quod sufficit. Detur ex eo dra-
1. & semis cum Apozemate supra scripto.

*Dialachan uocat Actuarius & recenset omnia simplicia medicamen-
ta, quæ Nicolaus repetit. Animaduertendumq; quod ubi Nicol. cubebas le-
git, Actuarium habere Carpesum.*

DIASVLPHER MAGNUM CAPVT. CLXXXVI.
Quod

NE MEDICAMENTORVM.

Quod conuenit Hemoptoicis & tussientibus, collectiones Thoracis ex Catarrho factas, Empicos & Pleureticos optime purgat, Quartanarios & Quotidianarios omni celeritate curat, datis duabus aut ut plurimū tribus potioibus ante horam accessionis cum decoctione Pegani uel Cacrei. Recipe Thuris Myrrhæ, Opopanacis Sagapeni, Asæ, Opij, Cardamomi, Seminis Hyoscyami ana drach: 18. & scrup: 2. Spicæ, Croci, Tragacanthæ, Sulphuris uiui, Aristolochiæ longæ, Euphorbij, Leucopiperis & Melanopiperis seminis nasturcij, Costi drach: 4. Corticis Mandragoræ drach: 4. Macropiperis drach: 1. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanae.

DIASVLPHVR MINVS.

Caput. 187.

Hoc procliue est anhelosis, Suspiriosis, Tussientibus renum, coli & uesicæ passionem placat, Typica frigora potenter emendat. Recipe Myrrhæ, Thuris, cardamomi, macropiperis, Hyoscyami seminis ana drach: 12. Croci, Opij ana drach: 10. Sulphuris uiui drach: 6. Costi, aristolochiæ longæ, corticis mandragoræ, Euphorbij ana dra: 2. Mellis qd sufficit. Dosis eius dra: 3. cū tepida.

Diathiu. id est e sulphure antidotum tertium. Vide apud Aetianum, ubi de uarijs scribit Antidotis.

DIARHODON IVLII.

Caput. 188.

Potentissimum Arteriæ, Asthmaticis, Dispnoicis, Tussientibus, & ad omnia quæ ex frigida causa pectori & pulmonino cent, stomachi debilitatem confortat, Anaropam reuocat, dolorem mitigat, cardiacis summū remedium est, Hydropicis & splenicis medetur, debiles

O renes

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

*Anthophylli
sunt Garyo =
phylli maiores
Celticae hoc est
spicae Celticae.*

Renes confortat, refrigerata calefacit, & perditam uenerem miro modo reducit. Recipe cinnamomi, caryophyllorum, Anthophalli, Galangæ, Nardi, zingiberis carnis dactylorum ana drach: 3. Ligni aloes, reubarbari, nucis myristicæ, macis, zedoariæ, Folij, Styrcis ana drach: 2. Pyrethri, ciperi, costi, Iridos, Celticæ, Tragacanthæ, Anacardi, Cardamomi, Amomi, Anisi, seminis Basilici ana drach: 1 & semis, Ossis Eboris, Ossis de corde cerui, ossis dactylorum, Corallij, Thymi, Thymbre, Hyssopi, Abrotani, Melanopiperis, Leucopiperis, Macropiperis, Amei ana drach: 1. Limaturæ auri puriputi, & argenti meri, Margaritarum perforatarum & integrarum Hyacynthi, Berilli, Blactij Bisantis, Ambre, Moschi, Balsami, ana drach: semis, mellis quod sufficit. Confice sic. Carnes dactylorum purgatas a crustulis suis, diutissime tere, & cum Styrace in calidissimo melle indefinenter subige, cūq; ad unum corpus redactum fuerit, per rarum linteolum accuratissime cola, hoc toties fac donec uirtutes specierum mel respiscat quod elicitur, & abiectis retrimentis succum mellitum serua. Margaritas autem Berillum & Hyacinthum, & Corallū quater in marmorea pila tere, & cribrata in subtilissimum puluerem redige, & sic in sufficienti rhodostomate per totum diem uel noctem macera, sequenti uero die inter duolenissima marmora tam diu ducito. donec nullus pulueris strepitus percipiatur. Deinde ossa dactylorum migmata testa sicili incende, & cum Eburneo osse tere, donec inde subtilissimum puluerem confeceris. ceteras autem species simul tere & cribra, & cum succo carnis dactylorum & Styrcis tempera, & sic puluerem ossis dactylorum & Eboris admisce. Deinde margaritarum puluerem cum sufficienti

NE MEDICAMENTORVM.

cienti roseo melle, sicut & aurum & argētum subtilissime
 limatum confectioni adde. Ad ultimum uero Ambram,
 Moschum, in calido Balsamo solura superfunde, & omni-
 bus bene commixtis in uitreo uase conde miscellam hanc
 & ului reserua: dosis eius drach: 3. mane uel uesperī cum
 uino seu cum calida.

DIARHODON MAGNUM.

Caput. 189.

OPrimum ad calorem Stomachi Hepatis, Splenis,
 Pulmonis & totius corporis. Proficit cardiacis, dia-
 phoreticis & stranguriosis, oēs debilitates ex calido pro-
 uenientes potenter aufert. Recipe Rosarum drach: 60.
 Sandali albi drach: 1. Spodij, Reubarbari, Croci, Succī *Sandali fortasse*
 Glycyrrhizæ, Mastiches, Tragacanthæ, Ligni aloes cin- *sis drach: 7.*
 namomi, Caryophyllorum, Spicæ, Galix Moschata, Xi-
 lobalsami, Schoenanthus, Carpobalsami, Cardamomi,
 Basilici, seminis Fœniculi, seminis citruli, Melonis, Cuc-
 curbitæ ana drach: 109. Camphoræ scrup: 4. Syrupi Ros-
 facei quod sufficit, Detur mane & in meridie aut cū opus
 fuerit cum frigida.

DIARHODON GILEVI.

Caput. 190.

FAcians contra colyricam passionem, & omnem toti-
 us corporis Enphraxim Hepatis aperit, Ictericis,
 Phthisicis, cardiacis, & Diaphoreticis insigniter prodest.
 Recipe rosarū dra: 20. Sandali rubei & citrini ana dra: 12
 Sandali albi, Spodij ana drach: 8. cinnamomi, caryophyl-
 lorū ligni aloes, reubarbari, macis, croci, Spicæ, Violarum
 O ij ana

NIGOLAYS DE COMPOSITIO-

ana drach: 4. Berberis, Ozymi Anisi, Marathri, Seminis portulacæ, Lactucæ, seminum citruli, melonis, cucurbitacæ purgatorum ana drach: 3. margaritarum, Galicæ molchæ, ræ. nucis myristicæ, Glycyrrhizæ, asari, malliches, Tragacanthæ, cardamomi, amei ana drach: 2. camphoræ scrup: 3. moschi scrup: 2. Syrupi Gileui quod sufficit, datur mane & uesperis cum frigida.

DIAMILON MAGNUM.

Caput. 191.

HOc accomodatum est ad diuersas distemperantias stomachi, appetitum irritat, digestionem procurat, nauſeam compescit, olentes ructus aufert, ex longa ægritudine debilitatos reficit, pulchrum colorem uindicat, & hilaritatem inducit. Recipe malorum dulciū, Rhodostomatis idest aquæ rosæ ana drach: 36, Saccari drach: 50. cinnamomi, caryophyllorum, macis, zingiberis, Glycyrrhizæ ana drach: 20. ligni aloes, Galangæ, nucis myristicæ, spicæ, zedoariæ ana drach: 10. cardamomi, carui, anisi, seminis Basilici ana dra: 2. mellis rosei quod sufficit. Conſice sic. Mala intus & extra purgata in modum electuarij trita, in rhodostomate & sufficienti melle idonea decoctione decoque, cumq; ad mellis consistentiam inspissata fuerint, puluerem terendorum appone et optime commisce. Cumq; permixtum fuerit in pilam marmoream infunde & addito Saccaro sine intermissione contere & in optimo uase conde. Dentur de eo drach: 3. mane uel uesperis aut quoties opus fuerit.

DIAPENIDION MAGNUM.

Caput. 192.

Hoc

NE MEDICAMENTORVM.

HOcopitulatur Asthmaticis, Arteriæcis, sicce tussien-
 tubus, Vocem perditam ex calido perfecte reparat,
 Peripleumonice subuenit. *Diapenidion hoc Antidotū*
Actuarij de
 Recipe Penidiorum libr: i. Pi-
 nearum. Amygdalarum purgatarum, seminis papaueris
 albi ana drach: 20. Cinnamomi, Caryophyllorum, Zin-
 giberis, succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, Gummi Arabi-
 ci, Amili, seminum Citruli, Melonis, Cucumeris, Cucur-
 bitæ purgatorum ana drach: 10. Camphoræ scrup: 3. Sy-
 rupi Violaicei quod sufficit. Confice sic, Penidie cum syru-
 polo lento igni aliquantulum bulliant & inde puluis terren-
 dorum temperetur, Detur mane & sero cum tepida. *pingit inter an-
 tidota licet mu-
 tulum, quem lo-
 cum licet resar-
 ciræ ex Nico-
 lao.*

DIAMELON MINVS.

Caput. 193.

Quod conuenit Febricitibus Phthificis, ad calidita-
 tem stomachi & sitim optimum est. Recipe Rhos-
 dostomatis drach: 300. Malorum dulciū drach: 150. Sac-
 cari drach: 100. Sandali albi & rubei, Succu Glycyrrhizæ,
 Rosarum ana drach: 12. Citruli, Melonis, Cucumeris,
 Cucurbitæ ana drach: 9. Syrupi Rosacei quod sufficit.
 Conficitur sic. Mala intus & extra purgata cum Rhodos-
 stomate lento igni ad tertiam decoque, & cum cocta fue-
 rint in pila marmorea in modum electuarij tere & ea res-
 duo Rhodostomati commisce & sufficienti syrupo adhibi-
 to lenes ad prunas quantum res exigit decoque & cū spiss-
 sari ceperit in marmoream pilam & addito puluere sacca-
 rum indeficienter commisce, & tepesactum uase optimo
 conde, usuiq; referua. Dentur de eo drach: 3. mane & ues-
 peri.

O iij

Actuarij

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

Actuarius loco citato describit hoc Antidotum & rursum pro Rhodostomate Ruellius reposuit, liquor em rosarum stillatitium: pro 12. drach. Santali & saccari etc. 9. legit. Proq; seminibus Melonis cucumeris etc. Cardamomi, galangæ micis moschatæ, spicæ, zudaris ana drach. 1. Sem. basilici drach. dimidium.

DIAPENIDION MINVS.

Caput. 194.

Diapenidion
tertium quære
inferius in lite
ra. P.

Faciens ad uulnera quæ intrinsecus maturanda sunt omnes putredines expurgat & constipata pectoris mollit. Recipe Penidiorum drach: 80. Papaueris Zingiberis Tragaanthæ, Pinearum purgatarum, Amygdalarum, Anisi, seminis Citruli Melonis Cucurbitæ, ana drach: 12. Spicæ Croci ana drach: 6. Mellis Rosei quod sufficit. Detur mane & uesperis cum tepida.

DIAMICONIVM MAGNVM.

Caput. 195.

Mirabile Hemoptoicis, Tussientibus, Phthificis ex catharro factis, Vomitum aufert, nauseam compescit & uentris fluxum sistit. Recipe Conidionis albi drach 100. Macis, Amili, Anantis florum ana drach: 15. Cariorum phyllorum Croci Boli ana drach: 10. Cinnamomi sanguinis Draconis, seminis Arnoglossæ ana drach: 8. Syrupi Rosei quod sufficit. Dentur de eo drach: 3. Hemoptoicis cum uino infusionis Hemathitidis pulueris, Coeliacis cum Rhodostomate in quo Cici confRACTI & decocti, sive

Cici est Croton sive Ricinus Mauri Reperitur alij cataputiam maiore

DIAMICONIVM MINVS. CAPVT. CXCVI.

Vtile

NE MEDICAMENTORVM.

VTile cōtra omnes acutas febres præter Lethargum, *uocant Germa*
 somnū inducit & calorem deponit sicim temperate *ni Wunderbau.*
 & urinam prouocat. Recipe Conidionis albi drach: 80. *Vide Dioscor.*
 succi Glycyrrhizæ seminis citruli, Melonis, Cucurbitæ *li. 4. ca. 158.*
 ana drach: 20. Camphoræ drach: 1. Syrupi uiolacei quod
 sufficit. Dentur de eo drach: 3, cum frigida.

DIACHLORIZON CAPVT. CXCVII.

HOc competit ad Catarrhum & faucium repletio
 nes, & cui pus in pectore resider. Peripleumonicis,
 sicce uel humide tussientibus & qui aridum os uel Stoma
 chum sentiunt. Recipe Tragacanthæ albæ drach: 100.
 Succilini & scœnu Græci, succi Glycyrrhizæ ana unc: 6.
 Cariophyllorum Cinnamomi, Spicæ, Zingiberis, Pyre
 thri, Carul. ana uncias 2. Thymi Hyssopi Calaminthæ Po
 lygonij Macro piperis Anisi Marathri ana uncia. 1. Mel
 lis qd sufficit. Dabis ex eo seiuino ul' post cibos cochleare 1.

DIACODION GALENI CAPVT. CXCVIII.

Optimum ad Rheumatismum acrem qui in Trache
 am arteriam & pulmonem descendēs commouet
 tulle Phreneticis & uigilantibus somnum præstat, Fe
 brientibus refrigerium, & in fluxu uentris aneticam cons
 trictionem. Recipe Capirum papaueris non nimis uiridi
 um neq; ex toto siccatorum 150. Rosarum drach: 28. Cro
 ci Acaciæ, Ligni Glycyrrhizæ ana drach: 9. Mellis rosei,
 & aque pluuiialis quod sufficit confice sic. Capita papau
 rum integra & Acaciam & Glycyrrhizam contritam,
 pluuiali aqua sufficiente per biduum infunde, tertio
 uero die

NICOLAUS DE COMPOSITIO

uero die lento igni ad medietatem decoque & cola & abiectis retrimentis & melle adhibito iterum ad eiusdem mellis spissitudinem bulli & in uase uitreo conde, detur de eo drach: 4. aut 6.

Meconium & Opium à Codijs idest capitibus papauerum dicitur differunt autē Meconium & Opium: Succus enim & Meconion uocatur, qui decocto uel crudo papauere exprimitur. Lac uero & opium quod inciso caule manat ē papauere nigro cum turgescit.

DIACODION CITONOS.

Caput. 199.

Hoc competit Phthificis Empycis, Pleureticis, tussis humida mirabiliter adstringit & somnum reconciliat. Recipe Caput papaueris, 200. mellis libr: 2. Sapa 1. Glycyrrhizæ, Amyliana drach: 20. Syracis optimi Tragacanthæ, Croci, Acatie, ana drach: 10. Opii drach: 2. Aquæ pluuiialis quod sufficit. Confice sic. Capita papaueris integra & cætera contrita in aqua sufficienti per biduum infunde, tertio uero die lenes ad prunas ad medietatem decoque, & per facculum cola & abiectis retrimentis melle & sapa adhibitis iterum ad spissitudinem decoque & uase conditum usui referua.

DIASTROBILION CAPVT. CC.

Strobili sunt
nuclei pinei.

Valeat ad frigiditatem & Rheumatismum pectoris & pulmonis, Stomachum debilem confortat, Vomitum abscindit, appetitum irritat digestionem procurat ex longa ægritudine debilitatos reparat & decoloratos ad bonum colore reducit. Recipe Strobilorum purgatorū drach:

NE MEDICAMENTORVM.

drach: 200. Cinnamomi, Cariophyllorum, Galangæ, zingiberis ana drach: 20. Ligni aloes, Nardi, zedoariæ, Glycyrrhizæ, Melanopiperis, ana drach: 15. Macis, nucis myristicæ, aliptæ, Xilobalsami, Cardamomi ana drach: 10. Moschi drach: 1. Mellis rosei quod sufficit. Confice sic. Strobilos purgatos integros cum melle ad spissitudinem bulli, cūq; conspissari cœperit, specierum puluerem super funde, & cum spatula bene cōmisce. ad ultimū Moschū in Rhodostomate solutū adhibe, & uase optimo absconditū usui referua.

DIACOSTV CAPVT CCI.

Hoc prodest ad dolorem stomachi & hepatis, quin etiam Hydropicis, Splenicis, Nephreticis & straguriosis optimum est. Recipe asari, anisi, apij ana dra: 33. Schoenanthus, myrrhæ, melanopiperis ana dra: 20. costi drach: 18. Cinnamomi, Cassiæ lignæ ana dra: 15. & scrui 2. mellis quod sufficit, Dosis eius drach: 3. cū uino calido.

Codex impressus addit Reu barbari Croci Aristolochiæ lon. & rot. ferè pondus duplum uniuscuiusq; ad proportionem costi.

DIATRION HERODIS REGIS UTILIVS

Diatrion Galeni. Caput. 202.

Hoc utile est ad frigiditatem & dolorem Stomachi, Digestionem procurat, Enphraxim Pneumatofin Hepatis Splenis, & omnium interaneorum soluit, matris & uesicæ affectum componit. Recipe melanopiperis & macropiperis ana dra: 28. Zingiberis, Costi, Hyslopi, Leucopiperis, carui, Petroselini, libystici, Sileris ana dra: 9. mellis quod sufficit. Datur in modum auellanæ cū tepida seu cum uino.

DIATHYMV CAPVT CCIII.

P Opitua

NICOLAUS DE COMPOSITIO

O Pitulatur ad raucedinem & rheumatismum pectoris & pulmonis, tussim antiquam & recentem placat, frigiditatē & Enphraxin Stomachi Hepatis & Splenis curat. Pleureticis & Apostematicis subuenit. Recipe Thymi, Serpylli, Calaminthæ, Hyssopi, Glycyrrhizæ, Reupōtici Tragacāthæ Melanopiperis Macedonici ana drach: 28. Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ, Zingiberis, Pyrethri, Mastiches, Carui, Pulegij, anisi, aneti, ana drach: 18. & scrup: 2. Costi drach: 2. mellis quod sufficit. Dosis eius in modum nucis Myristicæ cum tepida.

DIAPHOENICON CAPVT. CCIII.

Quod pectus, Stomachum, pulmonem, Hepar & Splenem optime sine molestia purgat. colorem bonum decoloratis reddit, Recipe Carnium dactylorū drach: 100. Diagridij, Zingiberis, ana drach: 28. Cinnamomi, Galangæ, Spicæ, ana drach: 18. & scrup: 2. Caryophyllorū, Zedoariæ, Glycyrrhizæ ana drach: 9. Moschi scrup: 1. Mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ post prandium & post cænam.

DIAPIPEREOS CAPVT. CCV.

Auxiliat pulsui thoracis & ijs quib⁹ pulmo tumet. Phlegma spissum soluit & indigestum: Hepaticis, pleureticis omnibusq; Apostematibus ex infrigidatione factis subuenit, Spleneticis ad Hydropem uenientibus, Nephreticis, Calculosis & stranguriosis medetur. Recipe Cinnamomi, zingiberis, Croci, Styraçis, Casiæ, Galbani, Myrrhæ, Macropiperis, & Melanopiperis ana drach: 7. Nardi, Castorei ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Detur in modum nucis ponticæ.

DIATHYMBRAS CAPVT. CCVI.

Aptum

NE MEDICAMENTORVM.

Aptum est ad multa: caput cōfirmat, arterias purgat, uocem clarificat, pituitam thoracis subtiliat, spirituales poros pulmonis aperit, Stomachum erigit, Digestionem procurat, uentositatem eructuādo expellit, Enphrazim Hepatis Renum & Vesicæ soluit, lapides ubiq; frangit. Menstruis imperat, & enixæ purificationem præstat. Recipe Cinnamomi, Nardi, Thymbre Cardamomi, Anisi, seminis Abrotani ana drach: 12. Caryophyllorū, zingiberis, Amomi, Carui, Dauci, Melanopiperis ana drach: 9. Zedoariæ, Pyrethri, Fœnugræci, amei, Sinoni Marathri ana drach: 6. Schoenanthus drach: 11. Calami Aromatici, Balsami, Succii Glycyrrhizæ, Mastiches ana drach: 4. Mellis quod sufficit Detur in modū Auellanę cū tepida.

Sinonum, Simon interpretatur Petroselinum agreste. Syluaticus, petroselinum Macedonicum, quia Diosco. adserit Sinonum esse minutum semen simile apio nisi quod oblongum & atrum, gustu calidum et diurenticū sit, unde apparet Antiquaculos Sinonum appellare quod Dioscor. Petroselinon. li. 3. ca. 75..

DIASPERMATON MAURENTII

Caput. 207.

Hoc accomodatum est ad grauedinē & uertiginē capitis, faucium tumorem & dolorem, suspirium & fridorem pectoris anhelosi emendat, uocem interceptam instaurat, dolorem stomachi & duritiem & cibi incontinentiam medicatur, Splenis, Iecinoris & omnium interaeneorum dolorem & distentionem amputat, Renum & uesicæ agritudines frequenter datū emendat. Veneri medetur ex debilitate Renum prouenienti, dolorem matricis ex uentositate factum mitigat, menstrua prouocat, abor-

P ij tientes

NICOLAUS DE COMPOSITIO-

tiētes & enixas optime purgat. Recipe leucopiperis drach: 9. zingiberis drach: 8. Caroi, libyſtici, ana drach: 6. Petro felini macedonici, amei, Fœnugræci ana drach: 2. Mellis quod ſufficit. Dentur in modum auellanae cum tepida.

DIASATYRION CAPVT CCVIII.

Optimum ad omnes debilitates renum, libidinē potenter prouocat, & ex aliqua occasione perditā ſine mora reſtaurat. Recipe Satyrionis teſticulorum radicum uiridiū Bauciae pinearū enucleatarū ana dra: 100. zingiberis, aniſi ſeminis Eruce ana drach: 50. Cinnamomi, cardarum ſcingi uiridium, ſeminis bulbi ana dra: 20. Moſchi dra: 1. Mellis quod ſufficit. Conſice ſic. Teſticulos & Baucias in modū electuarij trita in melle decoque, & caudas ſcingi & ſeminis bulbi purgati cū modico melle bene cōtrita decoctioni adde, & ab igne depoſito puluerem terendorum immitte, & diu terendo optime commiſce, cumq; tepefaſtum fuerit uaſe idoneo conde, detur ex eo mane et ueſperi, cum condito uel careno.

Scingus quem officinae Stincum appellant eſt Gocodilus terreſtris, de quo agit Dioſ. li. 2. ca. 59.

DIAHYSSOPV CAPVT CCIX.

Hoc accomodatū eſt ad capitis querelā ex frigido, uiam exiccat, arterias purgat, tuſſem compoſcit, omnes frigiditates peſtoris & ſtomachi emēdat. digeſtionem procurat, Pleureticis & Empycis mirabiliter opitulatur. Recipe hyſſopi, Iridos, Thymi, Melanopiperis ana dra: 20. Glechonis, Thymbre, Hygru Pegani, cimini ana dra: 20. Carnis dactylorū, Tragaſcanthæ, Paſſularū enucleatarum, ſeminis marathri ana dra: 10. zingiberis, aniſi, Carui, libyſtici ana drach: 5. Mellis acapni quod ſufficit. Doſis eius dra: 3. mane uel ueſperi cū uino ſeu cū tepida.

Pegani hygre id eſt humide, uel uiridis ruthæ.

Dyſpnoea

NE MEDICAMENTORVM.

DYSPNOEA CAPVT. CCX.

Hoc conuenit ad Rheumatismum capitis, Asthma & suspirium emendat, Tracheam arteriam & spiritalia poros purgat, dolores pectoris mitigat, & tussē potenter arceat. Phthificis Peripleumoniacis & Empycis peculiariter medetur. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Spicæ Pyrethri Mastiches Pulegij Saturegiæ, Anethi, Macedonici ana drach: 12. Costi Reupontici, Glycyrrhiæ, Tragacanthæ, Calaminthe, Thymi, Melanopiperis ana drach: 8. Galangæ, nucis Myristicæ, Croci, Zingiberis, zedoariæ, Iridos, Styracis rubri ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Detur mane uel uesperī in modum auellanae cum tepida.

DAVID REGIS POTIO MVLTORVM SAPIENTIA & medicorum consilio inuenta. Caput. 211.

Est autem probatissima & mirabilis ad multas infirmitates. Adeoq; maniacis, Melancholicis & Epilepticis qui spumant & dentibus strident, Hemoptoicis phthificis, & Peripleumoniacis auxiliatur, Illiosis cum celeritate subuenit, ut una portione uirorum & mulierum uentositatem expellit, Nephreticis et Ischiadicis subuenit, calculos frangit mēstruis imperat, Syringem desiccet, podagricos *Syringē Neoterici ulcus fistulosum seu fistulam uocat.* bibita iuuat & nolentibus accipere locis dolentibus inun-
 ctā mirabiliter operatur. Recipe Sagapeni drach: 16. Cinnamomi drach: 13. Opij drach: 12. Ligni Aloes, Folij, Spi-
 cæ, Croci, Xilobalsami, Pyrethri, Casiæ fistulæ, Aristolochiæ lōgæ, Myrrhæ, Cardamomi, Amomi, Carui, Dauci
 P iij Cretici,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Cretici, Apij, Granorum solis, Sinapis, Hyoscyami, ana drach:9. Zedoariae, Asari, corticis mandragorae, melano-
piperis ana drach:4. mellis quod sufficit. Datur in modu
auellanæ cum tepida.

DELIVRVS CAPVT. CCXII.

*Πεδύκος An-
tidotus esse di-
cta uidetur à
Delio. i. Apol-
line & secun-
do flatu. Nam
δύκος flatum
uel uentum se-
cundū, & φα-
licem signifi-
cat.*

*Basilicus uel
Basilus medi-
cus Constan-
tini cesaris.*

*Libanus thus
& arbor thus-
ris à Grecis di-
citur, non Olive-
banus.*

Quæ inuenta est in Pallatio Constantini magni Im-
peratoris & consueto more nunq̄ non a Basilio
medico præparabatur Opitulatur autē caducis, Epylep-
ticis, dolorem dentium aufert, & quasi ferro extirpari facit
et si inuncti de ea fuerint, Asthmaticis, suspiriosis & tussis
entibus medetur, stomachi dolorem fastidium & nausæ
prohibet, Ictericos, & Dysentericos curat, Hepaticis, Neph-
reticis & Stranguriosis potenter subuenit, Illij dolorem
mitigat, calculos frangit, menstrua prouocat, quotidianos
ríos & quartanarios ante horam accessionis bibita, mirè
sanat. Recipe croci drach:16. Dauici Cretici drach:14. Sy-
leris montani drach:12. Opopalsami drach:9. Costi, Car-
lami Aromatici, Rosarum, Cardamomi, Carpobalsami,
Leucopiperis, Petroselinij ana drach:6. Spicæ, Casiæ zin-
giberis, Pyrethri, Phu, Meu, Castorei, Sagapeni, Foenicu-
li Anisi, seminis ruthæ, Amomi, Euphorbij, Hyoscyami,
Apij, ana drach:4. Opij drach:3. mellis quod sufficit. Do-
sis eius in modum nucis myristicæ, febrientibus cum tepe-
da non febrientibus cum uino.

DIALIBANV CAPVT. CCXIII.

VTile ad diuersas passiones capitis, Hemicranicum
dolorem & supercilij placat, Lachrymas potenter
stringit.

NE MEDICAMENTORVM.

stringit. Fauces Rheumatizatas et Arterias lenit, Hemoptoicis & tussientibus medetur, uomitum compescit, dolorem Stomachi & nauseam aufert, Peripleumoniacis, Pleuriticis, Empycis sine dubio subuenit, Gonorrhæam & satyriam emendat, & menstrualem sanguinem sistit. Recipe Castorei. Opii, seminis Hyoscyami ana drach: 19. Cassiæ drach: 16. Folij, Croci, Thuris masculi ana drach: 12. Reupontici, Amomi ana drach: 10. Myrrhæ drach: 9. Spicæ, Pyrethri, radicis Peoniæ, Styracis Calamitæ, macropiperis ana dra: 6. Euphorbij Leucopiperis ana dra: 5. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

Codex impressus habet cassiam ligneam.

DIACASIAS CAPVT. CCXIII.

Conueniens suspiriosis, phthisicis & Empycis auxiliatur Hemoptoicis & tussientibus, Stomaticis & cardiacis uno momento salutem præstat, pleureticis peculiariter medetur. Fluxum uentris sistit, Nephreticis, Colericis & Stranguriosis subuenit, uicia matricis emendat & Typicos rigores placat Hac Theodosius imperator celebrissimus ad dolorem Stomachi utebatur. Recipe Cassiæ Fistulæ drach: 16. Spicæ, Costi, Styracis calamite, Castorei, Galbani, Opii melanopiperis ana drach: 8. Cinnamonii, Caryophyllorum, Acori, myrrhæ, macropiperis, Cimini, Anisi, Amomi ana drach: 7, mellis quod sufficit, dosis eius drach: 3. cum tepida.

DIAMACHYR CAPVT. CCXV.

Machyr Arabes Macerem uulgo Macem dictam significat, quam nonnulli dicunt esse Corticem nucis moschatæ, quod uerum est.

Hoc

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Nā Macis extra in nuce miristica nascitur. Ciciam Gallam appellat Nicolaus. Rhodon xerō idest rosarum siccarum.

Hoc appositum est ad Dysentericos, Lientericos ad Tenesmon & ad omnes conatus audacter datur. Recipe Macis, ciciæ, Balaustrorum, ana drach: 9. Syracis, Myrrhæ, Opij, Acaciæ, Hypocisthidos roris Syriaci, rhodoxerō ana drach: 4. & semis. Libani coralli, Arnoglossæ, succi cymarum rubi ana drach: 2. Mellis quod sufficit, de quo patiens accipiat drach: 3. cum calida sedens in soleo uel in tina in cuius aqua bullierint cortices mali granati aut florū eius libra semis. Hypocisthidos Polygoniæ plantaginis, cymarum rubi, Agrimonix, Marathri, foliorum Myrrhæ, Oleastri, Lauri, Korismartini, calculorū cytonij & Lentisci ana manipulus. i. & tam diu patiens ibi sedeat quam diu uaporē eius sustinere potuerit & hoc ter faciat aut quater.

DIACISSV. CAPVT. CCXVI.

Cisson hederā & Oponcissu succum hederæ appellat Nicolaus. Vide de Dioscor. li. b. c. 4. 171.

Optimum ad Paralysem linguæ quæ cōtingit ex percussura est facta, ita ut non loquatur & ad Epilepsiam iuuat. Recipe Opucissu drach: 16. Costi, Myrrhæ, Castorei, Opopanacis, Antimonij, Radicis Peoniæ & Diplosamij, Macropiperis ana drach: 8. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum succo saluæ.

DIACERASEON CAPVT. CCXVII.

Quod conuenit ad Choleram, Stomaticis & Hepaticis prodest. Recipe Succu Ceraforum lib: 4. Mellis lib: 1. Diagridij dra: 28. Cinnamomi, Mastiches ana drach: 4. Confice sic, succus cum melle lento igni ad spissitudinem decoquatur & inde puluis terendorum temperetur.

NE MEDICAMENTORVM.

tur. Dentur de eo drach: 3. mane patienti & ieiunet horis tribus.

DIAMARATHRV CAPVT. CCXVIII.

EXpertum, celeriter purgans uentrem, & sine periculo. *Actius describit li. 3. ca. 94.*
 lo. Recipe Diagridij drach: 16. Succu Marathri dra: *Cuius titulus diamarathrum id est, perfoeni culu quod passim conficitur.*
 12. Epithymi drach: 10. Zingiberis, Leucopiperis ana drach: 8. Macedonici drach: 6. Hellebori nigri drach: 2. Mellis quod sufficit. Dentur de eo drach: 3. mane cum tepida.

DIABVLBON CAPVT. CCXIX.

Faciens Arteriācis, Phthisicis, tussim lenit & thoracē purgat. Recipe Bulbi mundati & cocti drach: 54. Iridos, Hyssopi, Melanopiperis ana drach: 6. Croci drach: 3 Mellis heminam. 1. Acetisemis, Confice sic, mel & Acetum lento igni ad spissitudinem decoque & inde bulbos in modum electuarij tritos cum puluere terendorum confice. Dabis de eo in modum nucis ponticæ eunti dormitum.

DIA THIV APYRV HOCEST, EX SVL:
 phure uiuo confectum, Caput, 220.

Hoc competit Asthmaticis, tussietibus & ad omnes typicas febres quod Philagrius sympepticon appellat. *Philagrius. Sympeptica medicina dicitur que condicit ad coquenda. Apud Paulum li. 7. ca. 17*
 lauit. Recipe Melanopiperis drach: 32. Costi, Castæ fistulæ, Rutæ hortensis uiridis ana drach: 10. Styracis, Myrrhæ Troglodyticæ, Opij, Sulphuris uiui, Cardamomi, seminis Hyoscyami albi ana drach: 8. Croci Euphorbij ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Datur ante horam accessio-
 nis

Q

NICOLAUS DE COMPOSITIO

nis cum pulca calida in modū fabæ Aegyptiacæ. Describitur accuratius ab Aetio li. 13. ca. 110. & omittitur Euphorbium.

DIACAREON CAPVT. CCXXI.

Optimum ad uulnerationem faucium & Synanchē. Recipe Corticis nucum uiridium lib: 6. Mellis lib: 1. & semis, Smyrnes drach: 3. Croci, Omphacij ana dra: 2. Aluminis scissi drach: 1. Coque sic. Succum cum melle in uase stagnato lento igni ad spissitudinem decoque cū puluere terendorum, & conditum usui referua, cumq; opus fuerit, de eo palatum & fauces cum penna illine aut cum oxymelite ad Gargarizandum dabis.

DIABISARA CAPVT. CCXXII.

Diachelidonō
Oribasius hoc
Eclegma apz
pellat à pulue-
re hirundinū.

Expertum ad tumorem faucium & Synanchem, fluxum uentris stringit & menstrua erumpentia ultra modum naturæ, sistit. Recipe Cineris recentis pullorum hyrundinis uncias: 3. Crocomagmatis, Thuris, Cassiæ, Rosarum siccarū ana uncias: 2. Croci schænanthus, stipitæ idest Bisaræ, Iridos, Ammei, Antsi Apij ana unciam: 1. Nardostachij, Amomi. Alapsæ ana drach: 1. Mellis optimi quod sufficit. Dosis eius drach: 2. cum pulca calida seu œnomelite.

Bisara aut Besara est rutha syluestris, ut Oribasius & Trallianus in cap. de Synanche testatur. Appellatur & besasa & harmala nominibus Arabicis, sed quibus tamen Aetius, Galen. Diosco. & alij Græci libenter utuntur.

DIAMORON BATV CAPVT. CCXXIII.

Amoris

NE MEDICAMENTORVM.

A Moris celsi sic appellatum, quod prodest ad omnes causas palati & gutturis, cadentem uuam subleuat & humorosam desiccatur. Recipe Succū mororum bati lib: 2. Mellis libr: 1. Sapa semis. Confice sic, succum cum melle & sapa in uase æneo stagnato ad prunas suauiter decoque, si autem uolueris scire utrū decoctum sit, pone de eo guttam unam super marmor & regirato in marmore si se retinuerit instar mellis probe coctum est, & uase stagnato conditum usui reserua. Cumq; opus fuerit ex eo palatum & uuam unge aut Gargarizandum exhibe.

DIASYCAMINON CAPVT. CCXXIIII.

H Oc opitulatur ad tumorem faucium & ad indignationem palati & linguæ. Recipe succi mororū sycaminorum cotylas 6. Mellis cotilam 1. Aluminis scissi dra: 4. Myrrhæ, Hypocisthidos ana drach: 2. Croci, Acaciæ, ana drach: 1. Confice sic. Succum lento igni ad terciam decoque, & addito melle iterum modicum bulli, deinde puluerem terendorum immitte, & bene commixtum conde, cumq; opus fuerit illine & ad Gargarizandum exhibe.

Sycaminea mora apud ueteres uocabantur mora nigra. Quæ extant apud nos, et uulgo Celsi mora uocantur, quæ recentes putant ob arboris celsitudinem celsi mora nuncupata esse. Sed apud antiquos absoluto uocabulo mora dicuntur, & cum mora dicuntur hæc intelligunt, quæ etiam appellant Sycamina. Musa in lib: de Syrupis.

DIAPENTE CAPVT. CCXXV.

A Vxiliatur Asthmaticis, tussientibus & omnibus affectionibus pectoris & pulmonis. Recipe Styracis optimi, myrrhæ tragacanthæ, Galbani, Opij ana dra: 6. balsami aut olei Nardini quod sufficit. Detur in modum auellanae.

DIANTHVS CAPVT. CCXXVI.

Q ij Quod

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Dēdro libanus
est Rosmari-
nus.

Quod fit de floribus Dēdro libani uolarum & Rosarū ana, ualet tristibus, Macilentis, Cardiacis, multum ierificat & conualescentes ex ægri tudinibus miro modo confortat. ḡ. pars confecta est libr: 2. & semis. Recipe Florum roris marini unci: 1. Rosarum, Violarum, Glycyrrhizæ ana drach: 6. Garyophyllorum, Spicæ, nucis moschatae, Galangæ, Cinnamomi Zingiberis, zedoaria, macis, Ligni Aloes, Cardamomi, Anisi, Anethi ana scrup: 4. Mellis quod sufficit, datur mane & uesperī febricitantibus cum frigida, non febricitantibus cum uino.

DIAPRUNORVM VEL DIADAMAS-
cenon. Caput. 227.

Dicitur a prunis quæ compositionem ingrediuntur, Datur acutas & peracutas patientibus & maxime Causum & Synochum in principio & augmento & statu ægri tudinis, confectio eius est libr: 2. & semis. Recipe Prunorum Damascenorum uiridium numero 100. quæ poni debent in uase stagnato & tantillo aquæ ut probe cooperiantur, bulliant donec dissolui uideantur, tunc ab igne deponantur & cum aliquantulum in frigidata fuerint ab aqua eximantur & in cribro super catinum posito pruna ponantur & manibus tandiu fricentur, ut nihil preter ossa & cortices in cribro remaneant, in aqua autem illa in qua decocta fuerint pruna ponatur, drach: 1. Violarū & iterum bullire permittatur & exemptis uolis ponantur ibi lib: 2. Saccari & lib: 1. de pulpīs prunorū & coquantur ad spissitudinem adde unci: 1. Tamarindorum & castæ fistulæ medullæ unci: 1. dissolutæ & colatæ cum supra dicta decoctione prunorum, Memento tamen ut in aqua prunorum.

ONE MEDICAMENTORVM. III

prunorum bulliat unc: semis Violarum ut dictum est & cum ad perfectionem decoctionis peruenerit semper agitando cum spatula, postea superpargatur puluis subscriptarum specierum. Recipe Sandalorum alborum & rubrorum, Spodij, Reubarbari Cinnamomiana drach: 3. Rosarum, Violarū, seminis portulacæ. Scariolæ seminis, Berberorum succi Glycyrrhizæ Tragacanthæ ana drach: 2. Seminum Citruli Melonis & cucurbitæ mundatorū ana drach: 1. datur omni hora diei cū frigida sine Diagridio ad modum castanæ. Si laxatiuum facere uolueris ponatur in unaquaq; libra drach: 7. Diagridij, quando ab igne deponitur datur in declinatione februm laxatiuū ad purgationem in matutinali hora ad modum castanæ cum aqua calida.

DIATRAGACANTHVM CAPVT. CCXXVIII.

A Tragacantho nomen accepit. Sanat autem omnem uitium pectoris & pulmonis quod fit ex calore & siccitate, Maxime phthisicis, hecticis, Pleureticis, Peripleurmicis & ad omnem tussim quæ fit ex caliditate, uel siccitate, ad omnem linguæ & gutturis asperitatem conueniens, cum uero sumitur tamdiu in ore teneatur donec ibi dissoluatur: medietas est libr: 2. Recipe Tragacanthæ albe unc: 2. Gummi Arabici albi unc: 1, drach: 2. Amyli me: semis, Glycyrrhizæ drach: 2. Seminis Melonis, Citricucurbitæ ana drach: 2. Penidiarum unc: 3. Camphoræ scrup: semis syrupi Violacei quod sufficit. Cōficiendū ratio est ut semina cum aqua ponantur super Saccarum, tantum autem de aqua ut possit Saccarum cooperiri, & bulliant

NICOLAUS DE COMPOSITIO

stant usq; ad dissolutionem sacchari, postea colentur per pā
num rarissimum, & colatum ad decoctionē syrūpi coqua
tur postea tundatur in mortario bene miscēdo puluerem
specierum.

DIARIDOS CAPVT. CCXXXIX.

Dicitur ab Iride & prodest Dyspnoicis Arteriācis
tussientibus, uocem perditā restaurat si fuerit ex fri
giditate: 12. pars est libr: 3. Recipe Ireos unc: 1. Pulegij,
Hyssopi, Glycyrrhizæ ana drach: 6. Tragaçathæ, Amyg
dalarū, Pinearum, Cinnamomi, Zingiberis, Piperis, ana
drach: 3. Caricarum, carniū dactylorum, passularū entu
cleatarum ana drach: 3. & semis, Styracis rubri drach: 2.
& scrup: 1. mellis quod sufficit summatur uesperī cum ui
no calido.

DIASENE CAPVT. CCXXX.

Dicitur quia plus de sene ponitur ibi quā de aliāspe
cie. Valet proprie Melancholicis, Maniacis, Cardia
cis & tristibus tota cōfectio appōderat lib: 1. Recipe Sene
næ unc: 3. Auellanarum assatarum numero 50. Seridcō
busti dra: 2. Lapidis armeniāci drach: 1. Lapidis Lazuli
drach: 3. Sacchari unc: 6. Cinnamomi unc: 1. Caryophyllo
rū, Galangæ, piperis, spicæ, ozimi, zingiberis, folia caryo
phyllorum, Cardamomi, croci, zedoariæ, floris roris mari
ni macropiperis ana dra: 2. Mellis quod sufficit. Detur cō
aqua in qua infusa sunt folia sene per noctē sub diuo. Cō
ficatur sic, cū melle Auellanæ bene puluerisatæ despumata
to melle ad ignem decoquātur, deinde puluis specierū ad
miscetur quod ualeat quartanarijs & magis spleneticis.
Diacura

NE MEDICAMENTORVM.

DIACVRCVMA CAPVT. CCXXXI.

Conuenit ad Hepatis passionem & ad frigiditatem Stomachi, & ad uitium Splenis. Recipe Curcuma Cinnamomi, Spicæ, Afari Casiæ ana unc: 1. Costi Schænanthus, Myrrhæ drach: 1. Mellis quod sufficit, Datur cū oxy zaccara.

DIAGALANGA CAPVT. CCXXXII.

Qvæ utilis est ad nimiam debilitatem Stomachi & eius uentositatem, digestionem procurat & Stomachum confortat. Renes frigidos calefacit, & omne superfluum phlegma a Stomacho dissoluit & expellit oppilationem Splenis & Hepatis aperit, sensum acuit hominē hīlarem reddit, canos ante tempus rerardat, & omnibus frigidam naturam habentibus conuenit. Recipe Galangæ, Zingiberis Caryophyllorum spicæ, Cardamomi, Cinnamomi, Carpobalsami nucis moscatae unc: semis. Costi, ligni Aloes, Macis, Mastiches, Tragacanthæ, Succī Glycyrrhizæ ana drach: 1. Moschi scrup: 1. Saccari scrup: 12.

DIAMANNA CAPVT. CCXXXIII.

Vtile est ad purgandum sanguinem, ad choleram reprimendam & Melancholiam, ualet etiam ad Hepar calefactū & corpus uniuersum perpurgat. Recipiatur de eo unc: semis in aurora cum calida & ad multa alia corporis incommoda ualet plurimū. Recipe manne, saccari, uio larū, casie fistule ana unc: 4. Thamarindorū saccari rosarū ana unc: 1. hæc omnia dissoluantur in aqua decoctionis, capilli

NICOLAUS DE COMPOSITIO

capilli ueneris, Scolopendriæ, Hepaticæ ana unc: 3. Seminum frigidorum mundatorum uiolarum ana unc: 1. Prunorum numero 20. Colaturæ addantur Sacchari lib: 3. et coquatur ad spissitudinem, instar trypheræ Sarraçenicæ & tunc addantur istæ species. Recipe Seminum frigidorum mundatorum uiolarum Nenupharis, Scariolæ, Lactuæ Portulacæ ana unc: 1. Reubarbari Foliorum Sene Anisi ana unc: 1. & drach: 1. Sumatur ut dictum est superius.

DROPAX SORANI CAPVT. CCXXXIII.

Optimus Cephalgicis & Epilepticis, facit ad dolorem & tumorem Splenis & Pleuresim & ad omnes dolores totius corporis. Recipe Picis drach: 24. Olei perganini Cere ana drach: 12. Nitri Calcis fecis ana drach: 6 Sulphuris uiui Baccarum Lauri, Cacrei, Melanopiperis, Sinapi ana drach: 3. Strutij, Sanfuci ana drach: 2. Confitice sic. Picem, oleum, & ceram lento igni solue deinde nitri & fecis puluerem adde, & cum modicum bullierit sulphuris & calcis puluerem immitte. Ad ultimum uero ceterorum puluerem adhibe & bene commisce & cum optime permixtum fuerit in concham frigida aqua plena in funem de & cum refrigerascit manibus perunctis oleo diu ad ignem malaxa & compositis magdalionibus conde & usui reserua dropacem saluberrimum.

Pro drachmis
lectio altera habet
uncias.

DROPAX CAPVT. CCXXXV.

Aptus Epilepticis, Maniacis & Cephalgicis. Recipe Picis sicæ, Resinæ frixæ ana drach: 36. Croci dra: 18. pyrethri Staphisagriæ Adarçæ, Baccarum lauri &

NE MEDICAMENTORVM.

& Hellebori albi ana drach: 5. Galbani, Sulphuris usui,
 Olei Sicyonij & ueteris ana drach: 4. Euphorbij, Casto-
 rei ana drach: 3. Confice sic, quæ soluenda sunt cum oleo
 & cera solue lenes ad prunas, deinde puluerem terendo-
 rum immitte, & cum opus fuerit, in uas cum aqua frigida
 infunde, & cum tepuerit manibus oleo perunctis apud
 ignem diu malaxa & factis magdalionibus usui reserua.

*Dropacem recentiores pro unguenti genere usurpant quo corpus illi-
 nitur ut glabrum fiat à pilis, quod olim effeminans erat studio. Veteribus
 est medicamentum, quod à distribuendo in corpus alimento nomen inue-
 nit, & nutriendo corpori conuenit, ut hic apud Nicolauū & Galenum li. 5.
 de San. Tuend.*

DROPAX CAPVT. CCXXXVI.

VTilissimus Cephalalgicis, paralyticis, Arteticis, &
 omnibus rheumaticis passionibus, Recipe Olei Si-
 cyonij drach: 6. Resinæ pitumæ, picis Asphalti, Adarces
 Nitri, Sulphuris, Castorei, Euphorbij ana drach: 4. Myr-
 rhæ, Cera, Colophonix, Pyrethri ana dra: 2. Confice sic,
 quæ soluenda sunt cum oleo leui igniculo solue, & sic cæ-
 terarum specierum puluerem immitte, & cum tepesactū
 fuerit oleo diu ad ignem manibus perunctis malaxa & cō-
 positis magdalionibus usui reserua.

*Nota quosdam
 in capitulis his
 235. 236. 237
 pro drachmis
 legere uncias.*

DROPAX CAPVT. CCXXXVII.

Optimus Synanchicis & colli tumoribus. Facit hy-
 dropticis & Spleneticis peculiariter. Recipe Resinæ
 frizæ, Picis Bruciæ ana drach: 36. Resinæ pitumæ, As-
 R phalti

NICOLAUS DE COMPOSITIO

phalti, succi corticis nurum ana drach: 24. Struthij dract
12. Opopanacis drach: 10. Lithu asiani, olei sicyonij ana
drach: 6. Pyrethri drach: 5. Staphisagriae drach: 4. Con-
fice sic, in oleo picem solue, & sic succum in iſce & cū subter
ſto igni efferbuerint, opopanacem adiunge, deinde resinā
pituinam & lithum asianum sic resinam frixam, ad ultis
mum puluerem cæterarum ſpecierum adiunge, & cum
percoctum fuerit in frigidam aquā infunde, & manibus
oleo perunctis iuxta ignem diu malaxa, & factis magda-
lionibus conditum uſui reſerua.

Lapidis Aſij de quo apud Gal. in lib. de Compos. Medica. ſecundum
Locos, quem & Dioſco. li. 5. ca. 25. colore puniceo deſcribit, ſiſtuloſum
non ponderoſum & fricabilem, uim habentē astringentem & leuiter exe-
dentem, hulcera uetuſta ad cicatricem perducere, et carnum excreeſcētias
reprimere & c.

Reſina pituma eſt reſina pityos, ideſt pini arboris. De qua Dioſ. lib. 1.
cap. 78. Bonitate omnes uincunt reſinae quae ex picea & abiete diſtillant,
odorata. n. ſunt & thuris ſimiles. Ex teda pini & cupreſſo ad omnia eae-
dem in uſu ſunt licet minore efficacia.

DENTIFRICIUM CAPVT CCXXXVIII.

AD dentes nigros dealbandos & ad exeſas gingiuas
& ad os male olens optime conuenit. Reſcipe Cini-
namomi, Caryophyllorū, Antophylli, Nardi, Maſticheſ,
Thuris, frumenti albi ſicci pedum cancri oſſis Daſylorū
& oliuarum ana dra: 1. Confice ſic, omnia tere & in ſubtili-
ſſimum puluerem redige, & inde uulnerata loca frica.

DENTIFRICIUM AD DENTES

Scabros. Caput. 239.

Et ad

NE MEDICAMENTORVM.

ET ad os uulneratum, & gingiuas comestas & humef-
 ctas, phlegmonas faucium, palati & gingiuarum sa-
 nat. Recipe cinnamomi lenticulæ seorsum infusorum in
 aceto per diem & noctem, & ad solem siccatorū ana drach:
 5. Croci, balaustiorum, Acaciæ, ana drach: 5. Ossium oli-
 uarum, cancerorum fluuiialium uistorum rosarum Folij pe-
 culiariter uisti ana drach: 3. Confice sic, omnia hæc in sub-
 tilissimū puluerem tere, & exinde os, dentes, & gingiuas
 frica.

DENTIFRICIUM ALIUD AD SUPRA
 scripta. Caput. 240.

Recipe corticum quercus radicis, citoniorum corti-
 cis, cineris Spodij, Mororum immaturorum Om-
 phacij ana drach: 6. Croci, Rosarum, Balaustiorum ana
 drach: 3. quibus diligenter tritis & in subtilissimum pulue-
 rem redactis inde fauces palatum & gingiuas frica, & os
 de lycto soluto in sapa & posca supra scripta loca abluet, &
 in ore diutissime teneatur.

DENTIFRICIUM CAPVT CCXLI.

AD dentes nigros ut albescant. Recipe pumicis uisti,
 drach: 10. Salis drach: 5. Cinnamomi Folij Anto-
 phylli ana drach: 2. Mellis quod sufficit. Confice sic, pu-
 micem & sal cum melle sufficienti commisce, & in linteū
 crassum diligēter cōstringe, & in patina cudi calida super
 carbones expone donec incendantur, simulq; cum cætes
 ris speciebus in subtilissimum puluerem redige, & cum
 opus fuerit inde dentes fricentur.

R ij Dentis

NICOLAUS DE COMPOSITIO

DENTIFRICIVM AD DENTES

labentes & nigros. Caput. 242.

Recipe Corticis pumicis sicci drach; 5. foliorum Lentisci siccatorum. Mastiches ana drach; 1, Confice sic, omnia mixta in puluerem redige & inde quotidie dentes fricentur.

DENTIFRICIVM CAPVT CCXLIII.

AD decoloratos dentes & commotos. Recipe Ciceris usti, Marmoris usti, ossis sepia ana drach; 9. Mastiches, salis communis drach; 4. Folij, Costi. Amomi, ana drach; 1. Confice sic, omnia hæc tere, & in puluerem redige, & inde dentes fricentur.

DENTIFRICIVM CAPVT CCXLIIII.

AD dentium dolorem, & confirmandos eos si commoti fuerint. Recipe Salis ammoniaci drach; 40. Costi drach; 14. Melanopiperis drach; 4. Folij drach; 2. Confice sic, in ollam sufficiens salingere et super carbones constitue donec ignescat, & cū refrigeratum fuerit, cum cæteris speciebus tere, & in puluerem redige, & inde dentes & loca uulnerata medicare.

DENTIFRICIVM CAPVT CCXLV.

AD oris ulcerationem, & cancerosas gingiuas. Recipe Cucurbitæ siccae, pumicis usti carnis Dactylo- rum ana drach; 9. Mastiches, Balaustiorum, Melanopiperis ana drach; 1. His tritis & in puluerem redactis cum opus fuerit utere.

ESDRA MAGNA CAPVT CCXLVI.

Quam

NE MEDICAMENTORVM.

Quam Esdras propheta in Babylone exulans com-
 posuit contra omnes corporis molestias, prodest
 Maniacis cum sapa calida sumpta. melancholicis cū apo-
 zemate Gentianæ, Epilepticis cum decoctione castorei
 dolori capitis cum careno & farina hordei admixta fronti
 superponitur ad dolorem aurium & putredinem cū sapa
 liquata instillatur, ad lachrymas oculorum cum uino ca-
 lido detur, & mixta cum armeniaco bolo, croco, & farina
 uentosa equo pondere & succo perditali soluta fronti per
 dies septem insternitur, dolentibus dentibus superposita
 prodest, uuā demersam cum aqua calida gargarizata me-
 dicatur, ad Synanchem cum sapa gargarizata prodest,
 Rhagades labiorum sæpius inuncta sanat, anhelosis & ue-
 tuste tussientibus cum Hydromelite bibita, hemoptois,
 Empycis, phthificis cum Amyli parte accepta, Cardiacis
 cum aceto, dolorem & inflammationem stomachi & he-
 patis cum Apij decoctione detergit, Ictericos cum urtica
 Apozemate, Spleneticos cū mulla curat. Ilios, Nephre-
 tics & calculosis cum citri semine uel milio solis parte ac-
 cepta subuenit. Dysuriam & Stranguriam cum opij de-
 coctione accepta soluit, paralyticis & Ischiadicis cū Ele-
 isphaci uel calaminthæ apozemate bibita proficit, ad dor-
 lorem post partum, & duriparturienti cum Arthemisæ
 succo soluta, & sub umbilico inuncta potenter operatur.
 Podagricis cum uino dulci sumpta cum oleo rosaceo sos-
 luta patienti loco illita medelam infert, ad lepram albam
 cum uino dulci, quotidianarijs & quartanarijs cum cal-
 da ad morsus serpentis aut alicuius reptile proprie cicatri-
 zat & morsibus imposita opem præstat. *Recipe Alypte,*
Myrtæ, Saccari, foliorum ruthæ, seminis apij, Chame-
R iij dryos

Impressus nico-
laus habet Go-
lenen, & est
origanum.

Confit est *sex*
styracis liqui-
di, thus iudeo-
rum uulgo ap-
pellatum.

In excuso li-
bro habetur tā-
tum ponderis
Castorei.

Alij Pultri.
Impressus Ni-
colaus habet
Plotacini.

Alij Agapitis
Alij Muscelij
muscelini.
Alij Margariz-
tarum.

Alij Sambaci.
Alij pro Am-
moniaci habet
mini Antionij.

dryos, Fœni Græci ana drach: 54. Eboris, seminis Pega-
ni, Eleisphaci, Colenæ Balaustrorum ana drach: 45. Cini-
namomi Caryophyllorum, Xilo Aloes, Spicæ, Zedo-
riæ Laccæ Rosarum Capparis, Pulegij Abrotani Mela-
nopiperis, Petroselini ossium dactylorum, ana drach: 36.
Galangæ zingiberis, Croci hortensis, Anacardi, litho de-
monis, (Lithos demonis dicitur esse lapis niger ex India allatus uini ha-
bens conglutinandi lapides & urceos.) Mandragore Acori, Peo-
niæ Thymi Hyslopi, Roris Syriaci, (Roris Siriaci, id est floris
Orni uel potius sumachij.) Basiliconis, Dauçi, seminis fœnicu-
li seminis Altheæ, Oliuarum uini optimi ueteris ana drach:
27. Balsami, Croci Orientalis, Folij galliæ Costi, Calami
Aromatici, Castiæ Fistulæ, Myrobalani, Nardi Celticæ,
Xilobalsami, Tragacanthæ, Corallij albi & Rubei, Con-
site rubæ, Bdellij Galbani, Opopanacis Asphalti, Teres-
binthing, Mastiches, Theriaces Andromachi, Splenis de-
Polytro, uëtris Merguli Reupõnici, Asari, aristolochiæ
longæ, Hermodactylorum, Meu, Iridos, Pyrethri, Peuce-
dani, Gëtianæ, Epythymi, Violarum, arthemisiæ, Cimo-
leæ, Foliorum Citrij, Laureolæ, Mente, Malabatri, Quin-
cy folij, Carpobalsami, anisi, amomi, Cimini, seminis me-
conis, Ozymi Platocimini, seminis ruthæ hortensis, bac-
carum Lauri sanguinis draconis, Lapidis Magnetis, La-
pidis agapis, Ossis de corde cerui, Muscelij, Petrolei ana
drach: 18. Camphoræ ambaris, Gemmarum albarum
non perforatarum. Blaccæ Bisanciæ, Sambuci, Styracis
Calamitæ Sagapeni Sulphuris uiui, Amoniaci, antimor-
nij, acaciæ, Betonice, Caballi marini, Hypocisthidos,
Macis, Lycij Schænanthus, Herbæ Syriacæ, floris Oles
andri.

NE MEDICAMENTORVM.

andri, Phu, Marrubij, Sulphuracæ, absinthij Alexandri, *Aetius addit*
 Euphorbij Cardamomi Cartami seminis anethi, amme i *stercus reper-*
 Gi Libyfici seminis Citri, Leucopiperis, & Macropipe- *tum in uentre*
 ris, Nigellæ Vxifur, idest Gennabari, corticum nera, idest *mergi. Vxifur*
 cerasi syluestris. Mabatematici, aquæ uitis, ana drach: 9. *est cinabrium.*
 Litargyri amyli, Opj Radicis iunci, calaminthæ, Hyofcy *Serapio ex po-*
 amiana drach: 4. & semis, mellis quod sufficit. Deur de *nit Minium.*
 eo drach: 1. uel 2. *Alij Mabathe-*
maticon et est
succus caulium
agrestium.

Annotation.

Esdra in numerâ beneficia require apud Aetium libro. 13. cap. 101. *Polychreston.*
 in Antidotorum tractatione. Apud P. Aeginetam libr: 7. cap. 11. qui Poly-
 chreston appellat, hoc est quod multis affectibus cõgruat, & esse ex nume-
 ro eorum quæ longe plurimum exiccant, licet in confectura non undiq;
 cum Nicolao concordet. Habet. n. uentrem mergi, non habet splenem de
 polytro, nec habet Magnetem & Agapidem, sed Iaspidem tantum. Idem
 addit etiam Hedychroi unguenti sesqui scrupulum. Et pro Oleandro legit
 Nerium florem quod Albanus Torinus ueluti lobum ac siliquam esse tra- *Nerij flo.*
 dit, unde oritur rosa. Aduertendum tamen Actuarij. Esdram penitus dis-
 ferre ab illa communi, & Nicolai Esdra quæ ad consificendi rationem ul-
 tra 128. simplicia medicamenta requirat. Actuarius uero in uniuersum ha-
 bet uix 20. simplices medicinas: Lapis autem. Agapis uulgo lapis Aga-
 risti uocatur, colore similis pelli leonis ad scorpij morsum utilis apud
 Diosco.

Caballus marinus est equus piscis marinus caput equi cætera pisci
 similis.

Esdra

NICOLAUS DE COMPOSITIOE

ESDRA HISPANIENSIS.

Caput. 247.

Mirabilis ac iam pridē experta, ad ueteres passiones, Conducit Melancholicis, Epilepticis cum uino de coctionis Castorei, Cephalalgicis, Hemicranicis cum uino sumpta ad Phlegmonas aurium & dolorem soluta cum rosis & iniecta succurrit, ad rheumatismum uuae & uicia palati cum mulla Gargarizata, dolentibus dentibus & canceratis gingiuis cum sapa illita medetur. Defectus pulmonis & ueteres tusses cum uino emendat, Hemopticos cum hematitidis infusione dolorem & uentositatem stomachi & præcordiorum cum uino decoctionis Pegani et Glechonis bibita aufert. Hepaticis, Splenicis Hydropicis, Hypochondriacis cum Apozemate Apij bibita subuenit similiter. Nephreticis, Colicis cum decoctione Citrini uel, Calaminthæ. Satyriasin & Lithogoniam cum plantaginis uel polygoniæ succo accepta curat. Cœliacis & Dysentericis cum balaustris uel Alapsa, uitæ salutem prestat, nocumento matricis cum periclymeni uel Cyperi decoctione bibita componit. Recipe Arceotidis drach: 33. Opobalsami, Cinnamomi Caryophyllorum Basilici Saxifragæ Hyoscyami, Trochyscorum Diamantu ana drach: 20. Galangæ, Spicæ, Tragacanthi, serici combusti. Opij dracontij, Scyllæ Assæ, Diptami, comarum cypresis, seminis Lactucæ Meconis Marathi seminis, Trochyscorum Diareu ana drach: 8. anthophylli, Zedoariæ, Camiariaromatici, Styracis, Mandragoræ, Hermodactylosum, Serpylli Leucopiperis. Macropiperis & Melanopiperis ana dra: 4. Ligni aloes, Nucis Myrsiticæ, anacardi,

Alapsam simō
nonnunquam
pro galla usur
pari tradit.

Arceutidos
fructus iuniperi
sunt apud
Dioscor. 2. tral
lianum in cap.
de pilorum de
fluuio quāquā
serapio fructū
Cedri uel iuni
peri sic appella
lari dicit.

NE MEDICAMENTORVM.

Afari, Castorei, Caricarum pinguium, brassicæ radicis, se-
 minis Asparagi, seminis Cilli, & seminis Citriana drach:
 4. Moschi, Folij, Zingiberis, Bdellij, Galbani, Opopana Thiu apyru id
 cis, Sagapent, Asphalti, Thuris, Thiu apyru Hypocistihis ē sulphuris ig-
 dos, Dractææ, Radicis Cymbalariae, Betonicae, Arno: nē nō experti.
 glossæ, Roris Syriaci, Anisi, Selinis, seminis cicutæ ana Dimeroya cō-
 drach: 2. Gemmarum albarum perforatarum, Crystalli, busti. Simon ci
 Hiacynthilapidis, Baccæ Basantia Costi, Xilobalsami, tat hūc locum.
 Myrobalani, Glycyrrhizæ, Reupontici, Purpure accen: sed non expli-
 se, Dimeroxi combusti, Mastiches, Corallij, Amyli, Alu: cat.
 minis scissi, Boli Armenici, Sanguinis Draconis, Calcitei De Calciteo
 Cartethumi cōbustæ, Cornu ueruectni, uentris merguli, uide Genuen-
 Hyssopi Ceroti, nitri Alexandrini, Ammoniaci, Terebin sem in Chalci-
 thina, Aphronitri, Resinæ, Sanguinis anatis, fellis tauri: tide.
 ni, Laseris Dactyli, Nuclei dactyli, Vuæ passæ, Amyg: Cartæ combu-
 dalæ amaræ Gesamiae, Sarcocollæ, Calchanti, Cyperi Iri: ste legendū ui-
 dos, radicis sambuci, corticis antipharmacij, Satyrionis, detur pro Car-
 herbæ sanguinariae, radicis Sturcij, Liliij Bulbi cocti in pa Gesamiam uo-
 ne, Thapsiæ Peucedani, Hyperici radicis peoniae, Aspho: cat Stellā ter-
 deli, radicis capparidis, Aristolochiæ rotundæ, radicis par: re, de qua iam
 nacis, Mei, Phu, rosarum, Violarum, Pulegij Scini floris in Gifastere di-
 Foliorum ruthæ agrestis, foliorum celsi, ustorum planta: ximus.
 ginis. Buglossæ, Argemoniæ, Origani, Flomi, Floris cha Fortassis Stru-
 mæmille, Saturegiæ, Abrotoni, Cacreos, cynoglossæ, Sez thij legendum
 ridis Hyssopi, Pegani, Balauistorum, Herbe centinodiæ, Idest Schoenā
 herbe semper uiuæ, Sisybrinij, Polij, Succini, Pentaphyl: thus.
 li, Calaminthæ Marrubij, Stechados, Polytrichi, Sanfuci Dioscorid. Ar-
 Daphnucocci, Strichni, Trifolij acuti, Chamedryos, Gē: gemonē appel-
 tianæ, Saluiæ, Lalaris, Acatia, Cimoleæ, Mellis Solfilli, lat.
 Hydrianae, millefolij, Pimpinellæ, matrissyluæ, Bryoniae, Phlomi, idest
 S Staphis uerbasci fortas-
 sis legendum.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Cenchry dici-
tur semē roris-
marini, Simon
legit cenchryos
Daphnu coc-
con lauri bac-
cam uocat.

Staphidis Agriæ, Eringij Cymarum Ramni Sisymbrij
Bractei, Acori, Thymi Sandaracæ, Malabathri, Aman-
thi, Vaginæ Oleandri, Succu artemisiæ, Scorpionis, Eru-
phorbij, Cardamomi, Amomi, Anisi, Carui, seminis iun-
ci, seminis portulacæ seminis Erucae, Anethi, seminis ca-
ryotæ, Croci, seminis achantis, seminis Aegyptiaci, seminis
Gongilidis idest rapæ, seminis lini, Diadore seminis,
seminis Scordij agrestis, Libyistici, Seselei, psillij ammei,
Fabæ pollinis, Orobi pollinis, ana drach: 2. Ambrae dra:
1. & semis, Camphoræ, croci orientalis, Macis, Schœnan-
thus, Casiæ fistulæ, pyrethri, amomi, petroselini, Dauci,
Alexandri seminis Fæni Græci ana drach: 1. Mellis quod
sufficit, dentur de eo drach: 2.

ELECTVARIVM DA MARA

Maius, Caput. 248.

HOcappositum est cephalalgicis asthmaticis, & tussis
sentibus ad frigiditatem & dolorem & uentositatē
stomachi, Hepatis, laterum & unguē probatissimum adiu-
torium est cum balsamo sumptum partum accelerat. cum
succo cicoreæ, enixas purgat cū calaminthes apozemate,
mēstruis imperat peculiariter, oib. matricis uicij medet,
quotidianarios, tertianarios & quartanarios potenter libe-
berat. Recipe succi calaminthe drach: 27. Chatmel, Reur-
pontici aristolochiæ longæ, Cyperi ana drach: 20. Aloe
rosacæ Hellebori albi, nigellæ ana drach: 22. Spicæ, Cro-
ci, Olibani Mastiches, Meliloti, Carpobalsami, Melano-
piperis ana drach: 10. Caryophyllorum, zingiberis costi,
Casiæ, Opij ana drach: 6, zedoariæ, Doroneæ ana dra: 4.
mellis

Harmel pro
Chatmel legē-
dum uidetur.

Doronici puto
legendum esse

NE MEDICAMENTORVM

Mellis quod sufficit, succus cum melle lento igni ad spissitudinem efferuescat, & inde puluis specierū temperetur, dentur ex eo drach: 5. cum tepida uel cum uino.

ELECTVARIVM DA MARA

Minus. Caput, 249.

Probatissimum ad omnia uitia matricis maxime menses muliebres euocat mirabiliter. Recipe croci, Styra-
cis ana drach: 18. Fœni Græci drach: 12. Spicæ Zedoar-
iæ costi castæ lignæ, Doronæ, castorei, Asphalti, Opo-
panaci, Opij, Hyoscyami seminis, Melanopiperis, Ma-
cropiperis, ana drach: 9. Margaritarum albarum non per-
foratarum drach: 3. Mellis quod sufficit. Detur ut su-
perius.

ELECTVARIVM PLIRISARCOTICON.

Caput. 250.

Contra omnem distemperantiam & ex melancholis
co Epilepticis & caducis, uentriculum anteriorem
purificando, perditum saporem restaurat, melancholicis
morosis & inquietis rationem recuperat, maniacos, & le-
thargicos, animalis spiritus uias aperiendo ad propriam
reducit memorandi facultatem, Tristitiæ hilaritatem cō-
mutando aufert timorem securitatem faciendo expellit,
in stomacho sine anathymia, appetitum irritat, digestio-
nem procurat, & omnes debilitates corporis ad pristinam
uirtutem reformat. Recipe cinnamomi, caryophyllorum
ligni aloes, Galangæ, Spicæ, Nucis muscatæ, Zingibe-
ris, Spodij, Schœnanthus, cyperi Rosarum Violarum
S ij ana

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ana drach: 10. Glycyrrhizæ, Folij, Cardamomi, Macropiperis, Myrtilli, Stryacis, Mastiches, Sansuci, Balsamig Basilici, Citri corticis ana drach: 6. Gemmarum Beni albi & rubei Coralli Syrici cõbusti ana drach: 3. Camphoræ scrup: 2. Syrupi rosacei. Detur mane & sero febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

ELECTVARIVM CAPVT CCLI.

Optimum contra spumantes Melancholicos, ad memoriam quam reuocat statim, ubi ad nares applicatum fuerit. Prodest Melancholicis timidis & debilibus cardiacis, tristes letificat, debiles confortat, concoctionem iuuat, & ex longa ægitudine consumptis uigorem naturalẽ restaurat. Recipe Myrobalani, Chebuli corticis, borraginis rosarum ana dra: 10. Ligni aloes, Spodij, corallij rubei, Teecrabæ berberis Tere Armeniæ ana drach: 5. Schœnanthus reubarbari, Serici combusti, Mastiches, seminis basilici, Caryphyllorum & citrati Margaritarũ ana drach: 1. Moschi Camphoræ, Cinnamomi, Folij, Macis, Nucis muscatæ, Galie zedoariæ, Caculi maioris & minoris, Asari, Betonice lapidis lazuli, Amomi ana drach: 1. Moschi drach: semis. mellis quod sufficit, dentur de coctibus cum uino amineo.

Carabæ legendum.

ELECTVARIVM CAPVT CCLII.

Quod opitulat melancholicis timidis, Cardiacis, Hemoptoicis & male digerentibus. fluxũ uentris confortat, uentositatẽ interaneorũ educit, & debilibus confortationem præstat. Recipe Macis, Ligni Aloes, Cinnamomi

NE MEDICAMENTORVM.

momī, Caryophyllorum, Nardi, Spodij, Sandalī albi, Glycyrrhizæ, Teecrabæ Rosarum ana drach: 6. Nucis moschatae, Zingiberis Costi Afari Sumach. Mastiches, Anisi ana drach: 3. Galangæ, Galliæ moschatae, Cyperi Cassiæ lignæ, Cubebæ, Cardamomi Libyfici Myrtilli, Feniculi ana drach: 1. Moschi, Camphoræ ana scrup: 2. Mellis Rosei quod sufficit. dentur de eo dra: 3. cū frigida.

Tarathit Arabes appellant fungū qui nascitur in radice rose canine.

Quod si Nicolaus Teecrabæ in alio significato usurpat, in quo fitur non illud ignorare.

ELECTVARIVM AROMATICVM.

Caput. 253.

Optimum contra omnem debilitatem Stomachi, cardiacos releuat, & ex longa ægritudine debilitatos ad proprium uigorem reducit atq; pristinum colorem ipsi inducit. Recipe Saccari Candi Rhodostomatis ana drach: 6. Strobiliorum purgatorum, carniū dactylorū ana dra: 4. Caryophyllorum, Cinnamomi Galangæ ana drach: 2. Ligni Aloes, Nardi, zedoariæ ana drach: 1. & seminis nucis myristicæ, Macis, zingiberis ana drach: 1. Cardamomi Anisi seminis Basilici ana drach: semis, Camphoræ drach: 1. Moschi drach: 2. Mellis rosei quod sufficit. Consume sic. Strobilia & carnes dactylorum nocte & die in Rhodostomate infusa, & inde sublata in marmorea pisilla sufficiēter tere. Deinde saccarum & candum in reliquo Rhodostomate madefacta, trituræ adiunge diligenterq; subactis puluerifata camphoram immitte, deinde cæterarum specierum subtilissimum puluerem, & cum sufficiēti Rhodomelite ad perfectionem consume. Ad ultimum Moschum in particula Rhodostomatis solutum adhibe, & bene commixtum uase optimo cōde, dabisq; ex eo mane uel uesperis drach: 3.

Nicolai codex scriptus etiam in hoc capite uncias p drachmīs scriptas habere uidebatur.

S iij Electuar

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ELECTVARIVM CAPVT. CCLIIII.

AVxiliatur arteriacis, Dyspnoicis & Tussientibus, uitia pectoris & pulmonis emendat. Recipe Calamint hæ, Pegani uiridis foliorum ana drach: 60. Cimini drach: 36. Hyssopi, Betonice Thymi ana drach: 27. Cinnamomi, Caryophyllorum Zingiberis, Pyrethri, Melanopiperis & leucopiperis, Amaracti, Macropiperis, Eleliphæci, Cacrei marrubij ana drach: 9. Mellis quod sufficit. Confice sic, calamintham & Peganum, trita cum melle leuto igni ad spissitudinem decoque, & diligenter cola. & inde puluis specierum temperetur. Dentur de eo drach: 3. post prandium & cœnam cum uino tepido.

*Cacreum uide
in Esdra Hispa
u.*

ELECTVARIVM CAPVT. CCLV.

Aptum Asthmaticis tussientibus & Peripleumoniacis dolorem & uentositatem stomachi & Hepatis emendat & menstruis imperat. Recipe Iridos, Elenij, Pegani Viridis Hyssopi, Glechonis, Thymbre zingiberis, Melanopiperis ana drach: 18. Cimini, anisi, carui, Apij, Sileris ana drach: 9. Cinnamomi, caryophyllorum, pyrethri ana drach: 6. Mellis quod sufficit, confice sic. Peganum ut sit idoneum pro electuario teratur, & ceterarum specierum puluere addito cum melle coquatur: Dentur de eo drach: 3. cum uino tepido.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLVI.

EXimie aptum contra tristitiam & Melancholicos timores. Recipe emblycorum drach: 10, Rosarum drach: 6.

NE. MEDICAMENTORVM.

6. Caryophyllorum, Nardi, ciperi, asari, mastiches, ana drach: 3. Cinnamomi zedoariæ ana drach: 2. Nucis myristicæ, macis, cardamomi, camphoræ, moschi, ana drach: 1. Syrupi rosacei uel rhodomelitos quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum frigida.

ELECTVARIVM CAPVT CCLVII.

IDoneum arteriacis & raucis ex calida distemperantia: & sicce tussientibus. Recipe amyli recentis, amygdalarum purgatarum ana drach: 18. Tragacanthi albi, Glycyrrhizæ & succi eius ana drach: 9. Fabæ pollinis, papaue ris albi, seminis portulacæ, seminis Bombacis Peponis cucurbitæ, Anguriorum cucumeris ana drach: 4. & semis, seminis lini drach: 3. Camphoræ scrup: 1. Syrupi Gileui quod sufficit. Detur ex eo sub lingua tenendum in modū Aegyptiacæ fabæ.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLVIII.

Optimum contra tussim siccam & exasperatas arterias, & contra raucedinem ex calido. Recipe Penidiarum, succi Glycyrrhizæ ana drach: 16. Amygdalarum purgatarum, nucleorum pini, passularum enucleatarum, Tragacanthæ ana drach: 8. Rhodomelitos quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum frigida.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLIX.

Expertum Dyspnoicis Asthmaticis & suspiriosis, purgat etiã, pfecte spirituales poros. Recipe seminis, lini

NICOLAUS DE COMPOSITIO

lini drach: 5. Butyri dra: 4. & semis, Succi Glycyrrhizæ
Amygdalarum purgatarum, ligni Glycyrrhizæ, ana dra:
4. Croci, Nardi, Tragacanthæ, Anisi, Cimini, foenigreci,
ana drach: 3. Reubarbari scrup: 2. Alij addunt zingiberis
drach: 5. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ
cum tepida.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLX.

A Deruptionem uenæ, & sanguinis fluxum. Recipe
Spodij, succi Glycyrrhizæ, seminis portulacæ, pepo-
nis angurij Cucumeris, cucurbitæ ana solidos quaternos,
Tragacanthi, Gummi arabici, amyli, rosarum, Comidio-
nis, seminis Lactucæ & Muluchizæ, ana solidos binos, My-
xiarum malorum citoniorum seminum, seminis herbe ma-
lexitolæ ana solidum unū & semis. Boli, Acatizæ, seminis
Draconis Hemathitidis, Kecube, coralli, cornu ceruini,
Crociorientalis ana solidum unū, Careni uel Sapæ quod
sufficit, dabisq; ex eo drach: 3. cum aqua pluuiali.

*Diuino Mala-
chie idest mal-
uæ esse legen-
dum.*

*Myxarum pro
mixiarum pu-
to legēdū quo
nomine Græci
appellant Sebe-
sten fructum.*

ELECTVARIVM CAPVT CCLXI.

C Contra sanguinis fluxum expertum siue superius si-
ue inferius fluentis. Recipe Caryophyllorum, Ma-
cis, Coralli, comidionis ana drach: 10. Cinnamomi, croci,
Boli, seminis Hyoscyami ana drach: 8. Spodij, amyli, aca-
tizæ, Syriaci ana drach: 6. Tragacanthæ, sanguinis Draco-
nis, Opij, seminis nasturcij ana drach: 4. camphoræ dra: 1.
Diacodion quod sufficit Detur mane uel uesperis in mo-
dum nucis ponticæ cum frigida.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXII.

Ad

IN MEDICAMENTORVM

ELECTVARIVM CAPVT CCLXII.

AD conseruationem totius corporis, colorem bonū faciens, odorem corpori & sudorem optimum præstans, anxietatem cordis & timorem cōpescit, & qui hoc assidue utitur, ut plurimum eius mens dilatatur ut hilaris perseueret. Recipe pinearum purgatarū drach: 100. Cinnamonomi, Caryophyllorum, Galangæ, Nardi, zingiberis, Rosarum ana drach: 6. Macis, Ligni Aloes, Ciperi Babilonici, Asari, Mastiches, Melanopiperis ana drach: 3. Nucis moschatae, Zedoariae, Cardamomi, Anisi, seminis Basilici, Fœniculi, ana drach: 2. Moschi drach: 1. Mellis quod sufficit. Dentur ex eo drac: 3. quotienscumq; opus fuerit cum uino amineo.

ELECTVARIVM CAPVT CCLXIII.

Optimum cardiacis, facit ad totius corporis debilitatem & uomitum stringit. Recipe Rhodostomatis drach: 30. succi malorum citoniorum & mente ana drach: 15. Macis, Caryophyllorum, Antofali, Cinnamonomi, Nardi, Spodij, Sandali, Citrini, Mastiches, rosarum ana drach: 4. Ligni aloes, Nucis myristicæ, Galie moschatae, Zedoariae, Zingiberis, Anisi, Fœniculi ana drach: 2. Croci, Cardamomi aromatici, Xilobalsami, Asari, ciperi, cubebarū, cardamomi, carui, cimini, Thebaici, Myrtilli ana drach: 1. & semis, mellis rosei quod sufficit. Confice sic. Succo cum rhodostomate & melle lento igni ad spissitudinē decoque & inde specierum puluerem confice. Dabis ex eo drac: 2. cum rhodostomate uel aqua pluuiali.

*Alias Antho-
phylli.*

ELECTVARIVM CAPVT CCLXIII.

T Contra

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

Contra omnem caliditatem corporis, maxime cōtra Phthysicorum, Hecticorum, & Synteticorum caliditatem, sitim sedat, & debilitatem ex longa ægritudine reparat. Recipe rosarum, Cinnamomi, Glycyrrhizæ, Sacchari, seminis cucumeris ana drach: 30. Florum uiolarum, Cariophyllorum Spodij candi, seminis melonis ana dra: 20. Croci, Nardi, Sandali rubei, Tragacanthæ, seminis citruli ana drach: 10. Reubarbari, ligni aloes, macis, Sandali albi, seminis cucurbitæ ana drach: 5. Camphoræ dra: 2. Syrupi quod sufficit. Dentur de eo dra: 3. cum frigida.

ELECTVARIVM CAPVT CCLXV.

VTilissimū ad dolorem Stomachi, Hepatis, Splenis & totius corporis, sitim amputat, & siccitati Phthysicorum medetur. Recipe Rosarum, Spodij, Sandali albi & rubei, Saccari ana drach: 10. Reubarbari, Margaritarū, succi Glycyrrhizæ, Tragacanthi albi, Candi ana drach: 7. seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitæ, & papaueris ana dra: 5. mellis rosei quod sufficit. Dentur de eo dra: 3. mane & meridie cum frigida.

ELECTVARIVM CAPVT CCLXVI.

Quod facit ad distemperantiam stomachi & Hepatis, & ad Biliosos, & obortum calorem infrigidando temperat, uentositatē eructuando educit, morsus & tē siones uiscerum lenit. Recipe Syrupi rosarum drach: 40. De acido pomi citri dra: 200. Sacchari, succi Psilij ana dra: 10. Confice sic. Acidum citri tere & cola, & de succo dra: 200. & Psilij succo & Syrupo manibus fricando commisce, & sic in stagnato uale, lenes ad prunas ad spissitudinē decoque

NE MEDICAMENTORVM.

decoque, & cum spissari ceperit, puluerem terendorum adde, & indeficienti spatula commisce. Ad ultimum puluerem immitte, & cum permixtum fuerit, uase optimo conde & usui reserua, dabisq; ex eo mane & meridie drac: 3. cum frigida.

ELECTVARIVM CAPVT CCLXVII.

Conducit contra omnia, quæ secundum frigidū stomachum nocent, nauream compescit, uomitum cohibet, dolorē & uentositatē omnium præcordiorū excludit, renes & Vesicam a frigore temperat, uteri defectiones componit. Recipe Cinnamomi, Cariophyllorum, Galangæ, Nardi, Zingiberis, Ciperi, Leucopiperis, Macropiperis, & Melanopiperis, Anisi, ana drach: 8. ligni aloes, macis, nucis moschatæ, calami aromatici, asari, mastiches, cardamomi ana dra: 4. Galiæ, xilobalsami, costi dulcis, xilocaßiæ, carpobalsami, carui, foeniculi, mirtilli ana dra: 2. mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ELECTVARIVM. CAPVT CCLXVIII.

Contra omnes distemperantias stomachi, Hepatis, Renum & Vesicæ Enphraxin solum interaneorum omnium uentositatem mire excludit, & mensuris imperat. Recipe cariophyllorum Cinnamomi, Galangæ, Croci, Spicæ, zingiberis Glycyrrhizæ, Anisi, Foeniculi ana drach: 8. Mastiches, rosarum ana drach: 6. Ligni aloes xilobalsami ana drach: 4. Macis, Folij, nucis moschatæ, zedoariæ, calami aromatici, costi, Schoenanthus, Pyrethri, Cubebæ, Calaminthæ, Thybræ, Amomi, Cardamomi, Ammeos, Cimini, Apij ana dra: 2. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

T ij Ele

NICOLAUS DE COMPOSITIO
ELECTVARIVM. CAPVT. CCLXIX.

AD uentositatem stomachi & totius corporis. Recipe Glycyrrhizæ, Mastiches, Anisi, Carui, marathri ana drach: 8. mellis quod sufficit. Dentur de eo drach: 3. cum uino tepido.

ELECTVARIVM CAPVT CCLXX.

Valde expertum ad dolorem stomachi ex uentositate calida factum, & ad tormina intestinorum. Recipe Sacchari drach: 20. Myrobalani, chebuli, ana drach: 8. Ammeos, Carui, Anisi, Fœniculi ana dra: 6. Caryophyllorum, ligni aloes, Galliæ moschatae, mastiches, cyperi, alari ana drach: 4. Syrupi rosacei quod sufficit. Detur mane & uespero cum calida uel uino.

ELECTVARIVM. CAPVT. CCLXXI.

Expertum ad dolorem stomachi & anatropan sistendam, appetitum irritat, digestionē procurat, & nauisam aufert. Recipe sacchari, rhodostomatis, succi citoniorū, succi menthæ, ana drach: 10. Caryophyllorum, macis, Nardi, cinnamomi, mastiches, rosarum ana drach: 4. Ligni aloes, Sandali citrini, Spodij ana drach: 3. Zingiberis Anisi, seminis fœniculi, ana drach: 2. Cyperi, carui, myrtilli ana drach: 1. & semis, Moschi, camphoræ, Nucis myristicæ, Calami aromatici, Galliæ moschatae, Croci orientalis, cubearum, casia lignæ, Asari, cardamomi ana drach: 1. Mellis Rosei quod sufficit. Confice sic. Saccharum in succo & rhodostomate solue diligenter, & cū rhodomelite lento igni ad spissitudinem decoque, & inde Electuarium tempera, ad ultimum Camphoram in rhodostomate

NE MEDICAMENTORVM.

dostomate solutam et moschum confectioni adde dabisq;
ex eo post prandium drach: 3. cum uino stiptico.

ELECTVARIVM CAPVT CCLXXII.

Expertum ad oxyrheuma, & ad Frigiditatem Stoma-
chi dolorem excitatem, bonos ructus facit, & oris o-
dorem. Recipe Cinnamomi, caryophyllorum, zedoariæ,
zingiberis, Glycyrrhizæ, Ossis Eboris ana drach: 4. Gal-
langæ, nardi, rosarum libyfici ana drach: 2. Mellis quod
sufficit. Detur in modum auellanæ cum tepida.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXIII.

AD dolorem & uentositatem Renum, & uesicæ, dy-
suriam, & Stranguriam & Lapides de uesica exclu-
dit. Recipe Nardi, meu, saxifragæ ana drach: 27. Cinna-
momi, Carpobalsami, Dauci, ana drach: 8. xilobalsami a-
sari, Cyperi, anisi, nenchæ, apij, ana drach: 18. & scrup: 1.
croci, schænanthus, reupontici, chamæpitios ana drach: 9
Mellis quod sufficit. Detur mane & uesperî cum aqua de
coctionis Basilici, aut saxifragæ.

*Nenuchã Ara
bes pro semine
Ammi ponit.*

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXIIII.

AD modum expertum calculosis. Dolorem lumbos-
rum tollit stranguriam aperit, & mēstruis Imperat.
Recipe reubarbari, Galangæ, nardi, zingiberis, schænan-
thus, carpobalsami, cardamomi, ana drach: croci, costi, gly-
cyrrhizæ, aristolochiæ longæ, cyperi, cassiæ ligneæ, Bdels-
lij, celticæ Gentianæ, carui, seseleos, anisi, apij, ammeos ana
drach: 5. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ

T iij na

NICOLAUS DE COMPOSITIO
næ cum uino decoctionis Calaminthæ.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXV.

AD frangendos & expellendos Lapides de renibus
& Vesica. Recipe Reubarbari, Cinnamomi, Spicæ,
schænanthus, Casiæ lignæ, xilobalsami, Galangæ, Zin-
giberis, Costi, Glycyrrhizæ, Cyperi, Croci, Celticæ, Ario-
stolochiæ rotundæ, Acori Gentianæ, Saxifragæ, Carpo-
balsami, Cardamomi, Anisi, carui, ammeos, seseleos, apij,
Bdelli ana drach: 8. Mellis quod sufficit. Dosis eius dra-
3. cum decoctione graminis.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXVI.

AD frigiditatem renum & debilitatem ueneri actus
expertum. Recipe radicum bauciæ, satyrionum uis-
ridium testiculorum, nucleorum pini ana drach: 100. Gal-
langæ, caudarum uiridiū scingi, ana drach: 50. Caryophyl-
lorum zedoariæ, seminis Bruçæ ana drach: 25, Elenij, ma-
rathri, Asparagi seminis, ana drach: 12. Ligni Aloes Cinn-
namomi, Sinoni, ana drach: 6. Balsami, moschi ana drach:
3. Mellis quod sufficit. Confice sic. Nucleos Bauciarum
radices & Satyriones, stincorū caudas, tamdiu tere donec
ad modum electu. uij redigas, cætera subtilissime pulueris
sa, & sic omnia, cum despumato melle tempera. Ad ultis-
imum uero moschum in Rhodostomate solutum adde, &
sic Balsamum superfun de. Dabis ex eo drach: 3. dormis-
tum eunti.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXVII.

Expertum

NE MEDICAMENTORVM.

EXpertum ad digestionem & uentositatem stomachi quod, Renes & uesicam optime purgat. Recipe Seminis apij, anehi, & troximæ ana drach: 5. Galangæ, zingiberis pyrethri, Melanopiperis, macropiperis, ana dra: 4. Cinnamomi, caryophyllorum, spicæ, folij, schænanthus, Costi, Asari, cyperi, cubebæ, cardamomi, Mastiches ana dra: 3. Carui, anisi, cimini albi, seminis Marathri ana dra: 1. Mellis quod sufficit. Dentur ex eo drach: 2. post prandium uel cænam.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXVIII.

Optimum ad purgandū omnes partes capitū & stomachi, & splenis & renū: dolores quoq; in eis factos mire sanat, & uentositatem expellit. Quotidianū & quartanum typum, ante horam accessionis curat, additis Euphorbij scrup: 2. Recipe Diagridij, zingiberis ana drach: 3. Cinnamomi, Pyrethri, Anisi, Fœnigræci, seminis mēte ana drach: 2. Nardi, Thymi, Origani, Calaminthæ, foliorum lauri amomi, macropiperis, amei, dauci, Petroselinū, ana unciam: 1. Cariophyllorum, Apij, seminis Nasturcij, ana unctam: semis. Mellis quod sufficit. Datur in modum nucis myristicæ cum tepida.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXIX.

Magnopere aptum Stomaticis, maxime, Anatroptā patientibus Pleureticis & Illiosis mirabiliter subuenit. Recipe Saccari, & candi ana drach: 4. Cinnamomi, Caryophyllorum, Nardi, Cimini ana drach: 1. & semis, galangæ, zingiberis costi, Glycyrrhizæ, Pyrethri, corallij, Melanopiperis,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Melanopiperis, anisi, Petroselini, aneti, seminis marathri, ana drach: 1. Moschi drachi: 1 & semis, mellis rosei quod sufficit, confice sic, saccharum & candum in Phialam aquæ rosæ solue, & simul cum rosis, mel ad spissitudinem decoque, & inde electuarium tempera. Dosis eius drach: 3. mane uel uesperis cum tepida.

ELECTVARIVM CAPVT. CCLXXX.

Quod principalibus conuenit membris, purgat Caput, Stomachum, Hepar, renes, Vritides, & semina les poros competenter. Recipe diagridij, Turbith, Sacchari, Opu Titymali ana drach: 20. Cinnamomi, nardi, Galanga, Zedoariæ Schænanthus, xilobalsami cardamomi, ana dra: 8. zingiberis, Costi, cyperi, asari, xilocasia, phu, meu, melanopiperis, anisi ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Confice sic. Opon Titymali cum melle sufficenti, lento igni ad densitatem decoque, & primum diagridij, Turbith, Saccari puluerem inde confice, deinde cæterarum specierum lomentum addens commisce, cumq; competenter commixtum fuerit, uase optimo conditum usui reserua. Dabis ex eo drach: 2. uel 3. pro uiribus agrotantis mane cum tepida, uesperis cum uino.

ELECTVARIVM DIAMILAC
magnum Caput. 281.

Aptum optimatibus & proceribus, & delicatis uiris. Quod optime conducit splenetis, Nephreticis, Ischiadicis, Podagricis, et omnibus pene ossium doloribus, Ventrem reddit sine omni angustia. Recipe Diagridij drach:

NE MEDICAMENTORVM.

drach: 28. Cinnamomi, zingiberis ana drach: 18. Nardi, *Adcandesta*
 costi, adcandeste idest Pyrethri, Euphorbij, Bdellij, Croci, *quid.*
 Macropiperis, ana drach: 9. Mastiches, casia, xilobalsami
 ana drach: 4. & semis, Corticis myrobalanorum Bellyris
 corum, chymu chelidoniae, idest succi chelidonię, ana drach:
 2. Agarici, Epithymi, carpobalsami, ana drach: 3. Mellis
 quod sufficit. Dosis eius drach: 2. uel 3. mane uel uesper
 cum mulla.

ELECTVARIVM AD VOMITVM.

Caput. 282.

Quod purgat Melancholicos, Maniacos, Splenetis
 cos, & Hypochondriacos, & omnia mala quę ex
 cholera nigra fiunt detergit. Recipe Tapsia drach: 100.
 Elaterij castinole corticum cataputiarum purgatarum, *Rapum satiuū*
 Hellebori albi ana drach: 27. xilocinnami, croci hortens *Græci uocant.*
 sis Ellebori nigri, condisi, Gongylidon seminis & chrysol *Gongylen, &*
 lachani ana drach: 18. Mellis quod sufficit. Si autem fortit *Gongylida.*
 ter uolueris purgare dabis drach: 4. Si uero debiliter 2. *Chrysolacha =*
 uel 3. mane cum calida. *non idest aure*
um holus, quo
nomine dicitur
atriplex, apud
Diosco. lib. 2.
ca. 110.

ELECTVARIVM AD VOMITVM.

Caput. 283.

Quod sine angustia purgat omnes humores. Reci
 pe cataputiarum purgatarum, Saccari ana drach:
 12 Euebori uiridis cū radicibus asari uiridis, Sicidos, succi
 anguriorum uiridium ana drach: 6. xilocinnami, condisi,
 Croci Aphricani ana drach: 4. Radicis gongylidon, se
 minis Chrysolochani ana drach: 2. Mellis uiolacei quod
 sufficit. Confice sic, Elleborum & asarum contrita, & in
 V Phya

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Phyalis aquæ 3. pridie infusa lento igni ad medietatem decoque, & diligenter cola, abiectisq; recrementis succum anguriorum decoctioni adiunge, & cum melle lento igni ad spissitudinem decoque, deinde cataputias cum saccharo ad modum electuarij tritas terendorum addito puluere cum supra scripto melle confice. dabilisq; ex eo drach: 3. mane ieiunis cum tepida.

Adnotandum hic rursus Nicolaum manu scriptum pro drachmis unciis reposuisse, ob exesos tamen uetustate characteres non potuisse id unciis diuulgare: certo deprehendi.

ELECTVARIVM AD RELEVANDVM STOMACHVM, & uomitum sistendum. Caput. 284.

Dubitanus
num et in hoc
capite p drac:
reponenda un
cia, id quod ser
me codex an
tiquus prae se
ferre uideba
tur.

R Ecipe Mellis rosei drach: 48. Succu Cydoniorum drach: 24. Saccari, Rhodostomatis ana drach: 11. Succu mentæ & succu uiridium corticum granatorum ana drach: 6. Macis, Caryophyllorum, Myrtillorum uel succu eorum ana dra: 3. Galangæ, zedoariæ rotundæ, Spodij ana dra: 2. Cinnamomi, Ligni aloes, Sandali albi & rubei, rosarum ana dra: 1. Moschi Camphoræ ana scrup: 2. Confice sic. Cortices cydoniorum contritos in rhodostomate, & succu mentæ in mellis rosei libris duabus ad medietatem decoque, & diligenter cola, deinde succum Cydoniorum & alias duas libras mellis decoctioni adde, & lento igni ad spissitudinem decoque, & inde terendorum puluerem commisce, ad ultimum saccharum optime tritum adde, & sine intermissione commisce, cumq; bene commixta fuerit, Camphoram & Moschum in sufficienti Rhodostomate soluta superfunde, & optimo uase conde, cumq; opus fuerit dabis ex eo dra: 2. uel 3. cum succo Mentæ uel rubi Cimariæ.
Emplas

NE MEDICAMENTORVM!
EMPLASTRVM APOSTOLICVM.

Caput. 285.

Quod Alutę inductum & superpositum optime auxiliatur ad nimium cervicis dolorem & Scrophas, quas læpius usurpatum maturat, rumpit & cicatrizat, ut indicium cicatricis non appareat, Aliquando etiam Diaphoresim faciendo tales collectiones sine eruptione sanat. Apostemata in pectore seu in pulmone in stomacho, aut in hepate in diaphragmate uel sub costis nata, assidue inductum maturat & rumpit, tumores & durities splenis soluit. Rheumatismos cum tumore & dolore factos desiccant. Ad omnia uulnera recentia siue antiqua, & ad nervos præcisos uel musculos, ad puncturas uel morsum terrestrium animalium uel maritimorū peculiariter congruit, educit ab eis humores & putredines intime immerfas, & concavitates earum pura carne replet, & repletis absq; de trimento cicatricem inducit. Sagittas calamos & similia altius membris infixa sine dolore extrahit, Cancrenas & fistulas exiccando curat. Recipe Litargyri drach: 18. Cerae rubrae, Colophoniae ana drach: 6. Propoleos, Visci quercini ana drach: 3. Ammontiaci, Lapidis Calaminaris 1. Thuris ana drach: 2. Mastiches, Mummiae ana drach: 1. & semis Terebinthinae, Galbant, Bdellij Myrrhae, Calucecaumeni, Sarcocollae, Lepidos Calcis, Opopanacis, Diptami, Aristolochiae, Prassij uiridis ana drach: 1. Confice sic. Litargyrum in subtilissimum puluerem redige, & cum oleo in sartagine noua sæptus exagitando donec conspissari incipit decoque, si autem scire uolueris, utrum coctum sit, guttam unam super marmor instilla, quæ si ut mel congelatur coctum est.

Et hic p drach
mis quidã ha
bent uncias.

Lepidos calcu
legendũ uide
tur, hoc ẽ squã
mæ aris.

V ij Deinde

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

Deinde ceram, Galbanum, Terebinthinam, Propolida,
& Colophoniam seorsim adde, & modico interuallo facto,
Calucecaumenum & lapidam calaminarem immitte,
& saepius exagitando commisce, cumq; competenter
bullierit, Opopanacem, Amoniacum, Bdellium Viscum
myrrham, Libanum, mastichem, sarcocollam lepida cal-
cu cum modico aceto in mortario trita, & in lactis simili-
tudinem ducta decoctioni commisce, & certatim spatula
subige, ad ultimum uero Diptami & aristolochiae pulve-
rem super insperge, & cum ad perfectam decoctionem bulli-
erit, in frigidam aquam infunde, & manibus balsamo
perunctis contra ignem malaxa, & factis magdalionibus
conde.

EMPLASTRUM CEROMA.

Caput. 286.

Optimum ad scapularum dolorem & pectoris, con-
fert ad hepatis et splenis phlegmonas. Anasarctica,
Asciten, & Timpanitidem, Hydropicos curat, dolorem
Ilij & tormina intestinorum placat, renum & Vesicae dis-
temperantias, lumborum & pectinis saepius superimpo-
situm emendat, Inflationibus & doloribus matricis sub-
uenit, arteriacis, Ischiadicis & podagricis medetur, typice
febrientibus, stomacho inductum subuenit, & moribus
rabiosi canis, & serpentis ictibus adpositum auxiliatur.
Recipe picis, cerae, ana drach: 7. Sagapeni drach: 6. Amoniaci,
Terebinthinae, colophoniae, croci ana drach: 4.
Aloes, Thuris, myrrhae ana drach: 3. Styracis calamitae,
mastiches, aluminis, Foeni graeci ana drach: 2. Confice.
Bdellij, ana drach: 1, Lithargyri drach: semis, Confice sic.
lithar

NE MEDICAMENTORVM.

Lithargyrum in subtilissimum puluerem redactum cum oleo sufficienter decoque, deinde picem adde, qua liquefacta ceram adde, post cuius liquationem gummi colata nēpe Ammoniacum, Terebinthinam, Sagapenum, Opopanaxem, Galbanum, Constatam & Styracem calamitam iniice, & spatula bene cōmisce, deinde Colophonix, mastiches, Olibani & Bdelli puluerem, sic Aluminis, Myrrhæ, Foenigræci puluerem immitte, & spatula optime cōmisce, caue autem ut supra dictas species nō continuatim sed quodam interuallo competenti immittantur. Cum autem coctum fuerit in aquam infunde, & inde magdalionibus factis usui reserua.

Ceroma quod etiam patos appellatur est oleum quo luctaturi se profundunt licet Patos proprie sit coenum atq; lutum Ceromati permixtum, cui si sudor accesserit conisalos appellatur ut Gal. ait Hinc factum ut presens Emplastrum putem ceroma appellatum.

EMPLASTRVM OXYCROC-
ceum Caput. 287.

Quod optime competit ad omnes fracturas ossium, & quassationum tumorem, & Scrophas, & Glan-
dulas. Diaphoresin faciendo dispergit, Doloribus, tumoribus & duricie stomachi, Hepatis splenis & Renum subuenit, plagas serpentis uel alterius animalis moribus super impositum desiccando purgat, replet & Cicatrizat omnium membrorum furiosos dolores mitigat, & Apoplemata intra uel extra oborta, inductū maturat rumpit, & erupta purgat & cicatrizat. Recipe Cerae, Picis, Colophonix, Croci ana unc: 12. Terebinthinæ, Galbani Am-
V iij mont.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

moniaci, Myrrha, Libani, Mastiches ana unc: 4. Aceti Phisam 1. Confitice sic, picem cum aceti parte in olla noua ad consumptionem aceti decoque, & sic Ammoniacum & Libanum cum reliqua parte aceti in mortario tergitando commisce, cauens ne acetum ex olla profiliat, cum autem ad aceti consumptionē decoctum fuerit Galbanum Myrrham, Mastichem adhibe cumq; effueruefactū fuerit Crocum puluerizatum admisce, & resoluta omnia in mortarium funde & factis magdalonibus usui reserua.

EMPLASTRUM VSIA.

Caput. 288.

*Vsias alias
quere inferius
Capitulo. 986
& sequentibus.*

Aptum ad dolorem capitis patientibus locis appositum oculorum Reumatismo uel narium fluxui frōditum emendat, de collo scrophas, & de faucibus Synanchas discutit, collectiones & suppuraciones mamillarum mulierum uel aliorum locorum sanat, uentositatem & dolorem stomachi, Hepatis, splenis, & Præcordiorum omnium aufert, Hydropicis, Torminosis, Coeliacis, & in lecto se permingentibus subuenit, uniuersorum articulorū dolorem paragorizat, putridas plagas & humectas fistulas desiccet, Cancrenas & herpætas serpere non patitur, & omnia diuisa desiccando consolidat. Recipe Picis nigrae unc: 32. Galbani, Calcitidis unc: 7. Colophonix, cera, Olet ana unc: 6. Opopanacis, confitæ rubeæ, Libani, uisci querciniana unc: 4. Styracis Calamitæ, Lithargyri, Calchanti, Aluminis, Floris eris, corticis capparidis, Protolidis,

NE MEDICAMENTORVM.

olidis, ana unc: 2. Antimonij, Cerusæ ana unc: 1. Consi-
ce sic. Lithargyrum in puluerem redactum cum oleo le-
nes ad prunas bulli, deinde ceram & picem adde, quibus
liquefactis, metallica omnia spatula bene commisce, post
Viscum Propolin, Galbanum Terebinthinam, cõsitam,
Styracem calamitam adhibe, sic colophoniam, Antimo-
nium, & Asphaltum, deinde Opopanacem, aluminis &
capparis puluerem insperge & in aquam effunde, mani-
busq; oleo Laurino perunctis, contra ignem malaxando
magdaliones in forma & usui reserua.

EMPLASTRVM DIDASCALIA.

Caput. 289.

HOc usus est Imperator Adrianus. Cephalicum, & Hadriani Cæs
Hemicraneum dolorem fronti appositum aufert, la-
saris empla-
chrymas & Rheuma oculorum sistit, dolorem aurium cū
strum.
rosaceo solutum & instillatum placat, fracturam narium
& aliarum cartilaginum glutinat. Polypos & cacœtica
Simon Genuens
uulnera in eis facta cum aceto liquatum emendat, uitia or-
sis mentionem
ris cum melle Synanchæ, collo, & gulæ emprosthotoni-
facit huius em-
cis & suspiriosis pectori inductum medetur, Phlegmonis
plastri in dicti
& mammillarum duritijs mire facit, Stomachi scitrosim
one Apoguis-
reprimat. Hepaticis, & splenicis adhibitū cū spongiola, matis.
uino & oleo uel pulca infusa et superligata auxiliatur, pro
minentem umbilicū subtiliat, coelacā et dysenteria strins
git, Nephreticis, colicis & Tinasimon patientibus cū oleo
cyprino

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Cyprino aut Rutaceo lumbis adhibetur; Gonorrhœam patientibus. Satiyriacisq; subuenit cum oleo nardino, lumbis & pectini adpositum, ad rhagades sedis & ad uentris affectus cum rosaceo molliter aptatur, Glandulas inguinum uel alterius membri diaphoretica uirtute usurpatum euocat, Artericorum & Podagricorum, furiosos dolores paragorizat, ramosos & Hydrocelicos potenter exiccat, Chyronia uulnera & humectas fistulas purgat, membra luxata reponit & confortat, fracta ossa consolidat, & eorum fragmenta educit, plagas ueteres & nouellas purgat rum pit & cicatrizat, & si altius in eis aliquid infixum fuerit, ut est sagitta, calamus uel aliquid huiusmodi celeriter & sine periculo euellit, morsibus terrenorum uel maritimorum animalium singulare præsidium est, Paronychia crescere non sinit & ungues leprosos idest scabros sanat, magnissimo cum est autem & a multis probatum. Recipe Cadmiæ, Libani, Myrrhæ, Colophoniæ, Dracontij, Radicis Chamæleontis, Centauræ, Papaueris ana drach: 16. Terebinthinæ, Aloes, Calucecaumeni, Aluminis scissi & rotundi, Sarcocollæ, Cera, Aristolochiæ rotundæ, Iridos ana drach: 14. Galbani, Calchanthi, Lepidos chalcu, Radicis Capparis, Gentianæ ana drach: 8. Sanguinis Draconis, Calcitei, Acatia, Cícidos, Psidie floris, Tamaricis, Propolidis, ana drach: 5. Lacca, Gennabari, Visci, Apoquimatos idest Sordiminis nauis, aut succi cyclamini, ana drach: 5. Oxyrei, Olei, ana unc: 10. Confice sic. Terendorum specieserum subtilissimum puluerem diebus septem cum oxypereo sine intermissione tere, Octauo uero die, Ceram Terebinthinam, Galbanum, Ammoniacum, Colophoniam Viscum, Propolin lento igni cum oleo soluta in mortario tere,

Cicida Gallam
uocant medici
uel Cecida ita
litera in e uer-
sa Diof. li. i. ca.
127.

DE MEDICAMENTORVM.

tere. Species & acetum insuper adde, & terendo ad perfectam commixtionem commisce, & repositum usui referua.

Gennabari Nicolaus, uel Translator Nicolai superius usus est pro cinabrio.

Apoquina idem Translator appellat picem naualem quā greci Zossissam uocant, resinam uidelicet cum cera de rasam nauigijs. Dicitur & Hypochyma, quod marino sale maduerit discutiendi uiribus præditum. Dios. li. 1. ca. 85. Paul. li. 7.

Oxyreon Simon citat & non enucleat. Syluaticus tradit esse forte acetum.

EMPLASTRVM DIADIPTAMV.

Caput. 290.

VTilissimum ad lachrymas & suffusionem oculorū reprimendas, si fronti per dies septem applicatum fuerit, putredines aurium cum Nardino uel rosaceo instillatum emendat, Parotidas Scrophas & glandulas sepius usurpatum Diaphoretica uirtute, eliminat, excrementis humiditates pectoris & pulmonis, spiritualiumq; pororum Enphrazim thoraci impositum amputat, Stomachi, Hepatis & splenis prismata, tumores & Scleromata præcordijs & summi inductum digerit, reprimat & mala uixat frigiditatem & dolorem matricis aufert. Infantem uiuum & mortuum, atq; secundas subfumigatū absq; moræ educit, & mensuris imperat. affectibus sedis & uentri mirabiliter prodest, ossa fracta & neruos incisos consolidat, contusionibus uniuersorū membrorum medetur, Chronia uulnera, & fistulas desiccando ad Paracollesin ducit. Apostematibus & malis pustulis liberationem præstat. Sagittas, surculos & aliaqua horū similia membris affixa

Prismata appellat inflations. Hesy chius ωρησεν exponit ἐφυσησεν & ἐπέφληξεν id est, inflauit & accendit.

Paracollesin agglutinatio nē Græce ma

X potenter

NICOLAUS DE COMPOSITIO

luit Transla-
tor quā latine
efficere.

De lapide aga-
pide diximus
in Esdra.

potenter euellit, morsus rabidi canis, serpētis uel alicuius
scorpionis ictus, locis patientibus appositum curat. Stom-
macho & renibus ante horam accensionis aptatum, typis
carum februm maliciam mitigat, eiusq; subfumigatione
uenenosa animalia in domibus latentia fugantur. Recipe
Lithargyri, drach: 50. Colophonie, Olei ueteris ana dra:
50. Diptami, Resinæ pituinæ ana dra: 35. Aristolochiæ
longe drach: 26. Ammoniaci Thymiamatis, Gesampeli-
tidos uel picis ana drach: 25. Chalcanti, drach: 24. Leo-
pidos calcu, Calcucecaumeni, ana drach: 19. Zalix, uel
Nardi, Terebinthine, Chamomillæ, ana drach: 14. Cere,
Psimithij libani, Sanguinis Draconis, lemnix sphragi-
dos, Propolidis, Gentianæ, Centauræ, Prassij, Chamæ-
dryos, Polij, ana drach: 12. Chalcanti drach: 10. Chamæ-
pityos drach: 8. Opopanacis, Myrrhæ, Agapis, Cypri,
Iridos ana drach: 6. Aloes, libanothidos ana drach: 6.
Strychni drach: 5. Artemisix, Pentaphylli ana drach: 2.
cum oleo lento igni donec mittet colorem decoque, & sic
admisce Gesampelitida uel picem, & cum se colligere ce-
perit, ceram immitte, deinde pituinam, colophoniam &
amoniacum, sic lepida calcu, Chalcucecaumenō, Chalcā-
tham, lemniam sphragidem, Sanguinem draconis & psi-
mithium post libanothidem, Myrrham & Aloem, deinde
de Terebinthinam, Galbanum & Opopanacem adhibe,
& indeficenter spatula bene commisce & amoto ab igne
sic cæterorum puluerem insperge, Ad ultimū uero Cha-
momillam, absq; spatula oprime commisce, conde & usui
reserua.

Agapetis terra est quā pleriq; Pharmaceuti uocant in Syria Seleucia
nascens, exiguus picarū carbonibus similis, tritæ parū olei insperge-
tur

ONE MEDICAMENTORVM.

tur & liquefit. Dissijciendi & refrigerandi vires habet. Vitibus illita uer-
mes in illis nascentes. Dios. li. 5. ca. 101.

Zaliam Simon zalienum legit. Citat enim hunc locū sed non explicat.
Videtur autem zalienum credidisse Nardum esse. Licet Rasis & Sera-
pio zelen & zelu piper ethiopicum esse tradant, Nardum uero appellari
Sumbel.

Emplastrum hoc integrum non est. Vide breuiorem eius compositionē
apud P. Aeginetam li. 7. ca. 17.

EMPLASTRVM DIAÆRON ANO-
dinum. Caput. 291.

Optimum ad Cephalicos & Hemicranicos dolores,
fronti inductum lachrymas & suffusiones oculorū
mirabiliter stringit. Rheumatismū gingiuarum, seu den-
tium dolorē subtili linteolo inductum & applicatū arcet,
Hæmoptoicis optime medetur, Phlegmones & pessimas
mammillarum durities melius omnibus reprimat. Calidit-
atem & Scitrosim Stomachi, hepatis, & splenis sine mor-
ra emendat. Gonorrhæam patientibus per cūni superpositū
succurrit Exochades uel aliquas inflationes in eo fas-
cias, alutæ inductum & sæpius applicatum sanat, Chro-
nica uulnera, uel sanguinolenta recentia purgat & replet,
& si aliquo irruente intolerabili calore molestantur oleo
rosaceo molitum & applicatum competenter insidat.
Recipe lollij Pollinis unc: 24. Cerae albae unc: 12. Resinę
pituinae unc: 8. Olei rosacei unc: 6. Boli, Aceti, ana drace
4. Asphalti unc: 3. Iridos unc: 1. Confice sic. Ceram cum
oleo liqua & sic resinam immitte, deinde pollines lollij, &
admixto aceto competeter decoque, & ab igne deposito,
Boli, Asphalti, & Iridos puluerē adhibe & diu agitando
cōmisce, cūq; optime subactū fuerit cōde & usui reserua.

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

Dixerunt hoc est ex lolijs et lolleacea farina confectum Emplastrum hoc appellatum est. Paulus loco citato describit, qui tamē pro bolo asphaltō et iride habet picem et bitumen.

Exochades sunt qualibet particularum eminentiæ. Meminit Paulus li. 3. ca. 59.

EMPLASTRUM MESSALINAE
Vespasiani. Caput. 292.

Efficax ad Scrophas & glādulas, quas sæpius superpositum Diaphoretica uirtute dispergit, & sine incisione curat, Parotidas & ignitos colli tumores sanat, collectionibus in hepate, Splene & latere factis ita medetur, ut collectiones humorum per uentrem egredi faciat. Ramicosos & hydrocœlicos emendat, putredines uerendorum cum rosaceo solutum & illitum abstergit, & eorum tumores deponit calidos & aufert, oleo rosaceo solutum, & uice pessarij usurpatum matricis affectus & feruores amputat, neruos & musculos præcisos consolidat, fluētes fistulas & cancerata uulnera mirabiliter cicatrizat, & ea a feruore uindicat. Sagittas & furculos altius in membris infixos potenter euellit & Apostemata putrida desiccant & Glutinat. Recipe Gutte ammoniacæ unc: 42. Olei ueteris unc: 8. Floris Aeris, Lithargyri ana unc: 4. Terebinthinæ, Galbani, Bdelli, Myrrhæ, Spumæ Argenti, Aluminis, Mannæ, Thuris Croci ana unc: 1. & semis. Opopanacis, Sanguinis Draconis, Aristolochiæ longæ, Balaustiorum ana unc: 1. Confice sic. Spumam argenti & Lithargyrum cum oleo lento igni coque, deinde ceram immitte. qua liquata ammoniacum & Terebinthinam & Galbanum post Colophoniam, & cum spatula frequenter agitando

NE MEDICAMENTORVM.

tando aliquantulū bulli, dehinc alumen, mannamthus, Myrrham, Bdellium: quibus solutis Opopanacem infunde & amoto ab igne semotim florē æris, Crocum, sanguinem Draconis & Balauftia insperge, Ad ultimum puluerem Aristolochiæ, & spatula optime commisce, cum autem commixtum fuerit, in marmoream pilam oleo rosaceo peruncto in funde, & factis magdalionibus conde & usui reserua.

EMPLASTRVM BARBARAE

Classis. Caput. 293.

Quod confert ad omnia uulnera recentia, proficit etiam ad neruorum musculorumque contusiones, & luxata intumescere non patitur, Articulos incisosiungit, et omnium hominum periculosissima uulnera mirifice sanat, interne prius iniectum, postea extrinsecus appositū, & sinus ueteres & fistulas consolidat, Recipe Cerae Resinae fricae Picis Brucia, Bituminis ana unc: 5. Cerusæ, mannae Thuris, Aluminis scissi, Eruginis campanæ ana unc: 3. Opopanacis, aluminis rotundi, Vitrioli, Croci, Gallæ Syriacæ, Olei ueteris ana unc: 2. Confice sic. Puluerem terendorum cum sufficienti aceto in mortario sine intermissione tere, Solubilia cum oleo & cera, & soluta medicamini adhibe, & sufficienter commisce, cum autem commixtum fuerit, compositis Magdalionibus, conde & usui reserua.

Barbarū emplastrū à cuius similitudine hoc appellatum uidetur, habet eruginis rase denarios 12. spumæ argenti denar. 20. aluminis picis aridæ resinæ pineæ aridæ ana denar. 1. quibus adijciuntur olei & aceti singulæ hemine Celsus li. 5. ca. 19. Paul. li. 7. ca. 17.

EMPLASTRVM MVSÆ APHRAE QVOD
Ennea dicitur. Caput. 294.

Enneapharma
cum emplastrū
aliud ex nouē
rebus cōponen
dum eodē loco
describit Cel-
sus quod ualet
ad pus mouen
dum et ad pur
gandum: Con-
stat autē cera
melle seuo resi
na myrrha ro-
sa medulla cer
uina uel bubu-
la hyssopo &
butyro ana par
tibus æquis.

Mirificum ad omnia uulnera maxime ad capitis fra-
cturas, sinus & Syringias, Cartilagine incitas, &
olla tracta mirabiliter glutinat, Cancerosa uulnera & bur-
mentes fistulas desiccet, & ad cicatricem ducit. Sanguinē
uomenibus in duabus alutis inducitur, & ante super pec-
tus & stomacho usq; ad umbilicum & retro supra capu-
las applicatum potenter subuenit: Durities Splenis, uel
alterius membri superimpositum malaxat & digerit, mor-
sus omnium animalium & calidam plagam dissipatam
appositum sine labore curat. Recipe Cerae Olei, Picis, Re-
sinæ, Bituminis, Asphalti, ana unc: 12. Magnetis unc: 6.
Psimythij, Chalcanti, ana unc: 4. opopanacis unc: 2. alij
addunt Malantiae unc: 4. Confice sic. In Cacabo lento ig-
ni ceram & Asphaltū cum oleo & moderato aceto asperso
soliqua, deinde picem & resinam immitte, cumq; liquata
fuerint, ab igne depone, & cum tepesceri incipit Chalcanti-
thum in competenti aceto molliter macera, exagitandoq;
optime commisce, & lento igni supposito modice bulli,
cauens ne acetum de cacabo resiliat, iterumq; ab igni sub-
lato & tepesfacto, Opopanacem pridie in sufficienti aceto
solutum adhibe, & sic Magnetis et Psimythij puluerem
superaspargere & operose commisce, tandem igni apponito,
& modice bulli ut se colligat, cumq; collectum fuerit in
marmoream pilam oleo peruncto effunde, & factis mag-
dalionibus usui reserua.

NE MEDICAMENTORVM.

EMPLASTRVM CATAGMATI-
cum. Caput. 295.

APrum fracturis & contusionibus, & Luxationibus bene facit, & ad eos qui in carnificinis et questionibus civilibus torquētur, & ex alto cadunt, qui hoc emplastrum habuerit, alterius medicaminis nō indiget auxilio. Paulus li. 7. ca. 17. appellat Catagmaticū
Recipe Terebinthinæ, Libani ana unc: 10. Cerae unc: 5. Aluminis scissi unc: 2. Galbani, Opopanacis, uiti id est succi siccorum ana unc: 1. & drach: 2. Picis, Lithargyri, seu Vitulini ana unc: 1. Olei Veteris cotylam 1. Confice sic, Ceram, Picem, Terebinthinam lento igni solue, deinde Lithargyrum cum oleo in alia olla competenter liquatum & seuum decoctioni admisce et optime subige et deposito ab igne Galbanum adde vitum Opopanacem et libanum in mortario trita cum aceto decoctioni admisce et diligenter subige, iterumq; igni committe, et modicum bulli, attendens ne acetum de olla exiliat, cumq; collectū fuerit in marmoream pilam Sambacino peruncto funde et compositis magdalionibus usui reserua. Oribasiij et pro uito interpretes reposuit uuas. reliqua omnia conueniunt.

EMPLASTRVM DIAGALBANES.
nes. Caput. 296.

Quod facit ad omnia Apostemata quæ rodunt, do-
lorem Hepatis et duritiem et febrem emendat. **Re-**
cipe Cere unc: 12. Olei ueteris Rosacei, Visci ana unc: 6. Styracis, Galbani, Resinæ frixæ Libani, Sinopidis ana unc: 2. Confice sic, Viscum cum oleo coque, deinde ceram adhibe, qua liquata Styracem aliquantulum cum spatula

NICOLAUS DE COMPOSITIO:

Spatula exagitando bulli, & sic Galbanum adhibe, post ea puluerem resinæ, dehinc Libani ad ultimum puluerem si noptidis adde & agitando optime commisce, & cum percoctum fuerit in aquam effunde & factis magdalionibus usui referua.

Galbanum nullam omnino decoctionem sustinet, sed eo quod impollutū reddit emplastrum tollere ab igne expedit & mollificando ipsum injicere Paul. li. 7. ad finem cap. 17.

EMPLASTRUM DIAZIMIS.

Caput. 297.

Apprime aptum parotidibus glandulis & tumoribus ex putridis factis humoribus, si iam ad pus conuersi fuerint, rumpit enim purgat, & nouissime cicatrizat, si uero ad pus non fuerint conuersi, Diaphoresin facit, & humores pertenues, & inuisibiles poros educit, Anodynum est, & mitigat furiosos humores. Recipe Zimi, Piuinæ, Picis, ana unc: 6. Opij, Salis communis, seui Taurini ana unc: 4. Galbani, Halosanthus ana uncti. Confice sic. Sed uuum picem atq; ceram lenes ad prunas solue, & sic Zimū & saponem commisce, deinde sal, post Galbanum, ad ultimum puluerem Opij & Halosanthus adhibe, & inde sufficienter subige, cumq; infrigidari ceperit, pilæ marmoreę infunde & factis magdalionibus conde & usui referua.

Videtur à fermento appellatum, Nam graeci zimin appellant fermentum.

EMPLASTRUM ARIOBARZANUM. Caput. 298.

Conueniens ad multa, tumores digerit, schlirofin ma laxat Apostemata rumpit & purgat, & uulnera calore

NE MEDICAMENTORVM.

lore dissipata cōperenter mitigat. Recipe Lithargyri unct
 37. & semis, Olei ueteris, aque marinæ, ana unct: 20. Psim
 mythij, unct: 17. Cere ruffæ unct: 9. Ostrea marinæ ustæ
 unct: 6. & Terebinthinæ unct: 6. Libani unct: 4. & drach: 1
 & semis, Confice sic, puluerem lithargyri & psimmythij
 cū aqua & oleo in marmorea pila sine intermissione subia
 ge, deinde in ollam nouam infusum lento igni applica, &
 bulli, cumq; efferbuit, ostrea puluerem, ad ultimum uero
 & libanum adde et indeficienter spatula cōmisce, & post
 quam coctum fuerit, marmorioleo peruncto superfund
 de, & factis magdalionibus conde & usui referua.

*Ariobarzanius ille describitur ab Actio & Paulo li. 7. ca. 17. & pro
 ostreis marinis legunt buccinos crematos, Actiusq; priuatim appellat A
 riobarzanium ex combustis buccinis.*

EMPLASTRVM DIASTYRACOS

Caput. 299.

HOc conducit ad omnes affectus Stomachi, Hepatis
 Splenis, renum & coli, Ictericos superpositum sto
 macho mirifice iuuat, omnibus Hydropticis utile est, om
 nes dolores & inflationes Hypochondriorum & Illorum
 optime paragorizat, furiosos dolores arteticorum, Ischias
 dicorum & podagricorum compescit, neruorum contra
 ctiones emendat, typice febricitibus, & hemitritæicis pros
 ficit. Recipe uini optimi, Aceti acris ana unct: 48. Picis,
 Cere, ana unct: 30. Ammoniaci, Terebinthinæ, Resinæ
 frixæ, libani, ana unct: 6. Styracis, Sagapeni, Asphalti, Ar
 senici, Aloes, Opij, Mannis, Mastiches, ana unct: 2. Opo
 panacis, Galbani, Myr hē, Bdellij ana unct: 1. Confice sic.
 In uase fictili, picem & ceram & uinum lento igni ad uini
 Y consums

NICOLAVS DE COMPOSITIO

consumptionem decoque, sic ceram liqua, & cum soluta fuerint, Amoniacum, Opopanacem, Styracem, Bdelliâ, libanum & Mannam, Thuris cum aceto in mortario trita ad mellis spissitudinem, super adde, & diligenter commisce, atendens ne acetum foras exiliat, deinde galbanum & sic terendorum puluerem super adde, & sufficienter subige, cumq; percoctum fuerit, in concham plenâ aqua funde, & contra ignem magdaliones manibus oleo peruncis, informa & usui referua.

EMPLASTRUM ACOPVM HYGIEINON.

Caput. 300.

Hygieinon Acopum salubre acopum, id est discutiedis lasitudinibus confectum medicamen.

PRobatissimum Asthmaticis, Hydropicis, Spleneticis, Arcticis, & ad omnem totius corporis uentositatem. Recipe ceræ unci: 2. Picis, Colophonix, Adipis Tauriniana unci: 18. Libani, Salis Amoniaci ana unci: 8. Hygieinuacopi, Nitri, Cimini, Fœni Græci ana unci: 6. Cyperi, Iridos, Cardamomi, Anisi, Baccharum lauri ana unci: 4. Sandaracæ, Aristolochiæ lögæ, Staphisagriæ ana unci: 2. Aristolochiæ rotundæ, Euphorbiæ ana unci: 1. Olei Cyprini quod sufficit. Confice sic. Picem ceram, adipem & oleum in uase fictili, lenes ad prunas solue, deinde colophoniam immitte. Posthac cæterarum specierum subtilissimam puluerem adhibe, subige diligenter, cumq; percoctum fuerit, in marmor oleo prælitum effunde, & factis magdalionibus conde & usui referua.

EMPLASTRUM DIAMANNES.

Caput. 301.

Magnos

NE MEDICAMENTORVM.

Magnopere operatiuum, Anatropam, debilitatem Stomachi, & Diaphoreticum sudorem emendat, Ciliacam sistit, & interaneorum calorem temperat, Caecoetica uulnera, & humectas fistulas desiccet & glutinat. Recipe ceræ, picis, olei Myrtini ana unc: 12. Roris Syriaci unc: 4. Nardi, Myrrhæ, Aloes, Stipteriæ rotundæ, chalcanti, Balauftiorum ana unc: 12. Omphacij, Acatia, Manthus, Rosarum, Gallæ asianæ ana unc: 1. Aceti amineo quod sufficit. Confice sic, puluerem terendorum cum sufficienti aceto amineo in mortario competenter tere, solubilia autem cum oleo igniculo soluta confectiõni adde, & gnauius subige, cumq; percoctum fuerit & tepesactum, optimo uase conde & usui reserua.

EMPLASTRVM DIANETHV.

Caput. 302.

Quod facit ad eos qui ex macronõsis tabescunt, & per febrem exarescunt, omnia quæ extenuata sunt humectando reparat et sterea idest solida membra corporis resumendo confortat, nam acute febricitibus in septimo die statim appositum subuenit. Recipe Olei Sabini, Rosacei, Violaeci, ceræ albæ, adipis porcini recentis, ana unc: 24. Medullæ ceruinæ, adipis anserini, Scyllæ uiridis, Chamomille, Meliloti, anethi ana unc: 6. Sycracis, Mastiches, anchusæ ana unc: 2. Confice sic, herbas oēs in aquæ Phyalis tribus triduo infusas, lento igni ad consumptionem aquæ decoque, & diligenter cola, sollicitè attendens ne herbæ aduratur, abiectisq; retrimentis Syracæ cum oleo Sabinino liquatum & colatum adde, sic medullam cum oleo uiolaceo superiori disciplina aptato, deinde adipem omnes

Y ij cum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

cū rosaceo solutos infunde, tandem puluerem Mastiches adhibe, & diligenter subactum mortario excipe, cumq; refrixerit, utili uase conde.

EMPLASTRUM DIALEUCVPIPEREOS

Caput. 303.

FAcians ad hulcera senum, & molles carnes habentiū, maxime foeminarum & Eunuchorum, polypis qui nascuntur in naribus optime medetur, & his qui humida uulnera et scorticatas in tibijs habent, sanitatem tribuit, genua & ossa quæ nudantur carne replet. Recipe lithargyri. Psimmythij ana unc: 12. Ceræ albæ unc: 6. Terebinthinæ, libani ana unc: 3. Stypteria scissilis, leucopiperis ana unc: 1. Olei ueteris & aquæ quod sufficit. Confice sic. Lithargyri & psimmythij puluerem in oleo & aqua sufficienti lento igni decoque. deinde ceram & Terebinthinā adhibe, quibus liquatis & bene commixtis, Aluminis, libani & piperis puluerem supersparge, & diligenter commisce, & ab igne depone, cumq; tepesieri coeperit, marmori frigido præloto infunde, & uase optimo conde.

*Stypteria est
alumen.*

EMPLASTRUM DIACHYLON.

Caput. 304.

AComodatam est ad dolorem & tumorem manuum & pedum, seu aliorum locorum: proficit etiam solum cum lentiscino ut chamæmelino seu rosaceo oleo ad intestinorum dolorem ad neruum incisum siue contractū in linteolo inductum & superimpositum expertum adiutorium est. Cacoetica uulnera desiccant, replet & cicatrizat. Recipe Olei ueteris unc: 42. Spumæ argenti, unc:

NE MEDICAMENTORVM.

unc: 36. Radicis Maluæ Agrestis & Euisci, Fœni Græci, Seminis lini, ana unc: 12. Confice sic. Radicem & semina in aquæ Phialis tribus triduo infusas lenes ad prunas ad medietatem decoque & diligenter cola, abiectisq; retrimētis de succo lib: 1. commisce oleo & aliquantulū bulli, deinde puluerem spumæ argenti adhibe, & indefinenter spatula subige, donec competenter decoquatur, Quod si uolueris rescire quando coctum sit medicamen, diligenter attende, & cum in eo uesiculas ebullire & subfilire uideris, scias probe esse coctum, & cum refrixerit utili uase conde & ului referua.

EMPLASTRVM DIAPSIMMY-

thiu. Caput. 305.

CONueniens uiris delicatam carnem habentibus, maxime mulieribus optime facit, ad mamillarū & crurum uulnera difficiliter cicatrizanda, patientia loca competenter infrigidat noua carne replet & ita conglutinat, ut naturali colore uindicato non appareat cicatrix. Recipe Adipis porcini recentis, ceræ ana unc: 24. Olei rosacei Radicis uiridium liliorum ana unc: 6. Psimmythij, unc: 4. Lithargyri uel plumbi uisti & loti, mastiches ana unc: 2. Confice sic, In sufficienti aqua radices liliorum, puillo igni in oleo pleniter decoque & inde amotas in marmorea pila ad modum electuarij tere, cumq; diligenter pertrueris oleum rosaceum adde, deinde subtilissimum puluerem terendorum; Ad ultimum uero axungiam & ceram lenesque coagulari cœperit, optimo uase conde & ului referua.

Emplastrum
de Cerussa.

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

EMPLASTRUM DIAPHOENICON GALEⁿ
ni uel diachalciteos. Caput. 306.

Quo utebatur ad sanguinolentas difficulter cicatrizandas, cum oleo et cera solutum, mamillarum caneros ceterorumq; membrorum erysipelata competenter infrigidat, replet & purgat, Artericorum & Podagricorum feruentes tumores & furiosos dolores reprimit & ad uorū paragonizat, Inguina, Sphigmata & phygethla, Herpetes, Cancrenas, uisuras, & omnes Rheumaticas passiones cum oleo liquatum absq; dubio curat, Cum autem soluitur medicamen ad curam plagarum difficulter cicatrizandarum, mensura medicaminis ceræ & olei sit æqualis ad cæteras causas medicaminis decem partes sint olei octo, et hoc estate fiat. Recipe Lithargyri, Olei ueterisana unc: 36 Adipis porcini ueteris sine sale unc: 24. Chalcitheii uel melantix seu Sinopidis unc: 4. Confice sic. Chalcitheim cū oleo in mortario diu tere, deinde subtilissimum puluerem Lithargyri asperge & ad solem tribus diebus indefinenter commisce cum oleo per tot dies humectandi causa permaneat, nouissime medicamini axungiam eliquatam superfunde & optime terendo subige, cumq; bene commiscueris olle fictili infusum lento igni applica, & cum spatula Phœnicea uiridi decorticata eadem die de talea abscisa, assidue moueto, ut de ea medicamen nonnihil humoris attrahere ualeat, Pars autem spatulæ quæ siccata fuerit abscindatur, & uiridis assumatur, & hoc toties fiat, quoties opus fuerit ut succum sapius renouatæ spatulæ medicamen obtineat, cumq; percoctum fuerit ab igne subleua & tepescitum optimo uase conde, atq; usui referua.

Actius & Galenus de comp med: secundū genera. li. i. cā. 4.

Chalcitheim Translator ponit pro Chalcite.

Ramus palme in modum rudiculae uel spatulae usurpatus.

Emplastrum

NE MEDICAMENTORVM.

EMPLASTRVM ADAMANTII.

Caput. 307.

HOc conuenit gutturosis, & Enterocælicos recens ruptos patienti loco superpositum mire consolidat & custodit ne iterato intestina profluât. Recipe Colle Boli Armenici, Alapsæ, picis ana unc: 8. Cerae, Lithupiritis. Aluminis, Bituminis, Sandaracæ ana drach: 4. Vini Thassij uel sapæ quod sufficit. Confice sic, terendorum subtilissimum puluerem, cum uino uel sapa sufficienti in mortario subige diligenter, cumq; optime subactum fuerit, solubilia lento igni remissa, cum omni diligentia superfunde & exagitando commisce, & cum tepesieri cœperit contra ignem manibus malaxa, & factis magdalionibus conde & cum opus fuerit alute inductum patienti loco applica & per dies nouem ne remoueas.

Pyritem lapidem intelligitur ex quo conflatur as. apud Diosc. li. 5. ca. 59. concretum sanguinem dissoluit apud Paulum. Arabes lapidē marchasitā appellānt.

ELECTVARIVM DVCIS.

Caput. 308.

Dicitur quia Abbas de curia illud cōposuit ad opus ducis Rogerij filij Roberti uiscardi propter indigestionem & uentositatem stomachi & intestinorum & Illij dolorem & uitium lapidis, duodecima pars uniuersę cōfecture lib: 1. Recipe Ani dra: 2. & grana 15. Glycyrrhizæ, mastiches ana scrup: 2. & grana 5. Chamædryos, zingiberis, Cinnamomi, Calami, Marathri, Carui ana scrup: 1. grana 15. Xilocasæ, Calaminthes, Dauci, Pyrethri, Piperis albi & Longi, Cyperi, Schoenanthus, Iridos, Amomi, Folij, Asari, ana scrup: 1. Spicæ, Croci, Gummi

Rogerus dux Robertus Viscardus.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Gummi Arabici, Tragacanthi, seminis Anethi, Calami Aromatici, Cubeborum, carpobalsami, Iuniperi, Alexandri, Sileris, Pentaphylli, seminis Asparagi, Ciri, acori, radicis ameos rubrae indi uertice Reupontici, nucis myristicae, ligni aloes, Basilici, Milij solis, Saxifragiae, seminis citruli, Melonis, cucumeris & cucurbitae, scariolae, Petroselinii, Been albi & rubei, Styracis calamitae Cardamomi ana grana: 15. Penidiorum unci semis & scrup: 2. & semis Mellis quod sufficit, datur post prandium & ad coenam cum uino calido si datur contra lapidis uitium sumatur cum decoctione mille foliorum uel scolopendriae.

ELECTVARIVM DE SVCCO ROSARUM. Caput. 309.

EXpertum est contra guttam calidam, choleram rursam purgat, conualescentes ex aegritudine scilicet quotidianarios & tertianarios purgat sine molestia, & reliquias malorum humorum potenter educit, quae remanserint tertia pars libr: 2. Recipe Saccari, succi, Rosaru ana libr: 1. & unc: 4. Sandali albi, & rubei & Citrini ana dra: 6. Spodij drach: 3. Diagridij drach: 12. Camphorae scrup: 1. Tempera ad modum electuarij cum Syrupo facto de eodem saccharo, & succo rosarum, Datur cu aqua calida mane in modum castanearum.

ELECTVARIVM COPHONIS FRIGIDUM. Caput. 310.

Quod optime tertianarios & quotidianarios & erraticas febres purgando sanat, & etiam habentibus stomachum

NE MEDICAMENTORVM.

Stomachum Cholericum peculiariter cōducit, tertia pars
 confecta est lib:4. Recipe Sandalorum alborum & rubeo
 rum & spodij, Tragacāthi, Gummi Arabici, Amyli, Ra
 suræ Eboris, reubarbari, Senæ, rosarum, Violarum, sem
 nis fumi terræ, Berberis, Sebesten, seminis portulacæ,
 Marathri, anisi ana drach:3. Embli unc: 1. Conficitur sic.
 Pijlij unc: 8. ponantur in sufficienti aqua feruenti in qua
 bullerit libr. media Polypodij Quercini uiridis mundati
 & triti, omnes herbæ Dyureticiæ uiolæ & pruna & tami
 du dimittantur donec probe refrigerentur, deinde coles
 tur fortiter per saccum ad meliorem uero muscilaginis cō
 strictionem intromittatur in sacculum aliquantulum aquæ
 feruentissimæ & colaturæ addantur, Scammoneæ unc:6
 puluerizatæ prius tamen cum aqua frigida inter manus
 confricæ, & bene cum eadem muscilagine fricentur ma
 nibus, deinde apponantur sacchari lib:4. dissoluti prius cū
 sufficienti aqua decoctionis Polipodij & cæterarum her
 barum Diureticarum, & colati, deinde super ignem posi
 tum bullire permittatur, cumq; ad medium decoctionis
 peruenerit, addantur unc: 2. Tamarindorum & unc:2.
 Cassiæ fistulæ dissolute prius in sufficienti aqua decoctio
 nis prunorum & prædictarum herbarum Diureticarum,
 & per caciā colatæ usq; ad perfectam coctionem bulli
 re permittatur, signum autem decoctionis est quod super
 marmor positum & in frigidatum aliquantulum uiscosum
 fuerit, & digito adherescit, agitatione tamen baculi ab
 ipso decoctionis principio non cessante. Cumq; coctum
 fuerit ab igne deponat, & in mortario posito, puluis præ
 dictarum specierum super spargatur, & cum pistillo bene
 coneratur, usq; ad ipsius uiscositatis et gumositatis remo
 Z tionem

NICOLAUS DE COMPOSITIO
tionem, deinde recondatur, detur a colatura Cassiæ fistur
læ uesperî uel mediâ nocte.

ELECTVARIVM PSYLLITICVM
Caput. 311.

A Psilio dictum probatum cōtra choleram rubeam,
tertianarijs acute febrientibus, Empycis, Ictericis
omnino subuenit, medietas est libr: 1. Recipe Psilij lib: 3.
& aquæ seruenti impone per triduum, postea coletur, &
in colatura admisceantur Scammoneæ unc: 3. & Saccari
lib: 3. & per duos dies dimittantur, & postea coquantur,
deponantur ab igne & puluis istarū specierum admisceat
tur qui Recipit Sandali albi & rubei rotundi, Reubarbari.
Spodij, Tragacanthæ, Gummi Arabici, uiolarū, berber
risana scrup: semis. Portulacæ, Scariolæ ana drach: 3. in
estate detur ante somnum, in Hyeme circa mediam nocte
in utroq; tempore, cum aqua calida ad modum castaneæ.

ELECTVARIVM LETIFICANS.
Caput. 312.

R Ecipe Melissæ, corticis Citri, Caryophyllorū, Ga
liæ Moschataæ, Mastiches, croci orientalis, Cinnam
omi, Cardamomi, Neheremisch, idest seminis peoniæ,
Been albi & rubei Zedoariæ doronici loco eius ponitur
semi pondus Galangæ Ozimi & Ozimi Caryophyllaci
ana unc: semis. Moschi quantum est decima pars unius su
pradictorum, deinde sumantur chebuli 20. Emblici 30.
et terantur in tribus libris aquæ, coquantur donec ad unā
redeant, & colentur, colaturæ uero immittatur lib: 1. mel
lis

NE MEDICAMENTORVM!

lis, coquito donec consumpta sit, postea ex hoc melle cōficiatur puluis prædictarum, in triplo excedat mel species, de quo cum necesse fuerit sumatur ad magnitudinē auellanae. Hoc medicamen lætitiā & coloris pulchritudinē & digestionis bonitatem operatur & canos retardat.

Neheremisch est flos rosæ asininæ. Iuxta Auerroem li: 5. rosæ asini est peonia. Gentilis reluctatur solus. Arculanus tamen in cap. de Melancho. Auicenna ad finem sui Antidotarij & P. de Ebano questione penultima, omnes constanter adserunt Neremisch esse florē peoniæ aut semen ipsius.

EPITHEMA POLYARCHION
maius. Caput. 313.

HOc cephalalgicis præaso capiti impositum mire facit, frigiditates & dolores pectoris et pulmonis Enphraxim thoraci per dies decem applicatum aufert, pneumatosio dolorem tumorem & sclerosim Stomachi & Hepatis curat, debilitatem renum & libidinis ad maniam ex congestione humorum factam, Dysuriam & stranguriā ex constipatione pinguium humorum, lumbis & pectini sæpius inductum emendat, & omnibus interaneorum uirijus peculiariter medetur. Recipere ceræ unc: 24. Balsami, Olei nardini ana unc: 12. Terebinthinæ unc: 9. Bdellij, Libani, Cassiæ, Amomiana unc: 8. Olei cyprini unc: 4. Nardi, Styracis, Amoniæ, Mastiches ana unc: 2. Folij, zingiberis ana unc: 1. & semis. croci, costi, crocomagmatis, Schoenanthus, Aloes, Ladani, Galbani, Opoponacis, celtici, cassami, Brathej, Mantis ana unc: 1. & drach: 1. Xilobalsami, cyperi ana drach: 6. Confice sic. In oleo cyprino Styracem & Ladanum lento igni solue, deinde

Polyarchia binna, uide apud P. Aeginetam li. 7. ca. 19. ad initium, in quibus tamē Paulus cū Nicolao nõ per omnia concordat.

Cassemū alia bas lib. 10. pro Keysin usur =

Z ij Tere

NICOLAUS DE COMPOSITIO

pat quod est li
gusticū. Casta-
mū autem est
Cyclaminus q̄
etiā panis por-
ci & Arcani-
ta dicitur.

Terebinthinam, Gutta ammoniacam, Galbanum, Opo-
panacem in duplici uase liquefacta & colata, itidem & ce-
ram & oleum Nardinum, dehinc puluerem terendorum
adde, & diligenter commisce. Ad ultimum uero Balsa-
mum diffunde, & ab igni amotum accurate subige, cumq̄
tepefactum fuerit, probe uase conde & usui reserua.

EPITHEMA POLYARCHION

Minus. Caput. 314.

HOc quidem optimū est & efficax & ad omnes pas-
siones interaneorum, & ad omnia quæ ducunt in
firmum ad desperationem. Recipe Olei Nardini, Gleeu-
ciana unc: 24. Olei melini, cerę Terebinthine ana unc:
12. Resinæ frixæ unc: 10. Balsami, Styracis, Amoniaci,
Bdellij, Mastiches, medullæ ana unc: 3. Nardi, Folij, me-
lanopiperis, Fœni gręciana unc: 2. Crocomagmatis, Co-
sti, Schœnanthus, Celtici, Cyperi, Iridos, Casia, Aloes,
Myrrhæ, Melilothi, Carpobalsami, Cardamomi, Amos-
mi ana unc: 1. & semis uini quod sufficit. Cōficitur ut Pol-
lyarchion maius.

EPITHEMA DIASPERMATON.

Maius. Caput. 315.

Diaspermaton
hoc malagma
ex seminib. cō-
stans describit
Paulus lib. 7.
cap. 18.

Optimū contra omnes uentositates interaneorū, opti-
mū autē est ad dolorē & frigiditatē stomachi, he-
patis, Splenis, & ad omnia quæ minantur Hydropisim.
Aperit Enphraxin urinaliū pororū, Torsiones Iecinoris,
& laterū, & quæ per Enphraxin uentositates fiunt. Re-
cipe olei Cyprini, ceræ Terebinthine ana unc: 24. Mellis
unc: 18. Styracis, Libani, Medullæ casie fistulæ, Celticæ,
Melilot

NE MEDICAMENTORVM.

Melilothi, Sanſuci, Selini, Cacrei, Myrti, Baccarum Lau-
ri ana unc: 12. Opopanacis, Nitri, Cyperi, Cardamomi,
Aniſi, Fœnigræci ana unc: 3. Vini & Aceti quod ſufficit.
Conſice ſic, puluerem terendorum cum uino & aceto in
mortario optime commiſce, medullam Caſiæ ſiſtulæ ma-
nibus fricando cum melle & oleo liquefacito, & cola, & le-
niſigniculo in cera & cæteris ſolubilibus ſolue & trituræ
adde, & tam diu terendo ſubige donec ad denſitatem Ce-
roti redigatur, cum autem permixtum fuerit, optimo uas
ſe conde & uſui reſerua.

EPITHEMA DIASPERMATON

Miſus. Caput. 316.

MAlaxat dura frigida calefaciens, dolentia interane-
orum optime mitigat, & Apoſtemata purgat &
impedimentum urinæ ſoluit, Recipe Olei Cyprini, Mel-
liſ Aceti ana unc: 12. Sei taurini unc: 4. & ſemis, Opopa-
nacis unc: 3. & drach: 3. Cerae unc: 2. & drach: 6. Iridos,
Fœnigræci ana unc: 2. & ſemis, Cardamomi, Aniſi, Apſi-
ana drach: 1. & ſemis Conſicitur ut Diaſpermaton maius.

EPITHEMA DIADAPHNIDON.

Caput. 317.

Optimum ad multa, Stomachi namq; debilitatē con-
forrat erigit, nauſeam prohibet, Vomitum cohibet,
Fluxum uētris peculiariter ſiſtit, Hepatis & ſplenis phleg-
monem digerit, & ſcliroſin malaxat, tumorem articularū
& pedum decem diebus impoſitum mirandum in modū
deponit. Recipe Panis Aphri mundi unc: 36. Cerae, Teſ-
Z iij rebinthinae,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

rebinthinę, colophonię, Psimythij, Lythargyri ana unc
 24. Ficuum pinguium, Dactylorum & uisci radicis, folio
 rum Daphni, ana unc: 12. Chamæmeli, Fœnigræci, se
 minis lini ana unc: 8. Confice sic. Dactylos & ficus, her
 bas & semina in uino optimo triduo infusa lento igni per
 ne ad consumptionem uini decoque, ita tamen ut cætero
 rum substantia non exuratur & diligenter reprime abie
 ctisq; retrimentis adde oleum & iterum lenes ad prunas
 bulli, donec succus cõsumatur, deinde Lithargyri & psim
 ithij puluerem adiunge & aliquantulum coque donec
 emolliri incipiat. Postea ceram & Colophoniam, & Tere
 binthinam adhibe, & diligenter subige, Ad ultimum uer
 ro puluerem panis Aphri superasparg & agitando op
 time commisce, cumq; tepesactum fuerit optimo uase
 conde.

EPITHEMA DIAPHOENICON.

Caput. 318.

S Tomachum confortando excitat, uomitum inhihet et
 fluxum uentris stringit. Recipe Olei Rosacei, Myrti
 nt, uini malorum granatorum, ana unc: 12. Cerę, Masti
 ches, Acacię, Pinguium carniū Dactylorum, malorū
 mactianorum intus & extra purgatorum ana unc: 6. Alo
 es sanguinis Draconis, Omphacij, ana unc: 3. Ammonia
 ci, Myrrhę, libani, bdellij, stipterię, croci, iolarum, hypot
 cisthidos, Oenantes, Balaultiorum, floris lentisci, Absin
 thij pontici, Gallarum non perforatarum ana unc: 2. Cõ
 fice sic, puluerem terendorum in mortario cum uino ma
 lorum granatorum competenter tere, deinde dactylos &
 mala mactiana triture commisce, ceram & Ammonia cum
 cum

Oenanthe uos
 catur uitis syl
 uestris fructus
 cū floret, idest
 fructus labru
 sce Dioscor.
 li. 5. ca. 5.

NE MEDICAMENTORVM.

cum oleis lento igni solutum confectioni adde, & diutere
do optime subige, cum autem infrigidatū fuerit, optimo
uase conde & usui referua.

*Maciana mala medici hispanica uoce appellant poma syluestria ut ostē
dit uetus Translatio Dioscoridis li. 1 ca. 136.*

EPITHEMA DIAMELILOTV.

Caput. 319.

Laudatissimum est ad tussē ex catarrho factam &
pulmonis uitia pectori applicatum emendat, Phleg
monis & doloribus Stomachi, Hepatis & Splenis mede
tur, Illiorum & iecinorum crudos flatus expellit, Enphra
xim renum & uesciæ aperit, tumores podagricorum com
pescit & dolorem mitigat. Recipe Ceræ, Ammoniaci, ana
unc: 18. Resinæ frixę unc: 9. Olei rosacei, cyprini, ana unc:
6. Crocomagmatis, Spicæ, Myrrhæ, Bdellij, Cyperi, Me
liloti, ana unc: 4. Croci, Iridos, cardamomi ana unc: 2. Vi
ni quod sufficit. Confice sic, ceram cum oleis lenes ad pru
nas solue sic guttam amoniacam in duplici uase liquatam
adde, deinde resinam, ad ultimum terendorum puluerem
cum uino sufficienti subactum adhibe, & adamussim com
misce cumq; percoctum fuerit ab igne amoue, & tepefa
ctum idoneo uase conde. atq; usui referua.

EPITHEMA HEBDODECAS.

Caput. 320.

Vtilissimum Choeradibus & malis glandulis, Ten
siones & duricies præcordiorum mollit, Stoma
chum

*Nomen inue
nit hoc Epi
thema à nume
ro suorum*

NICOLAUS DE COMPOSITIO

componētium *siquidem decē & septem medicinæ simplicis ipsum cōstituant.* chum confortat, Vomitum stringit, & Dyscrasijs quallibuscunq; medetur, Renum turgiditatem & dolorem reprimat, tumores genuum & pedum ex Rheumatismo factos emendat & amplius Rheumatizare non permittit. Recipe Ceræ, Colophonæ ana unc: 12. Opopanacis, amoniaei, carniū Dactylorum ana unc: 6. Stryacis, Terebinthiæ, Propoleos ana unc: 3. Libani, Mastiches, Myrrha, Aloes ana unc: 2. Croci, Crocomagmaris, Cardamomiana unc: 1. & semis, Folij, Nardi, Bdellij, ana unc: 1. Confice sic. Carnes Dactylorum ad modum electuarij in mortario tere, & post puluerem terendorum diligenter commisce, tandem ceram, Terebinthinam & Colophoniam ad ignem commixta confectioni adiunge, & malaxando tam diu confice donec inspissetur, cumq; bene commixtum fuerit repositum usui referua.

EPITHEMA DIADECAEX IDEST

Sedecim Malacticum.

Caput. 321.

HOc prodest ad omnia Apostemata quæ intrinsecus fiunt, locis patientibus impositum: malaxat enim et ad eruptionem adducit & rupta desiccatur. Recipe Olei cyprini, Mellis, Resinæ ana unc: 12. Ceræ, Terebinthiæ ana unc: 7. Nitri, Iridos, Radicis panacis, Petroselinij, Ammeiana unc: 6. Hyssopi Cerotij, Sanfuci ana unc: 3. Castoriæ, Celticæ, Radicis daucicretici, cardamomi ana unc: 1. & drach: 7. Vini odorati quod sufficit. Confice sic. Puluerem terendorum in mortario cum uino sufficienti commixtenter tere, Ceram, Resinam, Terebinthinam Hyssopi cerotum

NE MEDICAMENTORVM.

Cerotum cum Opio & Melle dissoluta triturae adhibe, diligenterq; commisce, cum autem commixtum ad modum ceroti fuerit, in uase optimo copone & usui referua.

Hysopum cerotum practici Medici usurpant pro sordida pinguedine lanaru ouium, quam Graeci Oesypon uocant, uocis. n. similitudine decepti, hanc appellant hysopum humidam, ne quis existimaret loqui de hysopo herba. Vide Dios. li. 2. ca. 66.

EPITHEMA MICTAONOS.

Caput. 322.

Quod mirabiliter splenicis auxiliatur, Hypochondriorum tensionem soluit, omnemq; duritiem relaxat, & ad difficilem articulorum motum optimum est. Recipe Ammontaci Thymiamatos, cerae ana unc: 16. Terebinthine unc: 8. Galbani, Myrrhae, Bdellij, Libani, olei Ciprini ana unc: 4. Vini aut aceti quod sufficit. Confice sic Myrrham, Libanũ, Bdellium, Galbanum, et Ammoniacum in uino aut aceto sufficienti in mortario oleo Cipryno peruncto competenter tere, deinde ceram & Terebinthinam in oleo Cyprino soluta confectioni adde & indenter subige, cumq; permixtum fuerit, usui referua.

EPITHEMA DIALOES STOMACHICUM.

Caput. 323.

Faciens ad dolorem & Phlegmonem atq; duritiẽ stomachi, & ad debilitatem uiscerum ex macronosia factam. Recipe Cerae, Olei ana unc: 12. Mastiches unc: 2. Aloes unc: 1. Floris absinthij unc: 6. Olei Melini aut Nardini quod sufficit. Confice sic. Ceram si febril Melino

Idest ex morbo chronico et diuturno.

a siue

NICOLAUS DE COMPOSITIO

sive Oleo Nardino solue, & puluerem specierum ceroto
commisce, & similiter tere, & in linteolum crassum indu-
ctum in crepusculo stomacho impone, & tertia diei hora
sumoue hoc per triduum facito.

EPITHEMA CHRYSOON HOC EST
aureum. Caput. 324.

HOc Diaphoreticos & Hemicrani dolorum loco
impositum sanat, quibus neruus in ceruice contra-
hitur, & Emprosthotonicis subuenit, Choerades, glan-
dulas & Parotidas Diaphoresin faciendo curat, duritiem
Splenis malaxat, apostemata omnia, malas excrementas
& carbunculos dispergit, ab omni calore liberat, infantium
renes super inductum consolidat, callum pedis subtilian-
do consumit. Recipe olei, Thuris, Scriptoriæ, Arsenici ana
unc. 5. Terebinthiæ, Colophoniæ, Resinæ ana unc. 4.
Aceri quod sufficit. Confice sic. Thuris, Arsenici, Scribe-
riæ, subtilissimum puluerem in mortario cum aceto suffi-
cienti diutissime tere, deinde Colophoniã, Terebinthiã
& resinam cum oleo lenes ad prunas solutas adde & dilu-
genter commisce, cum autem permixtum fuerit absconde
& usui reserua.

EPITHEMA DIABVRZON, HOC
est omnibus Valentius.
Caput. 325.

HOc Emprosthotonicis, & asthmaticis pectori appo-
situm, & datis quinque pillulis de eo, omnibusque ner-
uis contractis subuenit, dentium dolorem ac tumorem ex
Rheumatismo factum in subtile linteolum instratum &
applicu

NE MEDICAMENTORVM

applicatum mirabiliter emendat, Parotidas & Glandulas diaphoresin faciendo desiccet, Humores induratos instar ossis aut uenę turgescens cum inflatione in collo hominis seu equi conflatos dissipat, omnia apostemata maturat, rumpit & purgat. Recipe Colophonix, Asphalti, ana unc: 4. Thuris, Arsenici cum aceto forti in mortario competenter tere, deinde aliorum puluerem cum melis Diuinari po-
paruo optrimetrita adhibe, & diu terendo sufficienter cō- test legendum
misce, cumq; commixtura fuerit, optimo uase repone, & esse cum melle
cum uolueris uti cum aceto dissolue, & linteolo inducū pauco.
impone.

EPITHEMA DIAPTISANES.

Caput. 326.

Diaphoreticum & egregie malacticum, Glandulas, Choerades, & Parotidas Diaphoretice operando soluit, omnes durities & Phlegmonas malaxat, & omnia pyrotica in frigidat, maxime acutas febres. Recipe olei ueteris unc: 36. Ptisanæ, Fœnigræci, seminis lini, ana unci: 12. Cerae, seui taurini, Radicis Euisciana unc: 6. Meliloti unc: 2. Galbani unc: 1. Confice sic. Ptisanã, Fœnũ gręcũ, semen lini, Melilotũ & radices Euisciana in aqua sufficienti pridie infusa lenes ad prunas, ad perfectam decoctionem decoque & fortiter exprime. De succo autem lib: 3. Oleo adde, & iterum lento igni ad consumptionem succi bulli, deinde serum, ceram & Galbanum adde, & molliter bulli, donec ad unum corpus redacta sint, & ab igne depositũ coagulari permitte, & conditum usui reserua.

EPITHEMA DIACYDONION

Tonicum. Caput. 327.

a ij Quod

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Tonicum hoc
est corroborati-
uum & con-
firmatiuum ul
nigoriatiuum.

Quod facit ad debilitationem et inflammationem stomachi & Hepatis, Vomitum etiam bene stringit, & febrem amputat. Recipe Malorum cydoniorum intus & extra purgatorum unc; 26. Olei chamemelini, Aloes, Mastiches ana unc; 12. Carnium Dactylorum, unc; 6. Confice sic, mala & Dactylos cum uino sufficienti lento igni coque, donec pene uinum consumatur, deinde mortario immissa diutissime tere, cumq; probe cōtrieris mastiches & aloes puluerem adpone, & optime terendo cōmiscere, post ceram cum oleo resolutam adiunge, & iterum terendo subige et conditum usui referua, cumq; opus fuerit linteolo inductum locis passis impone, & si contigerit ut medicamen desiccetur cum oleo rosaceo in mortario dissolue & utere.

EPITHEMA LEXIPYRETON

Caput. 328.

Quod acute febrientibus caliditatem aufert fronti inductū, dolores capitis ex febre factos amputat, pulsibus inductum somnum infert, & optatam quietem defectis præbet. Recipe olei rosacei, aquæ, ana unc; 36. Olei uiolacei seminis, papaueris albi ana unc; 12. Cereæ unc; 8. Baccarum scissæ, seminis Hyoscyami ana unc; 3. Mastiches, Opij, Xiri ana unc; 1. Confice sic, Semen papaueris conuassatum in aquam impone, Baccas scissæ, & semen Hyoscyami similiter cōtrita in oleo uiolaceo trita duo infunde, quarto uero die infusionem seminis papaueris lenes ad prunas ad medietatem decoque & diligenter excola, & abiectis retrimentis colaturam hanc, iterum lento igni ad medietatem bulli, Cumq; percocta fuerit.

NE MEDICAMENTORVM.

fuert diligenter cola, deinde succo oleum Rosaceum in
funde & ad succi consumptionem pene bulliat, sic ceram
adhibe qua liquata, Mastiches & opij subtilissimum pul
uerem asperge, & indeficienter ab igne depositum exagi
tando commisce, & cum tepesieri ceperit uase optime ex
ceptum usui reserua.

Ambrosiam lexipyreton appellat Aegineta lib: 7. cap. 18. ad finem atq;
unam tantu lexipyreton describit, quæ habet lithargyri libram unam ad
ipsis porcini succi seminis lini ana uncias sex Cere de albatæ uncias nouem,
rhodini libram unam mellis unc. 3. Croci unc. 1. Quidam lutca ouorum de
cem cruda adiungunt.

EPITHEMA LEXIPYRETON.

Caput. 329.

HOc confert acute febrientibus, Siquidem Stomach
chi, Hepatis & præcordiorum intollerabiles calidi
tates amputat. Recipe Olei Rosacei, Violacei, Succ. Semi
nis lini ana unc: 12. Cere unc: 6. Seui gallinacei unc: 3.
Confice sic. succum cum oleo Rosaceo & Violaceo lento
igni ad tertiam decoque, deinde seuum gallinaceum cum
cera remissum adhibe, & cum percoctum fuerit in marmo
ream pilam funde & sic puluerem spodij & Amyli super spar
ge & indefinenter subige, & cum coagulari ceperit uitreo
uase conde. & in frigidissimam aquam ipsum per decem
dies suspende, & cum opus fuerit patientibus locis im
pone.

EPITHEMA LEXIPYRETON.

Caput. 330.

2 iij Vtile

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

VTile ad continuas febres, Stomachi & aliorum uiscerum ardorem auferens. Recipe Olei rosacei unc: 12. Ceræ, seu igni recentis ana unc: 4. Spumæ argenti, florum manti ana unc: 2. Ouorum albuminis quod sufficit. Confice sic, puluerem spumæ argenti & manti florum cum albumine in mortario, donec ad pinguedinis consistentiam perueniat commisce, deinde seuum et ceram cum oleo liquata trituræ adhibe, & indefinenter exagitando subiege, cumq; conspissari ceperint uase uitreo exceptum usui referua.

EPITHEMA. CAPVT. CCCXXXI.

AD uomitum optime expertum, Alapsæ inductum & stomacho impositum. Recipe Olei raphanini, Sicyonij ana unc: 24. Elaterij, succi Ellebori ana unc: 12. Catapuciarum purgatarum radicis & seminis ana unc: 6. Succo fabæ Lupinæ, Castaliolæ corticis ana unc: 3. Succo Tithymali, seminis Chrysolachani ana unc: 1. Confice sic. Succos omnes & catapucias conuassatas & seminum puluerem in Raphanino & Sicyonio oleo, quadriduo infunde, quarto uero ad lenes prunas ad medietatem decoque, cumq; bene coctum fuerit, diligenter cola, abiectisq; remanentis ceram adde, & cum remissa fuerit, in marmoream pilâ funde, & addito elaterij subtilissimo puluere tam diutere terendo commisce, donec coagulari ceperit, cumq; condensatum fuerit conde & usui referua.

Castal Arabice castanea dicitur S. Genualtes.

Chrysolacha non idest holus aureum Atriplicem esse constat apud Dios. li. 2. ca. 110.

EPITHEMA AD VOMITVM STRINGENDVM Expertum.

Caput. 332.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe Olei rosacei, omphacitidis, ceræ ana unc: 8.
 Mastiches, Bolt, Albuminis ouorum ana unc: 5.
 Sanguinis Draconis, Tragacanthæ, Pollinis Hordei ana
 unc: 3. Croci, Mannæ Thuris acatiæ ana unc: 2. Confice
 sic, Bolt, Sanguinis Draconis, Croci & acatiæ subtilissimū
 puluerem & pollines hordei cum albumine ouorum in
 mortario diu terendo commisce, Deinde, Mastiches, man
 næ, Thuris & Tragacanthæ tricoscinatum puluerem cū
 oleis lento igni competenter decoque, Posthac ceram im
 mitte, cumq; remissa fuerit trituræ adhibe, & tam diu subi
 ge donec conspissetur, & cum constitit uase conde &
 usui referua.

EPITHEMA RINOTICVM AD SOLVTIO
 nem uentris. Caput. 333.

Quod stomacho & umbilico alutæ inductum & ap
 plicatum uentrē sine mora soluit, ante prælotis lo
 cis aqua decoctionis Mercurialis uel Sicij. Recipe Olei
 Sicyonij & Scyllitici ana unc: 12. Olei Cucumerini, cere
 ana unc: 8. Lactis Tithymali, fellis taurini ana unc: 6. Ter
 ebinthinæ Diagridij ana unc: 4. Euphorbij, seminis Ci
 cidis ana unc: 2. succi mercurialis, Coccugnidij ana unc:
 1. Confice sic. Succos omnes in Sicyonio & scyllitico oleo
 lenes ad prunas ad mediætatem decoque, deinde Terebin
 thinam cum felle Taurino adde, post modicū interuallū
 terendorum subtilissimum puluerem triduo in Cucumer
 ratio oleo infusum decoctioni adhibe & optime exagitan
 do commisce, Ad ultimum uero ceram immitte, & tam
 diu bulliat donec liquefiat, cumq; percoctum fuerit in
 marmoream

*Sicyon & sicyo
 on Græci cu
 cumerē appela
 lāt, uide diosc.
 li. 2. cap. 124.
 Paulum li. 7.
 in suis simplis
 cibus.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO

marmoream pilam effunde, ibiq; diligenter donec coagulari incipiat subige repone & usui referua.

EPITHEMA. CAPVT. CCCXXXIIII.

AD lumbricos expellendos in Alapsam inductum, uentriculo & totum sumini impositum. Recipe Olei unc: 24. Cerę unc: 8. Aloes, Pollinum Nigella, Fœnigræci, Lupinorum amarorum, & Gitana unc: 3. Foliorum Cētauræ uiridis, Carthami, Absinthij & Persiciana unc: 1. Confice sic. Herbas cōtusas in oleo triduo infusas ad prunas ad medietatē decoque & exacte cola, abiectisq; herbis puluerem Aloes & pollines adde & bene cōmiscende deinde ceram adhibe, cumq; percoctum fuerit, conde & usui referua.

EPITHEMA AD VENEREM PRORITANDAM. Compertissimum. Caput. 335.

Recipe Balsami, Olei Pulegini, Aquæ camphoræ, cerę ana unc: 2. Fellis Passerum, caudarum Scingi, Testiculorum uiridium Saryionis, Euphorbij, seminis Bulbi & Eruçæ ana unc: 1. Moschi unc: semis. Confice sic. Semen Bulbi & testiculos Saryionis uiridis simul ad modum Electuarij tere, deinde passerum uel miscellæ adhibe, sic etiam Euphorbij, caudarum Scingi & puluerem seminis Eruçæ insperge, post, Moschum in camphorata aqua solutum affunde, & diu terendo commisce. Ad ultimum uero ceram cum Balsamo & Muscelino oleo resolutam confectioni adiunge, & diligenter subige, uitreoq; uase conde, & ad amplexus properantibus renes & uirgam perunge,

NE MEDICAMENTORVM.

perunge, & sic congregiatur, & si pertelus fuerit, ex medicina renes ungere purpuree Alapsae inductum, utriusque pulvis applica, expertum enim est.

FAVSTINVM MAIVS

Caput. 336.

Qptime conducit ad Catarrhum, Asthmaticis & spiritosis subuenit, Tussim, peripleumonia & pleuritem emendat, Vomitum sanguinis & singultum curat, Nephreticis & Calculosis potenter proficit, Cholericis & Gemorrhoeaicis medetur, & periodicis passionibus utilissimum est. Recipe Leucopiperis, seminis Hyoscyami ana drach: 20. Opii drach: 10. Sinoni drach: 7. Croci drach: 5. Cassiae fistulae, Dauci Cretici, Petroselini Macedonici ana dra: 4. Apij dra: 2. Nardi, Pyrethri Euphorbij ana dra: 1. Mellis quod sufficit, dabis ad pondus drachmarum trium cum calida.

Phaustinos autem pastillos requirit apud P. Aeginetam lib. 7. cap. 12.

FAVSTINVM MINVS

Caput. 337.

Quod Nephreticis, Colicis, & Calculosis medetur, & typhum quartanum emendat. Recipe Rosae, Leucopiperis, & Melanopiperis ana drach: 7. Opopobalsami, Caryophyllorum, costi, croci, Asari, Acori, Dauci cretici, Hyoscyami ana drach: 3. Cinnamomi, carpobalsamiana drach: 2. Nardi drach: 1. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanae cum tepida aut uino.

FVMIGIVM ADEPILEPTICOS.

Caput. 338.

Recipe Testiculi caprini, ursini, Iecoris lupi, sanguinis Hirundinis, & lapidis in uentre earum inuenti, Mustelae

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Mustelæ Marinae sanguinis, cochlearum Aceti ana drach: 2. Allij, cornu ceruini, & capræ ana drach: 1. Confice sic. Hæc omnia tere, & in puluerem redige, & cum coagulo agni in succo rutæ liquato optime commisce, inq; magdaliunculos informa, & ad umbrâ sicca, cumq; opus fuerit carbonibus superimpositis, fumigiū naribus applica.

FVMIGIUM AD EXCITANDOS EPI-
lepticos. Caput. 339.

Recipe cornu ceruini & Hircini, Hellebori albi, Pergani, Euphorbij, Staphisagriæ ana drach: 2. Confice sic. Hæc omnia tere & in puluerem redacta cū pinguis passulis bene committe, & inde magdaliunculos cōpone & usu expetente carbonibus adhibitis naribus fumigium æger excipiat.

FVMIGIUM AD OCVLORVM GRAVEDI-
nem & sanguinem. Caput. 340.

Recipe Fabarum drach: 3. quibus super carbones uitis appositis perforato scabello, super quod foramē patiens caput contineat, & apertis oculis huc intueatur, donec ex collectio fumo lachrymæ abundanter erumpant, & cum se inde subleuauerit abluta facie in oculos lycium in amineo uino solutum instilla, hoc bis in die mane & uesperti faciat, nulli secundum est.

FVMIGIUM AD TINIOLAS
Caput. 341.

Confert etiam ad pediculos palpebrarum ex quibus pruritus excitatus fuerit. Fac sic. Hyoscyami capitulum

NE MEDICAMENTORVM

bulum plenum semine exteriori cortice exutum in cereâ
capsellâ include, ita ut superior pars capitis non tegatur,
& sic prunis ignitis impone desuper appposito traiectorio,
cumq; fumus erumpere cœperit, patiens oculum super
foramē traiectorij adigat, palpebris intrinsecus antea mel
le perunctis, & cum illachrymari oculus a fumo ceperit,
Tiniolæ & pediculi omni celeritate cadere incipiunt.

FVMIGIVM AD DISPNOEAM ET

Tussim. Caput. 342.

Recipe Bardanæ ungu læ equi viridium foliorū ana
drach:3, Lemniæ Sphragidis drach:1. Confice sic.
Herbas probe contusas testæ ignitæ impone, super quas
subtilissimum puluerem lemniæ Sphragidis insperge, &
traiectorio applicato, patiens ore aperto fumū excipiat,
cumq; a fumo tussis irritata fuerit excreando quicquid in
ore collectum fuerit expuat, & hoc mane & uesperi ad
ministratur ad dies septem.

FVMIGIVM AD VERMES DENTIVM

& Gīngiuarum. Caput. 343.

Conficiatur ad hunc modum. Laminam ferream
igne candentem super patulum os uasis aqua pleni
pone. Super quam seminis porri drach:2, adurentur &
traiectorio cooperiatur, cumq; fumus erumpere ceperit,
gingiuis & dentibus ante melle fricatis, ore aperto patiens
illum excipiat, donec sustinere poterit, & amoto traiecto
rio, inuenies intus in aqua uermem natantem.

FVMIGIVM CAPVT CCCXLIIII.

b ij Ad

NICOLAUS DE COMPOSITIO

AD distillationem uue & ad rheumatismum fauciu.
 Recipe Styracis, Ficiu pinguium, florum amygdalarum, seminis Hyosciami ana drach:4. Fac sic. Hæc omnia trita & in puluerem redacta cū ficibus & Styrace diu terendo cōmisce, & inde Trochiscos informa, cumq; opus fuerit inditis super carbones lentifcinos traiectoriu superimpone, & patiens ore aperto fumum accipiat donec sustinere ualeat, & hoc ter in die faciat, mane, in meridie & uesperi, & interpositis trib. diebus aut quinq; reiteret medicamen donec conualescat.

FVMIGIVM OPTIMVM CARDIACIS ET DE
 bilitatem patientibus. Caput. 345.

Recipe Styracis optimi, Labdani purissimi, Ligni Aloes subtilissimi pulueris ana drach:8 Olei Nardini, Muscelini ana drach:2. Balsami, Moschi ana dra:1. Ambra, camphore ana drach:semis. Confice sic. Ambra cum oleo nardino & muscelino solue, & inde puluerem ligni Aloes cum Styrace & Labdano bene cōmisce. Balsamum autem & Moschum & camphoram solutam guttatim medicamini instilla, manibusq; perunctis contra ignem diutius malaxando inde magdaliones informa & reponne, cumq; opus fuerit carbonibus uitis impositis, fumigium naribus applica.

FVMIGIVM APTVM PARALYTICIS
 Caput. 346.

Recipe castorei, Myrrhæ ana drach:6. Costi, Elestiphaci, Macropiperis ana drach:2. Confice sic. Hæc omnia trita et in puluerem redacta cum Styrace calamita collige

NE MEDICAMENTORVM.

collige & inde Trochiscos informa. Cumq; uti uolueris super carbones lentiscinos impone & patiens integram nucem in ore teneat, ibidem insufflet, ut fumum ore recipiat, & quicquid humoris attrahitur aperio ore foras exscreabit.

FVMIGIUM AD SANGVINEM HEMOR-
rhoidon. Caput. 347.

Recipe Gallæ Asiaticæ, Melantiæ, Boli Armenici, lycij, Hæmatitidis ana drach: 3. Fac ita. Hæc omnia tere & in puluerem redige & cum sufficienti aqua Draconteam dracontium et dracunculum Translatores & autores latiniore appella-
tione appellat uide diosc. li. 2. ca. 155.
contea trochiscos informa, cumq; opus fuerit patientem super scabellum competentis foramine apertum sedere facies & inde cum quinques in die suffumigabis.

*Melanthion legendum esse conijcimus: quod Recentiores quidam esse
Grit statuunt, apud Dioscor. li. 3. ca. 84. Quamquam Nicolaus superius pau-
lo cap. 334. Grit & nigellam uel melanthion insinuat esse diuersa.*

FVMIGIUM AD MENSES MULIEBRES
Prouocandos. Caput. 348.

Recipe Nardi, Calami Aromatici, Styracis, Cardamomi, Seminis Nasturtij, ana drach: 4. Fac sic. Omnibus in subtilissimum puluerem redactis cum succo Perilymeni Trochiscos compone, Cumq; opus fuerit carbonibus suppositis subfumiga.

FVMIGIUM AD MENSTRVA
cienda. Caput. 349.

Recipe Thiū apyru, Bituminis, Libani, Aluminis ana drach: 5. Compone ita, in subtilissimum puluerem
b iij rem

NICOLAUS DE COMPOSITIO

rem hæc omnia redige & cum sufficienti succo Symphyti Trochiscos informa & cum opus fuerit super carbones impone & patiens sublatis uestibus de super sedeat.

FVMIGIVM AD MENSTRVARETINENDA. Caput. 350.

R Ecipe Lentisci, Mirtæ, Cymarum rubi, Rosarum ana drach: 6. Fac sic. Omnia trita & in puluerem redacta cum sufficienti succo Trochiscos informa, & cum opus fuerit super carbones impositis secundum superiorē disciplinam subfumiga.

FVMIGIVM AD MENSES SVPERFLUOS. Caput. 351.

R Ecipe Castorei, succi Myrtæ, Lentisci, Cymarum, Balauustiorum, Gallæ Asianæ, Cimini, Sinoni, ana drach: 2. Fac hoc modo. Hæc omnia in puluerem redige & cum sufficienti Cymarum rubi succo Trochiscos compone, cumq; opus fuerit super Lentiscinos carbones impositis patiens dimissis uestibus subfumigetur, ita tamen ut antea ex aqua marina in qua bullant sorbæ siccæ, castaneæ integræ siccæ & cortices suberis formentetur.

FVMIGIVM TYPICE FEBRIENTIBUS. Caput. 352.

Colenam quidam appellant quam alij Ori ganum uocāt. **R** Ecipe Castorei, Myrrhæ, libani, Aristolochiæ, Brathetana drach: 4. Pulegi, calaminthes, pegani, Colenæ, Nigellæ, Platocymini Fœnigraci ana drach: 2. Fac sic. Hæc omnia in subtilissimum puluerem redacta cum succo Calaminthæ collige & inde Trochiscos informa & cum

NE MEDICAMENTORVM.

cum opus fuerit subfumiga.

Platocyminum est fefeli maffiliense, sic nuncupatum quasi latum cimini. Cuius descriptio extat apud Diosco. li. 3. cap. 55.

FVMIGIVM. CAPVT. CCCLIII.

AD coniugatas quæ uiros aliquo maleficio inuicem odio habent. Fac sic. Animalculi bugæ caput & caudam sicca, & in domo in qua utriq; fuerint subfumiga & statim maleficiū soluitur, & hoc identidem cum rana sicca quæ inuenitur non de industria querendo.

FOMENTVM AD DOLOREM CAPITIS

ex febre. Caput. 354.

REcipe aquæ Phyalas 3. Papaueris hortensis & syluestris, Violarum, Hedere terrestris foliorum uiridū ana drach: 8. Fac sic. Herbas omnes contritas in aqua lento igni ad tertiam decoque, & inde caput patientis diligenter fomenta, cauēs ne aliquo modo infrigidetur, & linteo obuolutus quiescat idem, Ita enim somnus cōciliabitur et dolor mitigabitur.

FOMENTVM AD DOLOREM CAPITIS

ex frigida. Caput. 355.

REcipe Olei Phy: 2. Pegani, Bratheii, calaminthe, glechonis, Amaraciana dra: 20. Confice ad hunc modum. Herbas omnes contritas pridie in oleo infusas lento igni ad medietatem decoque, & cola, abiectionibus retrimentis inde caput diligentissime fomenta, obseruans ne frigus obledat.

Fomentum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

FOMENTVM AD DOLOREM ET PNEV
matosin Stomachi. Caput. 356.

Recipe Olei Sicyonij, Peganini, Nardini ana drach:
3. Fac sic. Species in subtilissimum puluerem redat
tas in oleo quatríduo infunde, quinto uero die lento igni
ni ad medietatem decoque, & cum plagellis laneis in hoc
humectatis sepius apponendo & renouando patientis sto
machum fomenta.

FOMENTVM AD MENSTRA PRO
uocanda. Caput. 357.

Recipe Aquæ Phyl: 2. Artemisæ, Diptami, Barbæ syl
uanae, Periclymeni ana drach: 18. Muscelij, Olei Pu
legini & Irini, ana drach: 9. Fac sic. Herbas contusas in aq
qua ad medietatem decoque & cola, & abiectis retrimen
tis oleorum pondera adhibe & iterum aliquantulum bul
li, & ab igne deposita in semicupium infunde, super quo
patiens obuolutis pannis sedeat, ut medicamints uapor ad
matrix Sterigomata pertingat, hoc per decem dies ter in
die faciat, eandem decoctionem sepius calefaciēdo & sup
ponendo. Vesperi autem in eadem decoctione sedeat, dor
nec sustinere poterit, hoc enim fomentum non solum men
strua prouocat, sed etiam secundinas reuellit.

FOMENTVM AD MENSES CITAN
dos. Caput. 358.

Recipe Pegani, Pulegij: foliorum Lauri, Brathej, Ar
temisæ ana drach: 20. Olei Daphnini, Pulegini ana
drach: 10.

NE MEDICAMENTORVM.

drach: 10. Aquæ quod sufficit, Efficiatur artificio iam recitato.

FOMENTVM AD MENSTRA RETINENDA. Caput. 359.

Recipe Symphyti, Punicæ, Cydonij, Schoeni Turionum, ana drac: 30. Aluminis, Acaciæ, Sarcocollæ, Alapsæ, ana drach: 10. Aquæ quod sufficit. Fac sic. Herbas & Alapsas in aqua sufficienti lenes ad prunas ad medietatem decoque & cola, abiectisq; recrementis puluerẽ specierum subtilissime tritum adhibe, & iterum aliquantulum bulli, cumq; tepefactum fuerit, in semicupium infunde, & desuper mulier conledeat fomentando quousq; sustinere poterit.

Turiones sunt tenerrimæ suffruticationes arborum & arborum, quæ uel edendo esse possint, præsertim temporibus sâmis, ut docet Gal. in lib. Alimentorum.

FOMENTVM AD DVRTIEM ET DOLOREM MATRICIS. Caput. 360.

Recipe Hibisci Faborolæ Herbe uenti Dracontij, Viridij ana drac: 20. Foenigræci, seminis lini, pasularum pinguium, ana drach: 10. Aquæ quod sufficit. Confice ad hunc modum. Herbas & semina contusa in aqua sufficienti lento igni ad medietatem decoque, & inde per septem dies patiens ter in die fomentetur.

Herba uenti habetur in Marciato, quidam Scatuncellum uocant Germanis. Fortassis autem est Anemone.

FOMENTVM AD DOLOREM ET SANGVINEM HEMORROIDON. Caput. 361.

c Recipe

Scriptus codex uidebatur habere unc: et non drach:

NICOLAUS DE COMPOSITIO

*Ita idest sa-
licis.*

R Ecipe aquę Aluminosę phy: 2. Careni, 1. Ompha-
comelitos drach. 36. Symphyti. Itaę, Elelisphaci,
Pegani, Polygonię foliorum uiridiũ ana dra: 27. Iari, Cy-
clamini Draconię Radicũ uiridiũ, ana drach: 9. Lolij,
Amarorum lupinorum pollinis, Gallarũ, & Psidia pul-
ueris ana drach: 4. Fac ita. Herbas, Radices, & semina in
aqua Careno & Omphacomelite cõtusa & pridie infusa,
humili foco sufficienter decoque, & semicupio infunde,
super quod mulier dimissis uestibus ter in die sedeat, & in
die patientia loca competenter fomentet, calidas etiã her-
bas sæpius sedi applicet, & cum ipsis Hemorroides fricet.

FOMENTVM AD INTESTINVM
prolapsum. Caput. 362.

*Pumicis for-
tassis legẽdum
uenit sicut &
in cap. 359. p.
pumicę pumi-
cis puto repo-
nendum.*

R Ecipe aquę pluuiialis & aceti ana phy: 1. Roris ma-
stris ana drac: 18. Alapsę, roris Syriaci, Punicı, Lolij, ana
drach: 9. Fac sic. Herbas contusas et specierum puluerem
in aceto & aqua lento igne competenter decoque, cumq;
tepefacta fuerint, in situlam effunde, super quam æger se-
deat, & inde ter in die fomentetur.

FOMENTVM AD TVMOREM ET SCLIO-
rosin Testiculorum. Caput. 363.

R Ecipe aquę marinę & aceti ana un: 1. Herbæ tribus
li, Argillę ana dra: 27. Radicis Hibisci, Draconię
ana dra: 9. Ita confice. In aqua & aceto herbas cõtritas &
argillę puluerẽ cõpetenter decoque & cola, cũq; tepesseri
ceperit, inde patientia loca ter in die fomentet, & herbas
probe calidas præfatis locis applicet, & in fasces colligat.
Gijno

NE MEDICAMENTORVM?

GIINON VEL GEINON HERMETI HIERON.

hoc est terrenum Mercurio sacrum, Quod item

Icosi hepta uocatur a uiginti septem ingre-

dientibus medicinis ipsum compo-

nentibus. Caput. 364.

Conficitur secundum more antiquorū in Hypogeis
speis, id est subterraneis spelūcis, ornatis lauro, & be-
ne redolentibus floribus in mense Aprili, cū Sol in ariete
fuerit, ita tamē ut per septē dies purificetur locus a puero
in uestibulo septē uocales canenti & ab artifice in cithara,
& lyra & fistula secundū musicæ dulcedinē pæanizante.
Ibiq; in mortario conditū per illos septē dies ab ipsis cur-
stodiatur, & expletis diebus uase uitreo conditū usui refer-
uet. Facit ad Sympythios id est ad eos quos spiritus im-
mundus persequitur, Lunaticos certo lunari tēpore cum
spuma Tauri sumptū liberat, Illi uero qui per somnum ti-
more ab Ephialte grauati fuerint, & inter dormiendū ti-
mēt, linteolo inductū, simul & tēporib. in modū coronæ
circumligatū timorē aufert, et imminētē pressuram pro-
hibet, non dormientibus somnum præstat, fronti illitum,
Dolorē capitis & oculorum emendat, rheumatismum in
Thorace habentibus, & ex Catarrho tussientibus in Gar-
garismate adhibito, siue potui datū subuenit, & si faucib.
illinitū fuerit: Rheuma constringit, omnia uitia mulierū
quæ eis siue per humorē siue per uentositatē contingunt,
extirpat. Recipe Spherulas id est fructus cypressi ʒo. Car-
nium caricarum pinguium sine granulis, passularū enus-
cleatarū, Terebinthinæ ana drach: 12. Labdani, Stryacis
optimi, Myrrhæ, Asphalti, Bdelli, radicis asphodeli, El-
c ij lenij

*Pæanizare dicitur
id est cantū in
honorem Apollinis
uel aliter dicitur
decantare.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO-

lenij ana unc: 7. Cardamomi unc: 5. Sabine unc: 4. Folij,
 Costi, Spicæ, Rosarum factiui seminis iuniperi, ana unc:
 3. Schœnanthus, Cassiæ fistulæ, Schini idest lentisci ana
 unc. 2. Croci, Cyperi, Libystici ana unc: 1. Vini optimi,
 & mellis quod sufficit. Confice sic. Spherulas Cypressi
 conuassatas in uino optimo sufficienti uinduo infusas, hu
 mili foco ad uini consumptionem decoque, & diligenter
 cola, abiectionisq; retrimentis de uino lib: 2. sume & carnes
 ficuû ad modum electuarij tritas, fricando manibus dis
 solue, cumq; perfectæ solutæ fuerint, additis mellis lib: 12
 Lento iterum igni ad mellis spissitudinẽ decoque, & per
 sacculum accurate cola. Deinde passulas enucleatas &
 Dactylorum carnem & nucleos in mortario sine inter
 missione tere, ut nihil solidi aut crassi in tritura maneat, sic
 Styracem, labdanum, Terebinthinam cum modico meli
 le remissa trituræ adiunge, & diu terendo commisce. Ad
 ultimum subtilissimũ puluerem specierum adhibe, & cũ
 scripto melle omni cum diligentia confice, & uase uitreo
 conditum reserua. Cumq; opus fuerit dabis ex eo drach:
 2. uel 3. secundum uires ægrotantis.

*Sympythios obsessos cacodæmone uocat à Pythio Appolline resson
 fore impuro spiritu. Veluti in Euangelio puella Pythonis spiritũ habuisse
 traditum est.*

*Ephialtem nostri Incubum dicunt, à uiro quopiam sic appellatum.
 Velut alij sentiunt à phantasia qua patientes afficiuntur, imaginatur enim
 Ephialtecus aggredi sese ab aliquo, Ephalestha nanq; significat insilire ab
 teri atq; irruere. Pnigalion Themison in Epistolarũ li. 10. appellat à sus
 focando, quod ægrotos presocet. Paulus li. 3. ca. 15.*

GARIOPHILLATVM MAGNVM

Caput. 365.

Quod

NE MEDICAMENTORVM.

Quod optime facit ad Enphraxim spiritualium porrorum, uitia pectoris & pulmonis emendat, Phthificis ex longa infirmitate debilitatis reparationem prestat, Cardiacis & Auriginosis potenter subuenit, fastidium auferit digestionem procurat, Vomitum compescit, Acidus ructus auferit, & os odoratum reddit. Recipe Cinnamomi, Caryophyllorum, Zingiberis, Glycyrrhizæ, Rosæ ana drach: 18. Ligni Aloes, Galangæ, Cardui, nucis Myristicæ, Nardi, Zedoariæ, Violarum ana drach: 9. Reubarbari, Macis, Croci, Alient Costi, Cyperi, Cardamomi, Seminis Basilici, Anisi, Libyistici, Eboris, ana drach: 4. et semis. Mellis Rosei quod sufficit, Detur in modum Auellanæ cum Rhodostomate seu frigida.

GARYOPHYLATVM MINVS.

Caput. 366.

Hoc prodest ad causas pectoris & pulmonis, Vitia stomachi emendat & carne replet. Recipe Cinnamomi, Zedoariæ, Zingiberis, Glycyrrhizæ ana drach: 18. Galangæ, Nardi, Confitæ, Rosarum Violarum, ana drach: 9. Caryophyllorum, Costi, incensi Constantinopolitani, Rasuræ Eboris, seminis Libyistici ana drach: 4. Mellis Rosei quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum frigida.

Thymiana
Constantinopo
litanum.

GALLIA MVSATA. CAPVT. CCCLXVII.

Recipe Mastiches unc: 2. Gummi unc: 1. Camphoræ scrup: 1. Hæc terantur subtilissime & cribrentur, & Trochisci inde fiant cum aqua rosata, & siccentur ad umbram & postquam fuerint desiccati, terantur subtilissime & misceantur

Gummi Arā
bici.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Olei sambuci
uel sambacini
rationem uide
apud Iacob.
Manliū in an-
notatione hu-
ius Olei folio
ultimo.

miscēatur cum unc:4. Olei Sambuci, Bulli & colati ad medietatem, deinde misce cum speciebus istis bene tritis. Recipe Cinnamomi, Cariophyllorum, nucis Moscharæ ana unc:semis, & omnibus istis commixtis & bene manibus malaxatis fiant Trochisci in medio concavi & sigillati ad pondus unius drach:& semis, & postea iungantur cum aqua Rosata, cum moscho.

ALIPTA MVSCATA. CAPVT. CCCLXVIII.

VAlet pueris patientibus Asthma & constrictionem pectoris, & etiam non ualentibus lac retinere, fit in de optimum fumigium & odoriferum, quo utuntur uiri Apostolici, & Imperatores in tēplis suis, & assumitur etiā ad præciosissimas medicinas & electuaria. Recipe Labdani purissimi unc: 3, Styracis Calamitæ optimi, unc: 1. & semis. Styracis rubei unc: 1. Ligni Aloes optimi drach: 2. Ambraē drach: 1. Camphoræ scrup: 1. & semis Moschi, scrup: semis, Aquæ Rosæ quod sufficit. Cōfice sic. In diebus canicularibus pone Styracem calamitā & Styracē rubeum, & Labdanum in catino ad solem cooperto cum panno subtilissimo, ne possit puluis attingere & cum molificata fuerint ad solem pone in mortario, Ex eo calefacto ad solem cum pistillo ferreo similiter calefacto fortiter simul conterantur, donec ad nigrum uergant colorem, postea addens puluerem Ligni Aloes simul fortiter contere & camphoram similiter, postea contere moschum in aquæ Rosaceæ unc: 3. & de hac aqua aliquantulum madefac marmor prius bene lotum & calefactum ad solem, & accipe unc: 1. Cum tabula planissima de eadem aqua madefacta

NE MEDICAMENTORVM.

ma defacta super marmor diu agitetur donec ad subtilitatem iunci deueniat. Hoc modo facies super marmore ma defacto & tabula de eadem aqua supra dicta & cum repositis super asperge de illa aqua ualet ut supra diximus.

GALACTINON MAGNVM.

Caput. 369.

Optimum Phthificis, & ex longa infirmitate debilitatis, affectiones pectoris & tusses recentes & Chronias curat, Empyicis & Pleureticis mire subuenit, & Periodicis passionibus medetur. Recipe Lactis caprini recens mulcti, mellis albi, ana unc: 24. Seui caprini recentis unc: 12. Prassij uiridis unc: 6. Reubarbari, cinnamomi, Caryophyllorum, Antophali, Galangæ Nardi, zingiberis, Pyrethri, succi Glycyrrhizæ, Styracis Calamitzæ, Tragacanthæ, Melanopiperis, Anisi, Carui, libyistici Petroselinii, foeniculi feminis, Apij, ammeos, Foenigræci ana unc: 1. Confice sic. Semina cum Marrubio in marmorea pila in modum electuarij diutissime tere, & sic mel & lac addens manibus fricando commisce. Deinde in stagnato uase lento igni donec bene subigat decoque, & ab igne deposita diligenter cola, abiectisque recrementis inde specierum puluerem tempera, dabis ex eo drach: 3. Mane uel uesperis cum lactis caprini recens mulcti ciatho uno.

Gala græce lac significat, unde hoc medicamentum nomen claturam inuenit.

GALACTINON MINVS.

Caput. 370.

Optime purgat cholericos incēfos, & Melancholicos humores, Re. myrobalani citrini, chebuli, Indi, ana drach:

NICOLAUS DE COMPOSITIO

drach: 8. Epithymi, Agarici, Polypodij ana drach: 4. Tur
 bith, Colocynthidos, Polij, feminis Absinthij, Fumi ter
 ræ, ana drach: 2. Cinnamomi, Schænanthus, Afari, Car
 pobalsami, Anisi, Marathri, ana drach: 1. Mastiches, Salis
 gemmæ, Lapidis Lazuli, ana scrup: 2. Cōfice sic. Lac coa
 gulatum de capris, quæ in montibus pascuntur tamdiu
 manibus frica, donec liquecat, dehinc cum spatula ficul
 nea agitando lento igni coque, donec iterum coaguletur,
 & cum percoctum fuerit, per lêteum purum diligēter cola
 & proiecto lacte, decolato sero lib: 1. Sume in quam sub
 tilissimum puluerem specierum immitte, & ibidem nocte
 & die finito, postero die humili foco calefactum mani
 bus perfricando commisce & iterum cola, abiectisq; spe
 cibus syrapi Rosacei unc: 2. in quo sint subtilissimi pul
 ueris Diagridij scrup: 2, adde, & ieiuno tepidum pro
 pina.

GLYCEA MAIOR. CAPVT. CCCLXXI.

Que confert Melancholicis, Epilepticis, & scotoma
 te laborantibus, Ephialticis & timidis cum Agarici
 scrup: 2. & Diagridij 1. mite medetur, Hepaticis et lctē
 ricis peculiariter subuenit, Spleneticis & Hypochondria
 cis, torminosis & Iliosus auxiliatur, & omnem uentositatē
 interaneorum potēter excludit. Recipe Aloes drach: 50.
 Pegani, Floris pulegij ana drach: 27. Corticis radice scæ
 niculi, Epithymi uiridium ana dra: 18. Confice sic, in sus
 ficienti aqua herbas omnes per triduum infusas lento igne
 ni ad tertiam decoque & diligenter cola, de quo libr: 1. cū
 Mellis lib: 4. Misce, & iterum lenes ad prunas ad spissitu
 dinem bulli, & cum tepidum fuerit, puluerem Aloes
 super

NE MEDICAMENTORVM.

superfarge, & reconditum usui referua, cumq; opus fuerit, inde cochlearia plus minus tria secundum patientis vires dabis.

GLYCEA MINOR.

Caput. 372.

Quæ facit cardiacis, Ventositatem splenis & Hypochondriorum expellit. Recipe acetis acris, mellis, lib: 100. Radicis Fœniculi drach: 50. Aloes drach: 27. Agarici drach: 9. Conficitur sicut superior.

γλυκία for-
tassis hæc ap-
pellatur, à dul-
cedine et sua
uitate.

GENTIANA MAGNA.

Caput. 373.

Optima Apoplecticis, & ad eos qui subitanea gutta obmutescunt, facit ad lesiones pectoris & pulmonis, dolorem stomachi & hepatis emendat, Splenicis & calculosis subuenit, Elephanticis & Hydropicis priuatim medetur, Typice febrientibus paragorian præstat, & ad eos qui uenena biberunt, & a uenenatis animalibus comor si fuerint, bibitum & locis patientibus applicatum liberationem pollicetur. Recipe Myrrhæ. Gencianæ, Diptami, Aristolochiæ rotundæ ana drach: 8. & scrup. 1. Nardi, Costi, Absinthij, Pulegij, Baccarum lauri, Petroseliniana ana dra: 8. mellis qd sufficit. De in modum auellanæ cum tepida.

GENTIANA MINOR.

Caput. 374.

Apta ad lumbricos expellendos, & cætera animalicula quæ intra corpus nocent, cum decoctione absinthij uel fabæ lupi potatum, podagricorum dolores intolerabiles, sine mora emendare dicit, Recipe corticis Gē-
d tianæ

NICOLAUS DE COMPOSITIO

tianæ, Aristolochiæ rotundæ, Colophoniæ ana dra: 27.
Myrrhæ dra: 9. Mellis quod sufficit, Dentur de eo dra: 3.
cum tepida.

GALBANES MAIUS.

Caput. 375.

Optimū Cephalalgicis & Hemicranicis, Arteriācis
& Dyspnoicis, tussē antiquā & recentē medicat,
pituitā pectoris & pulmonis abstergit, pleuriticis & Em-
pycis potenter subuenit, calculosis & colicis auxiliū præ-
stat, & mensuris imperat. Recipe Galbani, Calliæ, Leu-
copiperis, Opij, Styracis ana drach: 18, Croci dra: 10. Cinn-
namomi, Caryophyllorum, Nardi, Costi, Xilobalsami,
Pyrethri, Euphorbij, Cardamomi, Anisi, Amomi, Dau-
ci, Petroselini, libystici ana drach: 9. Castorei dra: 6. Mel-
lis quod sufficit, detur in modum auellanæ cum tepida.

*Scriptus co-
dex uidebatur
habere unc: nō
drach:*

GALBANES MINVS.

Caput. 376.

Hoc conducit arteriacis & tussientibus, de pulmone
& hepate humores per tussim potēter educit, pleu-
reticis & Empyicis medetur. Recipe Galbani, amygdala-
rum amararum ana drach: 4. Castorei, Myrrhæ, absinthij
ana drach: 3. Croci, costi, Opij, Gentianæ, Aristolochiæ,
ana dra: 2. Nardi, cinnami, castiæ, Glycyrrhizæ, asari, Ma-
stiches Tragacanthæ, succi Eupatorij, carpobalsami, anisi
seminis Sileris ana drach: 1. & semis, mellis quod suffi-
cit. Detur in quantitate castaneæ cum calida.

GLORIOSVM CAPVT. CCCLXXVII.

OPrimum ad dolorem totius capitis & Hemicranet
cum calida sumptum, ad grauē auditū & tinnitū
cum

NE MEDICAMENTORVM

cum decoctione cimini, & auribus instillatum mire facit, & ad dolorem dentium & gingiuarum tumorem, gingiuis affricatum, & in amineo uino tepidū solutū, & in ore retentum utilissimum est, in calida pulsa liquatum & gargarizatum, ex frigido rheumate uiam pendentem releuat, & faucium tumorem, sputamina educit repressa, Arteriarum & spiritualium pororum aspredines lenit, uocē clarificat, asthmaticis suspiriosis & tussientibus cum nitri decoctione medetur, Stomachicis & Hepaticis, Spleneticis cum oximelitis cyatho, Nephreticis & colicis cū pulsa calida, Lumbricos, uermes & tineas cum nigellæ apozemate interimit & interemptos educit. Recipe Nitri, Opii, ana drach: 3. Croci, Nardi, Pyrethri, Hellebori nigri, Salis lucidi, Euphorbij, Cardamomi, Leucopiperis ana drach: 1. & semis. Mellis quod sufficit.

GEMA EXPERTA EPILEPTICIS ET
paralyticis. Caput. 378.

Recipe Foliorum saluix 100, nisculos terrestres totidem, Bardane radicis maioris rotulas tres ponderantes unc: 1. Aquæ, Vini, Mellis, Caturimatis patientis ana drach: 2. Fac sic. Folia saluix nisculos, & Bardani radices, in mortario diutissime tere, cumq; bene pertrieris, sic aquam, uinum, mel, & Caturima, superfunde, & tã diu omnia manibus fricando commisce, donec in unum corpus redigantur, & in saccululum per quod pigmentū colatur funde & in uase coopertum lintheamine distillandum colatur ita tamen ut turbidū quod prius exit in uas subingredi non permittatur, donec clarescat, & inde patienti mane & uespero phiala una propinetur.

d ij Catha

NICOLAUS DE COMPOSITIO =

Catharina conijcio legendum esse. Catharinos enim & Catharina purgationem significat. Erasmus uertit subinde sterquilinum.

Onisci & oni latine millepedæ & multipedæ dicti sunt uermes qui sub aquarijs uasis nascuntur, & ad contactū se in globū contrahunt. Nisi sculos autem Itali uocant uermes terrenos, quasi corrupta græca uoce. Cum Græci γῆσ ἔρτεγα idest intestina terra appellare sinu solui. Appellatur hoc apud Græcos σακκίλειον & σακκίλιον idest per saccum excolare. Frequenter enim crassiores decoctiones ita excolabantur, ut liquidiore fierent. Ob eandē causam etiā uina quædam per saccū colabatur.

Et in sacculū infunde &c.

GEMA PARALYTICIS EXPERTA,
maxime eis quibus lingua detinetur.

Caput. 379.

Videbatur etiā
am legi posse
Nere. Itea autem
tem latinis est
salix.

Recipe Iteæ, Eleisphaci ana folia 100. Melanopiperis grana 8 i. Rotulæ Radicis Mandragoræ uiridis drach; 9. Castorei scrup; 9. Austeri uini & albi phyalas 9. Fac sic. Hęc omnia triduo in uino infusa lento igni ad tertiam decoque, & pereleganter cola, indeq; patienti phytolite mane propinetur, & in domo obscura decubat, ut nullus præsto sit præter unū qui eum custodiat, circa uero sextā horā, pullū gallinacē elixum cū iure suo accipiat, & panem fermentatū, uinūq; leue & albū, & hoc per tridū fiat.

GEMA EXPERTA CONTRA OMNIA GENERA Paralyfis, maxime contra illud quod oculos

& os contorquet, & dicitur a medicis Spasmos Cynicos, idest cōuulsio canina. Ca: 380.

Spasmus Cynicus.

Recipe melanopiperis grana 300. Calaminthæ foliorū uiridiū, mādragoræ corticis uiridis, Castorei ana un; 4. & si inueterata fuerit passio, adde antimonij et opopanacis

NE MEDICAMENTORVM.

panacis, ana unc: 3. Vini boni Phy: 10. Ita confice. Herbas simul contusas cum uino ad medietatem decoque & cola deinde puluerem specierum adiunge & inde patiens tri/ duo mane Phy: 1. Accipiat & ieiunet sequentibus sex ho ris.

GEMA PROBATA ICTERICIS.

Caput. 381.

R Ecipe Aquæ decoctionis Lappæ, drach: 18. Corticis Myrobalani drach: 9. Succipungentium & adurentium urticarum phy: 1. Confice ad hunc modum. In decoctione Lappæ, Myrobalani subtilissimum puluerem per diem & noctem infunde, Alio die lento igni calefacto phyalam succi adde & bene commisce & sic mane patiēti propina, qui ad sex horas ieiunet.

GEMA HYDROPICIS APTA.

Caput. 382.

R Ecipe Aquæ lib: 6. Mellis 2. Corticis mediani sambuci & Radicis Tithymali, ana libr: 1. Tartari dra: 36. Nitri, Euphorbij ana drach: 9. Fac sic. Radicis Tithymali, & sambuci cortices ad modum electuarij tritas in melle & aqua biduo infusas, humili loco ad medietatem decoque, & diligenter cola, abiectisque herbis sic puluerem terendorum admisce, & inde calida mane phy: 1. propina & ieiunet ad sextam & hoc sæpius tribus diebus interpositis fac.

GEMA EXPERTA SPLENETICIS ET

Podagricis, Caput. 383.

d iij Recipe

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Alypiadon
Alex. Trallia-
nus uocat Cha-
m.elean Aliam
Alypon herbā
describit Diosc.
li. 4. ca. 173.

Pro plenidon
uero uidetur

egen-
Quo
us in
lios.
lenis
unde

plenidon appa-
ret corruptum
formatum cor-
ruptius.

R Ecipe aquæ lib: 6. mellis 2. Radicis titymali & aly-
piados, ana lib: 2. uel 1. Capparis plenidon hellebo-
ri nigri, Hermodactyli, Vrticarum radicum & foliorū ana
drach: 50. Seminis citri, asparagi, miliij solis ana drach: 27.
Zingiberis diagridij, Euphorbiij, agarici ana drach: 18. ad
hunc modum confice Herbas omnes & semina cōtrita in
aqua & melle per diem & noctem humili foco ad tertiam
decoque abiectisq; retrimentis sic puluerem terendorum
adiunge, & inde cum opus fuerit quater in mense phy: 1.
tepidam calide mane patienti propina, sæpe diebus septē
per uices interpositis.

GEMA EXPERTA ILIOSIS ET VENTOSI-
tatem in Intestinis patientibus.
Caput. 384.

R Ecipe aquæ lib: 2. mellis lib: 1. & semis radicū Poly-
podij, & Iridis Illyrici uindium ana drach: 8. anacar-
di drach: 27. Agarici drach: 18. Confice ita. Hæc omnia
contrita per diem & noctem in aqua & melle infusa lento
igni ad medietatem decoque & cola, indeq; tribus diebus
continuis phy: 1. propina.

GARGARISSATIO CAPVT. CCCLXXXV.

A D dolorem capitis totius & aurium surditatem &
frigidū rheuma. Recipe Aceti aminei lib: 2. Cyclas-
mini, Glechonis, Hyssopi, Coleni, uiridiū ana dra: 10. zin-
giberis, staphisagrie, Sinapi ana drach: 6. Confice ita, Her-
bas contusas in aceto pridie infusas lento igni ad mediet-
tatem decoque, & cola, abiectisq; herbis, subtilissimum
puluerem

NE MEDICAMENTORVM.

puluerem terendorum adhibe, & iterum modicum bulli,
& cum opus fuerit patiens gargarizet.

GARGARISMVS. CAPVT. CCCLXXXVI.

AD tardum dolorem capitis, & grauedinem, & oculorum hypopya & pterygia ex melancholico humore facta. Re. Sapæ, aceti ana lib: 1. Cissi terrestris, buglosæ, Strutij, Hellebori ana drach: 5. Confic tur sic. Herbas omnes in sapa & aceto biduo infusas, ad medietatem decoque & cum percoctæ fuerint cola, & sic puluerem teredorum decoctioni admisce, & cum opus fuerit pyrotico saculo capiti applicato patiens Gargarizet.

Hypopyon est quando pus subcornea oculi colligitur. Arabes Saniem in cornea uocat. Pterygion autem est quando membrana neruosa ab angulo oculi maiore oritur pertingens usq; ad Iridem oculi interim etiam pupillam operiens. Vaguis latinis et ungula barbaris hoc malum appellatur.

GARGARISSATIO AD TVMOREM FAUCIUM & Synanchen. Caput. 387.

REcipe Pusce, Careniana lib: 1. Succij Mororum, ficuum pinguium decoctionis ana drach: 50. Agnifoliorum, Itææ Pegani ana drach: 18. Croci, Balaustrorū, roris Syriaci ana dra: 9. Fac sic. Herbas & species omnes contritas & pulsam & Carenum, decoctionem ficuum, succumq; Mororum lenes ad prunas ad medietatem decoque & cola, abiectisq; herbis inde cum opus fuerit patiens gargarizet.

Garga

NICOLAUS DE COMPOSITIO

GARGARISMVS. CAPVT. CCCLXXXVIII.

AD Exanthemata oris & palati ex acri Rheumate facta. Recipe Aminei uini libr: 1. Croci drach: 6. Lycopij drach: 6. Fac ita, Crocum & litium contritum in uino die & nocte infunde, Alio uero die in mortario ditissime commisce, cumq; opus fuerit, patiens inde ore pleno gargarizet hoc ter in die iteret, & miraculum operabitur.

Aminea uina, quorum toties meminit, describenda uidentur Diosco. eequidem li. 5. ca. 19. Vina inquit quæ ex Amineis uuis sunt tentant caput, noxia sunt stomacho & inflationes faciunt. Generosæ namq; sunt uinæ Amineæ, fuerunt enim Aminei populi ubi nunc salernum est. Deprehendimusq; uina talia non rubra sed alba progigni.

GARGARISATIO AD VSTIONEM FACIUM & ENCAUSIN LINGUÆ.

Caput. 389.

Recipe Aquæ fontanæ lib: 2. Violarum drach: 10. seminis lini, Psyllij, succi Glycyrrhizæ ana drach: 4. Confice ad hunc modum. Hæc omnia in aqua biduo infunde, tertio uero die competenter lento igne decoque, & cola per quam diligenter, cumq; infrigidatum fuerit, patiens inde gargarizet.

GARGARISMVS. CAPVT. CCCXC.

AD propendentes uuas, & fauces oblesas ex calida distemperantia. Recipe Pulcæ lib: 1. granatæ acide succi drach: 50. foliorum Rosarum, Croci, ana drach: 9. Acaciæ, Omphacij Mororum immaturorum pulueris, ana

Granatam uideatur appellare, quod medicum malum granatum rectius nominant.

NE MEDICAMENTORVM.

ana drach: 8. Amyli, Balauſtiorum ana drach: 5. Fac ſic.
 Species omnes tritas, & in puluerem redactas, in ſuccū &
 pūcā pridie inſuſas lento igni ad medietatē decoque, &
 cum inſrigidatū fuerit, inde quidem patiens gargarizet.

HYGIA, CAPVT. CCCXCI.

QVæ inuenta eſt apud Romanos optima ad ſubſcripta, nā qui ea uſus fuerit, a malis aquis & a fordidis nebulis illeſus exiſtit, facit etiam cephalalgicis, Hemiranicis & ad ſupercilij dolorem, & oculorum, ad dentium dolorem & gingiuarum rheumatifimum, & Synanchē in ore retēta, gargarizata ſeu ſumpta peculiariter medetur, Aſthmaticis, tuſſientibus & phthiſicis opitulatur, dolorem ſtomachi curat, ſaſtidium aufert & uomitū amputat, Empycis & pleureticis quemadmodum cephalalgicis prophilaeticum medicamen eſt, Hepaticis & Spleneticis & Iliofis ſubuenit, Hydropicis & quibus crudi & pingues humores per interanea oberrando tormentum excitant, auxiliatur, Nephreticos & colicos dolores mitigat, fluxum oris ſiſtit, podagricorum moleſtias ex frigido factas temperat, Statim enim cum Epota fuerit ſudorem prouocat. Recipe ſeminis Hyoſcyami drach: 16. Opij drach: 10. Coſti drac: 8. Myrrhæ, Opopanacis, Scordei, Origani, ana drach: 6. Syracis calamitæ, Galbani, Agarici, Gentianæ, Pegani, Strachados, Praſſij, Cardamomi, ana drach: 5. Baſſami, Nardi, Croci, Schoenanthus, Thymiamatis amoniaci, Terebinthinæ, Caſſiæ, corticis Mandragoræ, Eringij radicis, Roſarum, Eupatoriij, Euphorbij, Carpobalſami, Melanopiperis, Libyſtici, Dauci cretici, ſeminis ſceniculi, ſeminis Trifolij, Polij ana drach: 4.

c Mellis

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Mellis quod sufficit, Detur ad magnitudinem fabæ Aegyptiacæ cum tepida.

HYGIA CAPVT. CCCXCII.

QVæ proprie faucium & uiræ distemperantijs subuenit, antiquos tumores reprimat, suspirium et tussim compescit, uocem obscuram aliquo casu factam clarificat. Stomachi dolentis uitia & acidus ructus emendat, Hepatis & Splenis duriciem soluit, Auriginosis pristinum colorem reddit, pleuresis dolores, & intestinorum tormenta placat, lliosis, Nephreticis & stranguriosis opitulatur. Calculos & barenas expellit, Dysentericos cum uino Myrtino curat, sanatur infantem mortuum de utero sine ullo labore excludit, Menstrua deducit, Quotidianarios, Tertianarios & Quartanarios medicatur, & omnem tranquillitatem facit. Recipe Leucopiperis drach: 22. & mediam, Zingiberis, Petroseliniana drach: 12. & semis, Cymini drach: 14. seminis marathri drach: 12. Pulegij, Hyssopij, Brathei, Baccarum lauri, Carui, ana drach: 11. Caryophyllorum, Costi, Pyrethri, Celticæ, Pegani, Melanopiperis, Ammeos, apij, anethi, ana drach: 9. Cinnamomi, libyistici seminis ana drach: 6. Nardi, Syracis calamitæ, seminis nasturcij, nitri usti, macropiperis ana drach: 4. & semis, Zedoariæ drach: 4. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ.

Hidrotopoeon dicitur, hoc est sudorificum et Olympiacum ab autore suo.

HIDROTOPOEON OLYMPIACVM.

Caput. 393.

HOc optime somnum præstat, angustias omnes auert, fert, sanguinem in ingentibus proficit, & omnibus nephre

NE MEDICAMENTORVM.

nephreticis & uesicæ causis cum apozemate castorei me-
detur. Prosperum autem est ad sedandas Quotidianas,
Tertianas, Quartanas, & omnes accessiones februm, su-
dorem etiam in criticis diebus prouocat. Recipe Cinnamomi, drach: 18. Croci drac: 13. & semis, nardi, myrrhæ,
libani, Opij, corticis mandragoræ, macropiperis, anisi,
ammei, Selini, Sileris, seminis Hyoscyami, ana drach: 9.
Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3.

HIDROTOPEON HELIOTROPIVM

Caput. 394.

Conducit ad dolorem capitis, somnificum est, tussim
sedat, Stomachi dolorem & omnes angustias com-
pescit, Quotidianarijs, Tertianarijs, & maxime Quarta-
narijs ante horam accessionis oblatum cum omni celeris-
tate succurrit, sudorem etiam prouocat. Recipe Croci,
anisi, ammeos, ana drach: 2. Myrrhæ drach: 9. Thuris,
Opij, corticis mandragoræ, Chamedryos, apij, petroselinis
ni seminis Hyoscyami drac: 5. Mellis quod sufficit, detur
in modum auellanæ.

HIDROTOPEON CAPVT CCCXCV.

Somnificum est, dolorem stomachi, omnes accessio-
nes & febrè placat, & sudorem prouocat. Recipe Stry-
racis, myrrhæ ana drach: 6. Thuris, Opij, mandrago-
ræ, Petroselini ana drac: 4. Croci, Galbani, Chamedryos,
Anisi, Hyoscyami ana drach: 2. & scrup: 2. Mellis quod
sufficit, detur in modum nucis myristicæ.

e ij Hydros

NICOLAUS DE COMPOSITIO

HIDROTOPOEON CAPVT CCCXCVI.

Quod prodest ad dolorem stomachi, & omnium interaneorum medetur. Illois, calculosis, colicis, cephalicis & dysentericis, Stranguriam soluit, Quotidianarios & Quartanarios typos emendat, somnum conciliat & sudorem prouocat. Recipe Myrrhæ, Opopanacis ana drach: 18. libani, opij, cyperi, acori, peucedani, Iridos, Mandragoræ, Celticæ, Mille folij, melanopiperis, marathri, anisi, Ammei, Sileni, Hyoscyami, Ruptiana drach: 9. Mellis quod sufficit, Detur in modum auellanæ cum tepida.

Puto Selini id est Apij esse legendum.

Fortassis nigri legendum erat

HYDROGOGVM QVOD DICITVR
Diascylles. Caput. 397.

Optimū Epilepticis & Melancholicis, Dyspnoicis, cardiacis, Stomachicis, & Hydropicis subuenit, Splenicis & colicis peculiariter medetur. Recipe Scylle coctæ, lactis Tithymali ana unc. 36. Polypodij, Alypiados, corticis capparisi ana unc: semis. Nardi, Afari, Iridos Melanopiperis, petroselini ana unc: 3. Mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ Hydropicis cum oximelite, Dyspnoicis cum mulsâ, Splenicis cum uino.

*Appellata uideatur Hydro-
picra ab eo quod
amara existens
aquam Intercu-
tem trahat.*

HYDROPICRA CAPVT CCCXCVIII.

Quæ aquas maxime de tunicis uentris educit, conducit ad eos qui ex pinguibus humoribus uentositatem patiuntur, Hepar & Splenem eximie curat, Accipitur autem per dies nouem cum Hydromelite, quia nullas molestias facit. Recipe Aloes, Mastiches ana drach: 18. Nardi

NE MEDICAMENTORVM.

Nardi, Folij, Costi, Reupontici, Afari, Rododaphni, amomi ana drach: 9. Mellis partes 3. Lactis Tithymali 2. Dosis eius drach: 3. cum tepida aut uino aut mulla.

ISO THEOS MAGNA.

Caput. 399.

Que accommodata est Dyspnoicis, Tussientibus et Phthificis, dolorem Stomachi & Apostema in eo subuenit, Pleureticis & Hypochondriacis & Iliosif phreticis & Colicis medetur, Ventre sistit & fluxum sanguinis prohibet. Recipie Dauci, Cassiæ, ana drach: 10. & scrup: 2. Balsami drach: 10. & scrup: 1. Cinnamomi, Nardi, Croci, Styracis, Opij, Libani, succi Mandragoræ, ana drach: 10. Mastiches, Roris Syriaci ana drach: 9. Castorei Amomi, ana drach: 7. & scrup: 1. Succi Glycyrrhizæ, drach: 6. & scrup: 2. Costi, Myrrhæ ana drach: 5. Mellis quod sufficit, Detur in modum auellanæ cum tepida.

Actius li. 9. ca. 32. Hæc appellat Isotheo Colicam Nicostri, et duobus talentis emptam aliquando prodit. Addit autem piper album et longum et galbanum & sagapenum.

ISO THEOS MINOR.

Caput. 400.

Optima ad Catarhum & humidam tussim, auxilia sunt Peripleumonicis, Pleureticis, Hepaticis, Spleneticis, Celiacis & Dysentericis medetur. Recipie Balsami, Cinnamomi, Croci, Cozumbi, Opij, Hyoscyami, ani si ana drach: 18. Libani, Myrrhæ, Celticæ, Iridos, Acori, Peucedani Mandragoræ, Piperis, Ameos, Dauci, Marathri ana drach: 9. Mellis quod sufficit. Detur in modum Castanæ cum tepida.

e iij Cozumbrum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Cozumbrum alij scribunt, & tradunt esse thymiana uel incensum illud
deorum uel thus Iudeorum. Docentq; cozumbrum esse feces Styracis li-
quidi. Est igitur styrax ruber, quo Iudei in synagogis suis pro suffitu utuntur.
Licet omne bene redolens suffumigium Cozumbrum interpretari pos-
sit. Iacobus Manlius.

ARTERIACA GALENI CAPVT. CCCC I.

Hanc Arteriaca ab auctore, suo loco non expressam
sed ad hunc locum transcriptam, quia Galeno eam
tribuit praeterire nolimus. Cōfert enim ad tussē & fau-
cium asperitatem, Raucedinem ex Phthifica passione na-
tam, & sanguinis reiectionem emendat. Recipe Tragacā
thæ, Gummi Arabici, ana drach: 13. & semis, carniū Da-
tylorum drach: 6. Smyrnes dra: 2. & semis, Croci drach:
2. Libani drach: 1. & mediam, succi Glycyrrhizæ, Leucop-
iperis ana drach: 1. Passi & mellis quod sufficit, detur sub
lingua tenenda.

IUSTINVM CAPVT. CCCC II.

Est expertum ad eos qui sanguinem Vomūt, et cibos
continere nequeunt, & qui fractum thoracem habēt
curat, Stomachicis, Splenicis, & Hydropicis proficit,
Nephreticis, Calculosis, mucos mingentibus, & uesicæ ul-
cerationem habentibus ter exhibitum salutarum est, Co-
licorum tumores & inflationes sine mora dissoluit, & ad
multa alia optimum est. Recipe Folij, Costi, Petroselinij
ana drach: 16. Balsami drach: 14. Zingiberis, Calliæ fistu-
læ asari, Meliloti ana drach: 12. Cinnamomi, Agarici, si-
nopidis, Leucopiperis, Amomi, Selelei, ana dra: 8. Dau-
ci

NE MEDICAMENTORVM.

ei Cretici, drach: 6. Acori, Cymini Athiopicæ, ana drach:
4. Mellis quod sufficit. Detur ad magnitudinem fabæ
ægyptiæ cum tepida.

IVSTINVM CAPVT. CCCCIH.

Optimum ad dolorem Renum, quod calculos frāgit
& Harenas expellit & Stranguriā soluit. Recipe
Cinnamomi, Folij, Costi, Nardi, cassiæ, Aristolochiæ ro-
tundæ, Elenij, Hysopi, pulegij artemisiæ, pentaphylli,
Leucopiperis, Orobi, petroselinij, libystici, Olsatri, semis
urticæ saxifrage, Iuniperi, sileris, seminis asparagi, apij,
Anethi, seminis pegani, Granorum solis, seminis Citri, fo-
niculi, Baccarum Lauri ana drach: 9. Mellis quod sufficit.
Detur ad modum Auellanæ cum tepida.

IDRIVM CAPVT. CCCCIH.

Hoc auxiliatur non dormientibus, & mente alienas
tis, Hemoptoicis & pleureticis medetur, Dysentes
ricis & Colicis subuenit, & menstrua astringit. Recipe co-
sti drach: 1. Nardi, Libani, Myrrhæ, Opij, Reupontici,
Macropiperis, ana drach: 2. Mellis quod sufficit. Dosis ei-
us drach: 3. cum tepida.

HIERA PICRA.

Caput. 405.

Facet ad diuersas capitis & auriū & oculorū distēp-
rātas. stomachū quoq; optime purgat, affectiōes he-
patis emendat, splenis duritiem & densitatem emollit, &
extenuat.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

extenuat. Renibus & Vesicæ prodest, & matricis distem-
perantiam emendat. Recipe Cinnamomi, Spicæ, Croci,
Schænanthus, Asari, Xilobalsami, Xilocastiæ, Carpobalsami,
Violæ, Absinthij, Epithymi, Agarici, Rosæ, Turbit,
Colocynthidos, Mastiches ana drach: 9. Aloes ad pōdus
omnium specierum, uel 135. Mellis quod sufficit. Dosis
eius drach: 3. cum abstinentia in calida. Si uero in pilulas
informas, dabis 15. cum tepida.

HIERA RUPHI CAPVT. CCCCVI.

Monopagian
quidam appel-
lant dolorem
quo capitis
quarta pars la-
borat.

QVæ proficit omnibus inueteratis passionibus capitis
tis uidelicet Maniæ, Melancholiæ & Epilepsiæ, De-
struit autem antiquam Cephaleam, Hemicranicum dolo-
rem & Monopagicum: Vertiginosos, stomachicos, Anar-
lepticos & Catalepticos & eos qui fumo stomachi caligine
nem sentiunt, ita ut in subitaneum timorem incidant uel
qui uetustitate stomachica tinnitum aurium patiuntur ut
in furiam agantur usurpata ab imminentibus liberat peri-
culis. Deponit autem Cacochymiam stomachi, Hepatis,
& splenis, Impetiginosis & Elephanticis, Arteticis & Po-
dagricis summum auxilium est, & menstrua ducit, datur
quoque Rheumaticis. Recipe Aloes unc: 12. Hellebori nigri
et albi unc: 6. Diagridij, Colocynthidos, interioris ana
unc: 4. Nitri, Euphorbij, Polypodij, salis Ammoniaci ana
unc: 3. Piperis, Chamædryos, Croci, Agarici, Mastiches,
Epithymi ana unc: 7. Cassiæ fistulæ, Xilobalsami, Opopo-
panacis, Gitteris ana unc: 1. Myrrhæ drach: 3. Mellis
quod sufficit. Dosis eius Cochlearia 2. in mulla, Epilepti-
cis diebus 12. Arteticis & Podagricis diebus 20. uel 30.
Hiera

NE MEDICAMENTORVM.
HIERA FORTISSIMA GALENI.

Caput. 407.

VTilis est cephalalgicis, Scotomaticis, idest uertiginosis, Epilepticis, melancholicis, apoplepticis, paralyticis, & his qui maniam patiuntur, alopecix, lethargicis, & qui per somnum meditantur mortem, ad aurium tintus, ad oculorum passiones, fauces & arterias purgat, dentium dolorem compescit, uocem claram facit, Astmaticos, Orthopnoicos & Chronicas egritudines sanat, pleuréticos, hydropicos, Ictericos, ad duritiē Hepatis, & spleneticos prodest, Artericis, colicis, celiacis, dysentericis medetur. Nephreticos & Ischiadicos releuat, Phlegmaticos, Quartanarios, Hemitriticos adiuuat, febres oēs auertit, Alphosos, Zermosos & Elephantiacos purgat, Venenis obstitit, canerosis proficit, & mulierū uitia emendat. Recipe colocynthidos, Scyllæ, agarici, ammoniaci, Hellebori nigri, Silphij idest piperis communis ana unco. Dipytami, polypodij, Bdellij, chamedryos, succi Brassicæ, castisæ ana unco: 8. Smyrnæ, Sagapeni, aristolochiæ longæ, piperis longi & albi, Cinnamomi, opopanacis, castorei ana unco: 7. petroselinij absinthij, piperis nigri ana unco: 4. Aloes unco: 3. mellis quod sufficit. Dentur ex eo drach: 2. uel 3. mane cum aqua calida.

Alphos est species uutiliginis

Annotatum
erat in scripto
codice Silphij
esse Asam mīdam.

Aetius li. 3. ca. 117. Hanc Hieram miris extollit laudibus, et in nonnullis q̄q̄ paucis simplicibus uariat medicinis hanc hieram componentibus.
Zerna est impetigo græcæ Lichen appellata de qua nemo diligentius prodit Nico. Leoniceo in li. de morb. Gallico.

HIERA GALENI CAPVT. CCCCVIII.

HAec est auxiliante domino præciosissima, cui potestas & gratia data est immensa: totum corpus roborandi

NICOLAUS DE COMPOSITIO

randi & erigendi, & ad sanitatem perfectam reuocandi,
 est enim ualidior omnibus, sicut ipse Galenus affirmans
 ait, Tam salubris est ut possit pluribus annis hominē rite
 sanum conseruare, Quod si plenam & integram eam elā
 borandi operam impenderis secundum testimoniū eius
 uirtutem talem cognosces, Recipe Specierum 14. Helle
 borī nigri drach: 12. Colocynthidis interioris, Diagridij,
 Scyllæ assæ in pane, agarici, acori ana drach: 10. Aloes
 drach: 19. Epithymi, chamædryos, prassij, cassiæ fistulæ,
 Hyperici, ana drach: 8. Piperis albi, & nigri, & longi, cin
 namomi, opopanacis, castorei, petroselini, aristolochiæ lō
 gæ, myrrhæ Troglodyticæ, ana drach: 4. Spicæ indicæ
 drach: 3. Amoniaci drac: 1. Mellis quod sufficit, dabis de
 ea in modum Castaneæ, cum tepida uel mulsā.

HIERA ALIA GALENI.

Caput. 409.

HAec quasi supra scripta conficitur, humores omnes
 purgat sine labore, nullam inferens molestiā, neq;
 lassitudinem aut puncturam, sed sollicite operando pur
 gat Cephalalgicos ad Epilepsiam, Melancholiā, Maniā,
 & aurium uitium proficit, caliginem refecat, Suspiriosos,
 Asthmaticos adiuuat, & uocem claram facit, Stomachū
 purgat, paralyticis auxiliatur, Hepaticis Enphraxes &
 duritiem Splenis, & uentositatem eradicat, Hypochon
 dria ex uentositate uel aliquo humore cōpatientia curat,
 Menstrua deponit, Arteticis, Nephreticis, Ischiadicis,
 Podagricis auxiliatur, curat impetigines et malas scabies,
 & Elephanticos & leprosos & alphas sæptus data ieiunjs
 cum Diagridio & Euphorbio, & communi sale purgat,
 Cancros

NE MEDICAMENTORVM.

Cancros & uitiola uulnera deficcando constringit. Recte
 pe Colocynthidos interioris, aloes, agarici, acori, ammo
 niaci Thymiamatis, diagridij, Hellebori hyperici, Scyllæ
 affe, polypodij, Euphorbij ana unc: 10. Epithymi, prassij,
 Calliæ ana dra: 8. Croci, chamædryos, ana dra: 5. myrrhæ
 Troglodyticæ, Sagapeni, aristolochiæ longæ, piperis al
 bi, & longi, & nigri, cinnamomi, opopanacis, castorei, pes
 troselini, Bdellij, Stæchados ana dra: 4. mellis qd sufficit.

HIEROLOGODION EMPODISTON HOC EST

impeditum, eo quod curat sermonem impedi
 tum undecunq; contigerit.

Caput. 4 10.

EXterminat diurnas & inueteratas passiones, idest
 maniam, ad omnes melancholias, Epilepsias, Scotom
 maticos idest uertiginosos & spumantes caducos, & qui
 sibi præmordent linguam, cephalalgicos, Hemicranicos,
 & qui ita uexantur ex capitalibus commotionibus, ut uis
 deantur quasi demonum habere, qui appellantur Spatic
 ci, data purgat, ne incendium aut Lipotomia generetur
 corpori quod supra scriptis passionibus subiacet, quibus
 inuitis etiam medetur. Paralyticis & tremulis subuenit,
 datur indigestis, Cardiacis, Pleureticis, Hepaticis, Sple
 neticis, Elicit menstrua, Nephreticos, Arteticos, &
 Ischiadicos subleuat, Venena & uenenatas passiones &
 morsus admodum persanat, Lepras & uarias Zermas
 emendat. Est autem sine ullo periculo, neq; alias mor
 lestias infert accipientibus, daturq; de ea ter in mense
 pondus drachmarum trium, cum mulsæ Cyathis. 3. &
 Salis Cochlear: 1. Recipe Colocynthidos interioris,
 f ij Poly

*Spaticus dicitur, quasi mali
 gno spiritu cor
 reptus, qui in
 loco eodem ne
 quit consistere
 sed subito mo
 uetur. Vtitur
 Plinius li. 25.
 ubi de spaticis
 et repente ex
 pauescentibus
 facit mentionem.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Polypodij ana drach: 20. Euphorbij, Polij, Cocognidij id est seminis laureolæ, ana drach: 17. Absynthij, Myrrhæ Troglodyticæ ana dra: 12. Centaureæ, ammoniaci Thymiamatis agarici, folij, Scyllæ, Diagridij, Spicæ ana drach: 10. Aloes, comarum Thymi, cassiæ, chamedryos, Bdellij, Prassij ana dra: 11. Cinnamomi, Opopanacis, Castorei, aristolochiæ longæ, piperis albi & nigri, & longi, croci, Sagapeni, petroseliniana drach: 5. Hellebori albi & nigri ana drach: 1. Mellis optimi quod sufficit. Confice diligenter & repone in doleo uitreo, cumq; opus fuerit, utere.

HIERA LOGADII EX DESCRIPTIONE
ne Actij. Caput. 411.

Aetius Lib. 3.
Capite. 116.

PVlpæ colocynthidis drach: 20. Scyllæ affatæ, agarici, ammoniaci Thymiamatis, Scammonia, corticis Ellebori nigri, Hyperici ana drach: 1. Epithymi, Polypodij aridi, Bdellij, aloes, chamedryos, Marrubij, Cassiæ, ana drach: 8. Myrrhæ Troglodyticæ, piperis albi, piperis nigri, Cinnamomi, croci, opopanax, Sagapeni, castorei, petroselini, aristolochiæ, ana drach: 4. Assumito in melle exhibitio integra, drach: 4. media, 3. minima 2. Vbi uero exhibenda sit, addito salis cochlearium semis.

HIERA RVFI EX DESCRIPTIONE
Aetij libro eodem. Caput. 412.

PVlpæ Colocynthidis drach: 8. Chamapityos, Chamedryos, agarici, marrubij, ana dra: 10. Sagapeni, cassiæ, ana dra: 5. Opopanax dra: 8. petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi ana dra: 5. Cinnamomi, Spicæ nardi, croci, myrrhæ Troglodyticæ, polij, ana dra: 4. assumito in melle

NE MEDICAMENTORVM,

melle, exhibitio integra drach: 4. cum Melicrato & sale.
 Educendo enim plurima a capite habet quod ad prudentiam cōferat, propterea uertiginosis, capitis grauitari, glaucomatibus, quæ pridem frustra tentata fuerint, Comitiali morbo, affectibusq; uniuersis functiones animæ evertentibus, tale medicamentum exhiberi consuevit, item ad memoriam reuocandam: nam ad Melancholicos morbos nō est huius medicinæ uulgaris utilitas, propterea in his sæpius iteranda est, alia profecto remedia uaria uarie componuntur, quæ sint ad certas quasdam ægritudines utiliora, id uero ad Melancholiam peculiare est, propterea ex ea *Melancholicorum curatio.*
 singulis diebus sumendum, quantum est fabæ magnitudo, non quidem purgandi gratia, sed quod summo perē coctiones adiuuet, & flatum discutiat, porro illud mihi obseruandum uidetur, ut in purgationibus singulis seminis Maluæ drach: 2. præbiantur.

HIERA LOGODION.

Caput. 413.

Quo utebatur Ptolemeus rex, & per nos re ipsa comprobatū est, contra omnia uitia quæ ex Melancholico humore gignuntur, ad lupinam maniam, Melancholiam, & omnes Epilepsias accomodum, spumantes & cōuulsos, aut linguam premordentes emendat, omnia autē qua uitia per annum datum tribus uicibus unoq; mense distantibus a se diebus decem, Accipitur autem citra molestiam & ad corporis digestionem, & ad sanitatem perducit plene & Excitat Lethargicos, & amentes sine febribus ad mentem reuocat. Prodest Stomachicis, pleureticis, hepaticis,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

paticis, Nephreticis & Ischiadicis, uenenis omnibus resistit, datur optime contra Elephantiam, morpheam & Impetigines extirpat. Recipe Piperis albi & nigri, Cinnamomi, Opopanacis, petroselini, Castorei, Aristolochiæ, Colocynthidos interioris ana drach: 45. Cassiæ, Chamædrys, hyperici, ana drach: 13. Agarici, Ammoniaci, Aloes, Ellebori, Scyllæ assæ, Diagridij, Polypodij, ana drach: 20. Epithymi, Myrrhæ, ana drach: 16. Folij, Nardi ana drach: 10. Bdellij, Prassij, Polij, ana dra: 8. Sagapeni dra: 5. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. uel 4. in aqua calida.

HIERA LOGODION . CAPVT. CCCCXIII.

Quod opitulatur Cephalalgicis & Hemicranicis & contra omnia uicia quæ ex Melancholia in Stomacho & in capite fuerint, suspitiones sine ratione & timores excludit, Contractiones neruorum & musculorum & pectoris dolorem emendat, Ventositates, Melancholias siue Phlegmonas in Stomacho, Hepate & Splene dolores generantes discutit, Alphis & Impetiginosis in initio proficit, Dosis eius drach: 2. uel 3. cum mulla uel calida quod si uolueris catapotia facere, poteris quidem informare addito diagridio ad libitum tuum, Recipe Colocynthidos interioris drach: 20. Cocognidij dra: 15. Cinnamomi, Scyllæ, Agarici, Ammoniaci, Scammonæ, Ellebori nigri, & albi, Hyperici, Epithymi, polypodij, croci, costi, fellis terræ, Absinthij pontici, ana dra: 12. Spicæ, castorei, a cori, ana dra: 18. Opopanacis, Sagapeni, ana unc: 3. Elaterij dra: 10. Aristolochiæ longæ drach: 22. Silphij, Schænanthus ana drach: 8. Euphorbij drach: 3. Mellis quod sufficit.

Hiera

NE MEDICAMENTORVM.

HIERA LOGODION THEODORETI
Archiauri, Caput. 415.

PVrgat humores abundātes nec angustiam facit, nec
anxietatem, sed confortationem & vires corporis pre-
stat, prodest melancholicis, epilepticis, Contractis & spu-
mantibus, et linguam mordentibus, spasmosis & hydropi-
cis proficit, & mēstrua educit. Recipe Epithymi, colocyn-
thidos interioris ana drach: 16. Stechados, Ellebori nigri,
Thymi, schenanthus, silphij, mastiches, costi, mei, amomi,
agarici, elaterij, salis lucidi, absinthij, ammoniaci, folij, scyl-
le coctæ, scammonæ, Aloes hepaticæ, euphorbij, myrrhæ,
Cocognidij, Asari, myrobalani nigri & rubei, ana dra: 12.
Polij, Casiæ, Chamædryos, centaureæ, Hyperici, Bdellij,
Prassij, piperis albi, Cinnamomi, Opopanacis, Libani,
Nardi spicæ idest, Nardostachyos Polypodij ana drach:
10. Sagapeni, macropiperis, croci, petroseliniana drach:
8. Castorei, aristolochiæ rotundæ, leucopiperis ana dra:
7. Iridos, sileris montani, seseleiphu, Hyssopi, Betoniceæ,
ana drach: 5. Lithi armeniaci, ceratiæ: 2. Mellis despumato-
rij quod sufficit, Dosis eius drach: 3. ter in mense cum Hy-
dromelite aut calida.

HIERA VINDICIANA.
Caput. 416.

QVæ mundat omnia Vitia, corporis maxime capi-
tis, Confert optime ad suffusiones oculorū & im-
pugines quas recentiores appellant, Catarractas oculorum,
& dentium vitia, decoloratos ab Hepate & Splene reddit
probe

Vide Theode-
recti duo medi-
camenta apud.
P. Aeginetani
Li. 7. ca. 11.

Ceratiæ tria cō-
stituit obolū.
Duo oboli sero-
pulum faciunt
In obolo præ-
terea chalcī
sunt octo Pau-
li. 7. ca. ultimo.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

probe coloratos, Elephatiam & imperigines purgat. Dosis eius infantibus drach: 2. Viris & mulieribus drach: 3. cum tepida uel mulla. Recipe Colocynthidos interioris, Aloes, Piperis albi, & nigri & longi, Chamædryos, Scamoneæ, Cassiæ, Zingiberis ana unc: 1. Succu Absinthij drach: 5. Costi, Euphorbij, Mastiches, ana drach: 4. Cinnamomi drach: 2. Mellis quod sufficit.

HIERA ALOETICA CAPVT. CCCCXVII.

Ab hac compositione non ab-
ludunt multū
duæ Aloetica
descriptæ ab
Aetio li: 3. Ca.
103. Meminit
idē quoq; Aloe
tici oribasij, ibi
dem ca. 108.

QVæ conducit Cephalalgicis, Hemitranicis, & Monopagicis dolorib⁹ capitis, ad omnia uitia de nigra cholera generata, Prodest etiam ad pectoris & lateris dolorem, Renum & coli, & ad incipientem Podagram, reprimat importunos sudores & angustias subito incurrentes aufert, Opitulatur enim crudis uentriculis & qui ex Cronica ægritudine conualescunt & decolorati sunt & mulierum uitij, Est autem sine molestia, datur uerno & temperato tempore. Recipe Chamædryos drach: 5. Agarici drach: 3. Aloes hepaticæ, Reupontici, Xilobalsami, Colocynthidos interioris, Diagridij ana drach: 3. Piperis albi & nigri, & longi, Schænanthus Gentianæ, Amomi, Costi ana drach: 1. Mellis quod sufficit. Dosis drach: 2. uel 3. cum tepida.

HIERA COLOCYNTHIDOS.
Caput. 418.

Hanc compositionem Aetius citato loco

Recipe Colocynthidos interioris drach: 2. Amomiaci drach: 1. & semis, Agarici, Scyllæ assē, Diagridij, Ellebori nigri, Hyperici, Epithymi, Polypodij, Prassij, Bdellij,

NE MEDICAMENTORVM.

Bdellij, aloes, chamædryos, castæ, ana unc: 1. Myrrhæ, pi
peris, croci, opopanacis, Sagapeni, camphoræ, petroselini,
aristolochiæ longæ & rotundæ, amomi ana unc: 1. Mellis
quod sufficit, dabis ut supra.

appellat Hiera
râ logadij quæ
omnes has sim
plices Medici
nas recipit pre
ter Amomum.

HIERA ARCHIGENIS EX EPISTOLA AD
Marsum de Melancholia, quæ sic conficitur.

Caput. 419.

Vide Paulum
Lib: 7. Cap: 8.

PVIpæ colocynthidis drach: 8. Chamædryos, agarici,
marrubij, Stæchadis, ana dra: 10. Opopanacis drach:
8. Sagapeni drach: 8. Petroselini, aristolochiæ rotundæ,
piperts albi, ana drach: 5. Cinnamomi, Spicæ nardi, myr
rhæ Troglodyticæ, polij, croci, ana drach: 4. assumito in
melle despumato, & in uitreo uase recondito, exhibitio in
tegra drach: 4. in alio drach: 3. cum melicrato sale adiecto
quantum est cochleare paruum, Melancholico enim affe
ctu dominante, egregia huius medicinæ uirtus excellit,
non tantum quia magnam humorum copiam per aluum
ducat, sed cum seorsum bilim atram euacuet, proprietate
quadam respicit id morbi genus. Confert & pleuritidi, fla
tuosisq; morbis utilissima est, optimam respirationem fa
cit, his quæ nutritionem impediunt e regione aduersatur,
colorem mirifice emendat, tum quod excolet sanguinem,
tum quia squalentem spiritum excitet, lucidioresq; red
dat, certe omnibus morbis qui ab atra bile eueniunt, præ
sidium huic comparandum haud facile inuenias.

HIERA IVSTI CAPVT. CCCCXX.

QVæ ad quæcūq; præcedens utilis est. Recipe Stæ
chadis drach: 30. Colocynthidos interioris, Cha
g mædryos

Hæc et Aetius
li. 5. ca. 20. &
P. lib: 7. ca: 8.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

diligenter de-
scripserunt,
quos consule-
re licebit.

mædryos ana drach: 25. Scammonæ drach: 16. Piperis nigri, albi, & longi, ana dra: 10. Ellebori nigri, ammoniaci, Croci, aloes, absinthij pontici ana drach: 8. Myrrhæ, Euphorbij, Libani, ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum tepida.

HIERA ASCLEPII CAPVT. CCCCXXI.

Optima medicina & experimentis nobilitata. Recipe colocynthidos interioris, piperis longi, albi, & nigri, chamædryos, casia, diagridij, ana unc: 1. Cinnamomi Myrrhæ, succi absinthij, guttæ ammoniacæ, Epithymi, Myrtæ nigræ, ana drach: 1. mellis quod sufficit. Dosis eius in modum auellanæ cum tepida.

HIERA PHILAGRII.

Caput. 422.

Recipe Colocynthidos interioris drach: 16. Chamædryos dra: 4. Ammoniaci drach: 1. Alij assumunt Cinnamomi dra: 2. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. in mulla interdum admiscens salis communis cochli: 1.

ALOETICVM PRIMVM PHILAGRII
bilem & pituitam ducens. Ca: 423.

PUlpæ Colocynthidis, Scammonæ, aloes, ana drach: 1. Mastichæ, Bdellij ana dra: 5. succi aut comarū absinthij, drach: 5. cum succo caulium pilulas confice ad citæceris magnitudinem, dato uigentibus drach: 1. rançij medicamentum optimum.

ALOETICVM SECVNDVM VALDE
expertum tresq; simul humores purgās.

Caput. 424.

Aloes

NE MEDICAMENTORVM.

A Loes, Epithymi, ana drach: 2. Colocynthidos, agari-
 cici ana drach: 1. Confice cum succo caulium, & da
 pilulas quindecim.

ALOETICVM TERTIVM, QVOD IN
 Tyro urbe conficitur. Caput. 425.

S Cammoneæ unc: 2. Aloes, drac: 4. Mastichæ, Bdelij,
 Spiperis, absinthij ana drac: 2. Confice cū succo citri &
 dato pilulas septem aut nouem, quod si egregie purgare
 uolueris habeant pilulæ exhibendæ, pondus scrup: 4.

HIERA IOSEPHI SACERDOTIS.

Caput. 426.

Q Vam insigni experimento confecit, iuuat dolorem
 capitis & maniam, & rheuma oculorum & aurium,
 & dentes dolore affectos, & paralytim, & eos qui mentis
 excessu laborant, singulis conjunctionibus solis & lunæ:
 frugifera est tussientibus, stomachicis, Hepaticis & Sple-
 neticis, mitigat febres, & frigora et uenenatas passioes ex-
 tinguit, morsui quoque uenenatorum animalium, idest scorpionij
 uel serpentis obsistit, leprosis et impetiginosis emolumenta
 tum adfert, ad sanguinis fluxum, siue per os siue per Hemor-
 rhoidas siue ad profluuium mulierum omnibus modis opitua-
 latur, uentris fluxum adimit, Arteticis, Nephreticis, Ischia-
 dicis & podagricis auxilium adfert. Re. Confessionis croco-
 magmatis, piperis longi, rosarum, opobalsami ana dra: 32. Iri-
 dis illyricæ dra: 20. Opium, agarici, croci orientalis, aloes ana
 dra: 16. Glycyrrhizæ, cinnamomi, radicis peoniae, libani,
 Piperis albi, Diptami, Epithymi, Oluatri idest Alexandrini *Olusatrum*
 dri, peucedani, aristolochiæ longæ ana dra: 12. Scyllæ assæ, quid.
 g. ij Nardi

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Thymbra.

Nardi celticæ, Schoenanthus, prassij, Stæchados, chama^æ
pythios, Spicæ, ammei, Elelisphaci, ammonici, Thymbre
idest Saturegiæ, maltiches, caryophyllorum, Dauicretti
ci, Hypocistidos Gummi Arabici, acaciæ, ana dra: 9. zing
iberis, pentaphylli, ana dra: 6. Petroselini, calamithes,
Terebinthinæ, Stæchados, phu, chalcitidis idest eruginis
æris, Gentianæ, anisi, cimini, carpobalsami, Tragacanthæ,
Cardamomi, Seseleos seminis piperde, Sagapeni, castor
rei, pegani, agni, seminis meconis idest papaueris, Seidie,
Apij seminis, floris Myrthæ, Styracis calamitæ, Ellenij,
Gallæ, cyparassiatæ, baccarū lauri, Labdani, asphalti, Gal
bani, Hyperici, Thiu apyru, camfumelelini, seminis lactu
cæ, Silphij, cyperiana dra: 4. Opopanacis dra: 3. Amom
mi drach: 2. Vini ueteris optimi, sextariū medium, Mel
lis quod sufficit. Dentur de ea dra: 2. uel 3. secundum sur
mentis uirtutem in fluxibus cum mulla alijs cum calida.

Pro lino uide=
batur etiam ly
cū legi posse.

Piperitidem legendum arbitror, quod Plinius auctoritate Castoris
Siliquastrum esse scribit, caule rubro longo densis geniculis folijs lauri se
mine albo tenui gustu piperis.

Seidam conijcio positam pro psidio idest corio mali granati. Nā que
nomina Arabica huc alludunt in pronuntiatione, non respondent instituto.
Seid nanq; brachij ossa significat, Sedia castiam, Seedes polium, Sedes mali
bathrum, Seedebr rutham & sedine hæmatidem lapidem.

ARCHIERA CAPVT CCCCXXVII.

Quæ admirandæ facultatis est ad oēs passioēs capitis
quæ ex melancholico humore & phlegmate fiunt
& ad caliginē, pficit etiā paralyticis, arteticis. Ischiadicis,
maxime podagricis et Spleneticis. Re. Diagridij dra: 20.
seminis cocognidij, elaterij, zingiberis, polypodij, hermos
dactyli

NE MEDICAMENTORVM.

daçtyli, Ellebori, Melonis ana drach: 10. bandaleno Bandaleno ca-
 Epithymi, Apij, Croci, Agarici, Mastiches, Bdellij ana do balanũ My
 drach: 8. Piperis drach: 5. Lactis Tithymali maioris na repficam idest
 scentis in locis Petrosis coquatur cum melle super carbo glandem ungu
 nes, donec rubea fiat, & ad mellis spissitudinem deueniat, entariam puto
 & sic temperentur supra scriptæ species. Dosis eius in mo appellasse. de
 dum fabæ uel minoris auellanæ cum calida. qua Diosc. li.
4 ca. 154.

HIERA PICRA. CAPVT. CCCCXXVIII.

Leuat diuersas capitæ & aurium & oculorum distem
 perantias & Stomachum optime purgat, casus He
 patis emendat, & Splenis duritiem & densitates mollit &
 extenuat, Renibus & uesicæ efficac est, & matricis distem
 perantias tollit. Recipe Cinnamomi, Spicæ, Croci, Schæ
 nanthus, asari, Xilocassæ, xilobalsami, Carpobalsami, Vio
 larum, absinthij, epithymi, agarici, rosarum, turbit, colo
 cynthidos, Mastiches, ana drach: 11. Aloes ad pondus
 omnium specierum, uel drach: 135. Mellis quod sufficit.
 Dosis eius drach: 3. cum abstinentia mane in calida, si ue
 ro pilulas informas dabis 15. Addito sufficienti Diagris
 dio.

HIERA PICRA CONSTANTINI.

Caput. 429.

Aduisum recuperandum & retinendum. Recipe
 Myrobalani Kebuli, Indi, Citrini, Violarum, Ab
 sinthij ana drach: 4. Bellyrici Emblyci, Cassæ, Epithymi,
 Senæ, agarici, cuscutæ, Schænanthus, Reubarbari ana
 drach: 2, xilocassæ, Spicæ, anisi, mastiches, xilaloes, ni
g iij tri,

NICOLAUS DE COMPOSITIO:

tri, salis gemme, ana drach: 1. Mellis quod sufficit, datur in modum Castaneolæ.

HIERA PICRA CAPVT. CCCCXXX.

Recipe Schænanthus, absinthij, agarici, mastiches, Turbit, Epithymi, colocynthidos, cinnamomi, Alit thimon, spice, Croci, Zingiberis, Carpobalsami, Xilobal sami, castæ ligneæ, rosarum, Violarum, asari, Folij, Nucis muscatae, Galie Moschatae, Caryophyllorū, Stæchados, Amomi, Costi, ana dra: 1. Ellebori nigri, euphorbij, Bdel lij, ana drach: semis Polypodij drach: 1. Diagridij unc: 2. Aloes lib: semis, Mellis quod sufficit.

HIERA RVPHI CAPVT. CCCCXXXI.

Quotidiano usui exposita, qua ipse crebro utebatur, quoniam ipsa absq; periculo succurrit, Valet cōtra Epilepsiam & cephalæam & Hemicraneam grauissimā præ ceteris passionibus, Dyspnoicis, Pleureticis, Phthisicis, uertiginosis proficit ad antiquos Hepatis & Splenis dolores, & ad eas quæ uidentur molas habere, Artericis Cholericis, & Podagricis optime cōducit, & eis quitimēt carnis pænas, & lumbricosis auxiliatur, Illis autem nō dabis, qui Rheumatici sunt. Datur elephantiosis, Impetiginosis, & uertiligines habentibus, et qui uarij sunt, Scabiosis & pruriginosis, & omnib; a falso chymo uexatis. Ad usum mulierum utilis quæ non purgantur & ad uentris purgationem. Recipe Diagridij drach: 8. Salis amoniaci, drach: 6. Colocynthidos interioris, piperis, Chamædryos, Mastiches ana dra: 4. Euphorbij drach: 3. Croci, Myrrhæ, ana drache

NE MEDICAMENTORVM. DIII

drach: 2. Alij addunt Agarici, Xilocassæ ana drach: 3. El
lebori nigri, Aloes. Cassiæ, salis communis ana drach: 4.
Mellis quod sufficit. Dosis autem eius ut supra.

KATARTICVM CETINVM.

Caput. 432.

Quod naturaliter choleram rubeã, Melancholiam
q̄ purgat, Hepaticis, Splenicis & hydropicis mi
rabiler subuenit, nephreticis et Ischiadicis optimum est.
Recipe enulæ, lactis Tithymali ana unc: 8. Cinnamomi,
Diagridij, Aloes Hepaticæ, colocynthidos interioris, aga
rici, Castaniolæ, elaterij, epithymi, Alipiados euphorbij,
Melanopiperis, Lateridis, Cocognidij, ana unc: 6. Ieco
ris, Ceti, Schænanthus, Bargi ana unc: 3. Mellis quod suf
ficit, detur in modum orobí cum tepida.

Hieram picrã
Galení & Hie
rã Picrã Ale
xandrinam ui
de inferius in
Litera P. in
Picris.

Ceti iecur.

KATARTICVM ARCHONTICVM.

Caput. 433.

Quod admiraculũ omnes passiones capítis, quæ ex
Melancholico humore fiunt curat, caligines oculo
rum detergit, & splenicis optimum est. Recipe Diagridi
dij, Hermodactylorum, Cocognidij, ana unc: 2. & semis,
Zingiberis, elaterij, Polypodij, ellebori nigri ana unc: 2.
Colocynthidos, Croci, Agarici, Mastiches, Bdelij, epithy
mi, euphorbij, Apij ana unc: 1. Zedoariæ, Melanopipe
ris ana unc: semis. Confice sic. Mense Februario uel Mars
cio sextarij tres Lactis Titymali nascētis in locis Petrofis
colligantur & cum mellis sextario: 1. & semis lento igne
coquantur donec rubere incipiant, & inde puluis terendo
rum temperetur, detur autem in modum sabæ uel mino
ris Auellanæ cum tepida.

Catarticum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

CATARTICVM GALENI.

Caput. 434.

Mirabile quod ipse omni tempore in usu habebat, ad
deocq; in mense Iunio & Octobri bilem nigram &
pituitam optime purgat & sine molestia uentrem laxat.
Recipe anisi drach: 10. Diagridij, Euphorbij ana drach:
8. Cinnamomi, Colocynthidos interioris, agarici, aloes,
pyrethri, Elaterij, Confitę, chamædryos, cocognidij, ana
drach: 6, croci, salis ammoniaci ana drach: 4, mellis quod
sufficit. Detur in modum castaneæ cum tepida.

KATARTICVM. CAPVT. CCCCXXXV.

Optimum melancholicis, Splenicis, maxime Elep
phantiosis. Recipe Diagridij, aloes, seminis anethi
& Gongylidis ana drach: 18. Croci, myroalani citrini,
chebuli, Epithymi, pitiusa idest Turbith ana drach: 9. Fo
lij, agarici, cassiæ lignæ, chamædryos, Hyperici, prassij,
Polij, Scordei, sinoni, ana drach: 4. & semis. mellis quod
sufficit, dentur de eo drach: 3. cum tepida.

Pityusa quid.

CATARTICVM CAPVT. CCCCXXXVI.

Hoc auxiliatur melancholicis, phthisicis, Splenicis
& Hypochondriacis. Recipe Passularum pinguiū
enucleatarum drach: 100. myroalani, chebuli, Indi, dia
gridij, ana drach: 20. cuscute, Epithymi, Polij, absynthij,
Polypodij, seminis chamædryos, Fumi terræ, ana drach:
10. aloes drach: 6. nardi, cassiæ lignæ xilobalsami, masti
ches, carpobalsami, seminis marathri, anisi, ana drach: 2.
mellis quod sufficit, detur in modum castaneæ, ieiuno cū
aqua calida.

Carara

NE MEDICAMENTORVM.

CATARTICVM IMPERIALE.

Caput. 437.

Quod optime purgat caput, os bene olens reddit, de stomacho & toto corpore utramq; bilem deducit. Recipe Diagridij sacchari ana drach: 8. Cinnamomi, Nardi, Saxifragæ, Polypodij ana drach: 4. Caryophyllorum, zingiberis, celticæ, melanopiperis & macropiperis, cardamomi, amomi, ana drach: 3. Mellis quod sufficit, detur ante cœnâ, & post cœnâ in modum nucis myristicæ.

CATARTICVM SVRENTINVM.

Caput. 438.

Optimum asthmaticis & suspiriosis, tussim pectoris & pulmonis emendat, Stomachi vitia aufert, Hepar, Splenem & renes purgat, imbecilles partes corporis robustiores reddit. Recipe Sacchari, candi ana drach: 50. Diagridij, Glycyrrhizæ, Rhodostomatis ana drach: 36. Caryophyllorum, Galangæ, Nardi, zingiberis, costi, pyrethri, corallij, anisi, anethi, petroselinij ana drach: 9. Cinnamomi, cimini, ana drach: 18. Moschi drach: 2. Mellis quod sufficit. Dentur de eo drach: 3, mane cum tepida.

KATARTICVM CAPVT CCCCXXXIX.

Hoc mirabiliter purgat caput & stomachum, hepar & Splenem a Renibus calculos excludit, Stranguriâ soluit, & corporeas vires aliqua occasione collapsas potenter erigit. Recipe Diagridij, Turbith, Sacchari ana dra: 10. Cinnamomi, Nardi, folij, zingiberis, Schoenanthus, Xilobalsami, agarici, ana drach: 5. Caryophyllorum, Galangæ, zedoariæ, costi, xilocasie, asari, polypodij, cardamomi, h carpo

NICOLAUS DE COMPOSITIO

carpobalsami, melanopiperis, anisi, mastiches, ana dra: 3.
Mellis quod sufficit, Detur mane uel uesperis in modum
auellanæ cum tepida.

KATARTICVM CAPVT CCCCXXXX.

EXpertum contra bilem ruffam, bene purgans Sto-
machum, Hepar maxime Ictericos. Recipe Diagri-
dij, costi, zachari candi, rosarum ana dra: 26. Reubarbari,
succij Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, seminis portulacæ, ana
drach: 6. Seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitæ,
ana drach: 3. Camphoræ drach: 1. Syrupi Rosacei quod
sufficit, dentur de eo drach: 3. uel 4. mane cum tepida.

KATARTICVM CAPVT CCCCXXXXI.

Contra omnem guttã, maxime calidam, & prodest
paralyticis, arteticis, nephreticis & podagricis. Rẽ.
Hermodactylorũ dra: 45. Diagridij, dra: 20. Caryophyl-
lorũ dra: 9. Cinnamomi dra: 9. Folij, aristolochiæ longæ,
Myrrhæ, seminis Ruthæ, Vrticæ & Brusci, ana dra: 4. &
scrup: 1. Mellis quod sufficit, dentur de eo drach: 3. ieiunis
post balneum.

KATHOLICVM CAPVT CCCCXXXXII.

Opitulatur Hepaticis, & Spleneticis, datur in acutis
& peracutis, quia mollificat, digerit, confortat. Re-
cipe Senæ mundatæ, casiæ, Tamarindorum, Reubarbari,
ana unc: 3. Polypodij, anisi, Glycyrrhizæ, seminum cõ-
munium candi pænidiij unc: 1. Syrii quod sufficit, in quo
ponantur polypodij unc: 8. Fœniculi unc: 3. in libr: 3.
aquæ. & Syrupizentur cum scrup: 2. Saccari.

*Sic habet frag-
menta impres-
sa fortassis au-
tem pro scrup-
pulis unciis le-
gere oportet.*

*Sirci est legendum. Sapa enim duo genera sunt unũ quod ebulliendo ad
tertiam partem resoluitur alterum ad dimidiam. Primum Sircum uel Hep-
sema Latine Sapa uocatur secundum Desfrutum. Plinius li: 14. ca: 9.*

Klyster

NE MEDICAMENTORVM.

KLYSTER CAPVT. CCCCXXXIII.

Qui conducit his qui ex phrenesi & synocho uel ex
Causo constrictionem uentris patiuntur. Recipe
Buboculi drach: 18. Maluæ uiolarum, ana dra: 18. Nitri,
Diagridij, aloes, colocynthidos, ana drach: 6. Olei uiolar
cei phialâ. 1. & mellis dimidiâ. Coque sic. Herbas om
nes in aqua sufficienti lento igni ad tertiâ decoque & dili
genter cola, abieciſq; herbis succi phia: 3. Oleum & mel
adde, & iterum lenes ad prunas modicū bulli, cumq; per
coctum fuerit puluerem specierum adhibe, & bene com
mixtum patienti oleata Embrocha præloto administra.

*Buboculū latic
ne maluit quā
Græce Buph=
thalmon appel
lare, de quo P.
agit li. 7. Dio.
lib. 3. cap. 147.*

KLYSTER CAPVT CCCCXXXIII.

Qui opitulatur Epilepticis, melancholicis et mania
cis. Recipe Buglossæ, Cantabri ana drach: 36. Po
lytrichi, Maluæ ana drach: 36. Myrobalani citrini, chebu
li ana drac: 16. Diagridij, Euphorbij, colocynthidos, ana
dra: 9. Agarici, Epithymi, ana drach: 4. & semis, olei uiol
lacei phia: 2. Mellis 1. Coque sic, Herbas & Cantabrū &
mirobalanos pridie in aqua infusa, cōpetenti igne ad ter
tiâ decoque, & diligēter excola, deinde tribus phialis suc
ci oleū & mel adde, iterūq; exquisite bulli, tandem pulue
rem specierū liquori infunde & sic competenti Encathis
mate præhabito patienti inde bis uel ter in die inijce.

*Cantabrū uul=
gus Practico=
rum medicorū
furfures tritici
appellant, &
cātabricū fur
fures capitis.*

KLYSTER AD ILII DOLOREM.

Caput. 445.

Recipe Alypiados, Mercurialis, polypodij radicū
uiridij, cantabri, maluæ ana drac: 27. de puluere
philantropi drach: 9. Diagridij, nitri, colocynthidos, ana
dra: 4. & semis. Olei phialâ 1. Mellis dimidiâ, coque ad
h ij hunc

NICOLAUS DE COMPOSITIO

hunc modum, Herbas omnes & cantabrum in aqua fontana ad medietatem decoque & cola, deinde succo oleum & mel adde, & competenter bulli, ad ultimum puluerem specierum probe commisce, & inde ter in die phia: i. repidam patienti iniice.

KLYSTER OPTIMVS ILIOSIS.

Caput. 446.

Actes & chamaeactes legē dū uidetur, sic enim Greci Sābucū & Ebulū nuncupant.

R Eciperadicis Illyricæ, actes & magatis corricis mediani cōtusi, ana dra: 36, antidoti David regis dra: 18. Diagridij, cocognidij ana dra: 9. Aloes, Salis ammoniaci, ana dra: 4, & semis, olei ueteris phialam 1. mellis distidiam. Coque sic. Herbas, radices & cortices contritos in aqua sufficiēti lento igne ad medietatē decoque & cola, deinde succo oleū & mel adde, & sic puluerē specierū admisce, & inde ter in die phialam unam repidam iniice.

KLYSTER NEPHRETICVS.

Caput. 447.

R Ecipe mercurialis, tenerrimę frondium Esulæ, ana drach: 50. Saxifragæ, herbæ uenti, maioris, medix, & minoris, ana dra: 27. Vrticæ, seminis asparagi, citri, melilij solis, mobaric, philanthropi, ana dra: 18. Diagridij, colocynthidos ana drach: 9. Aloes, agarici, nitri, ana dra: 4, & semis, olei ueteris phi: 2. Olei Scyllitici, & mellis ana phi: semis, Coque sic, Herbas omnes & semina trita in aqua sufficienti biduo infusa ad tertiam decoque & cola, abiectionisq; recrementis succi phia: 3, oleum & mel adhibe, iterum modice bulli, & sic antidota & specierum puluerē adde, & repidum quoties opus fuerit iniice.

Klyster

NE MEDICAMENTORVM.

KLYSTER NEPHRETICIS ET CALCULOSIS DICATUS. Caput. 448.

Recipe pegani, Calaminthæ, saxifragæ, betonicæ, urtica, ana drach: 27. Antidoti hadriani, panchrestii, philanthropi, ana drach: 18. Diagridii, Euphorbii, ana drach: 9. Muscelij, Sambacæ, petrolei, nardini & pulegij ni Olei, ana dra: 3. Olei scyllitici, phia: 1. Coque sic, herbas tritas in aqua fontana triduo infusas ad medietatem decoque & cola, deinde phia: 3. succi, scylliticu & mel sulficiens adde, iterumq; aliquantulum bulli, & sic antidota & specierum puluerem in cæteris oleis liquata adhibe, & inde tepidum quoties opus fuerit iniice.

Zambacam Syluaticus esse tradit Sambucum. Cæterum Arabes consuevere Leucoion idest uiolam albam Iesemin & sambacam appellare uelut idem docet cap. 376.

KLYSTER CALCULOSIS APPOSITUS. Caput. 449.

Recipe sanguinis hirci secundum disciplinam Alexã *Vide Tralliani* *num li. 3. ca. 34*
eri Tralliani compositi drach: 1. & semis pulueris cicadaru in Iulio cõfecti, ballami, muscelij, nardini, petroseli *paragrapho. 6.*
ni Petrolei succi Basilici, ana drach: 1. Fac sic, Sanguinẽ et puluerem cum Balsamo, succo, & oleo commisce & tepidum cum syringe hoc enema per uirgæ urinarium meatum iniice, hoc fac quoties tibi uisum fuerit.

KLYSTER CALCULOSIS DEXTERITATE Multa succurrens.

Caput. 450.

h iij Recipe

NICOLAUS DE COMPOSITIO

*Bardane legen
dum fortassis.*

Recipe pulueris Iustini Antidoti, drach: 3. Olei laurini, Sambacini, succi solatri hortensis, & radicū bardani, Betonice, ana drach: 2. Fac sic puluerem cum oleis & succis commisce & tepidum per uirgam cum Syringe inijce.

KLYSTER CAPVT. CCCCLI.

His qui in uesica Lithiasin patiuntur idoneus. Recte
pe Muscelini, Petrolei albi, succi Basilici & Saxifragæ, ana drach: 3. Zingiberis, Melanopiperis, seminis dip
tami, Petroselini, Dauici, Macedonici, ana drach: 2. Fac
sic. Puluerem specierum cum oleis, & succo commisce, &
tepidum per uirgam inijce ita tamen ut ante uirilia oleo et
aqua fomententur.

KLYSTER LITHIACIS ET HARENOSIS
Conueniens.

Caput. 452.

*Naphtam bitu
men Babyloni
um describit
Diosc. li. 1. ca.
86. Ignoratur
ab officinis, qui
dā pro hoc ole
um Petroleum
usurpant.*

Recipe Pegani, Calaminthæ, Saxifragæ, Betonice
ana drach: 9. Olei Nardini, Petrolei albi, Muscelij,
Naptæ, Antidoti Hadriani, Mitridatis, Panchrestii ana
drach: 2. Olei laurini, quod sufficit. Coque sic. Herbas cō
tritas in oleo Laurino lento igni competenter decoque &
cola, de quo drach: 3. Sumens & cum oleis & Antidotis
commiscens tepidum per uirgam inijce, præstantius aut
tem erit si additur balsami drach: 1.

LITHONTRIPON MAGNUM.

Caput. 453.

Præclarum

NE MEDICAMENTORVM.

Praclarum ad indigestionem Stomachi, ex frigiditate, Ilforum lumborumq; dolorem compescit, Lapidem in Renibus & Vesica potenter confringit, & inde mirabiliter expellit, Stranguriam & Dysuriam e uestigio soluit, Recipe nardi, zingiberis, Xilobalsami, Acori, Cinnamomi, Peucedani, Meu, Melanopiperis, Leucopiperis, et Macropiperis, Saxifragæ, ana drach: 20. Opobalsami, Caryophyllorum, Costi, Reupontici, Glycyrrhizæ, Cypri, Tragacanthæ, chamædryos, apij, amei, asparagi, seminis Basilici, urtica, seminis citri, Alexandri, ana drach: 10. folij, croci, Schœnanthus, Cassiæ lignæ, Bdellij, Mastiches Iridos, amomi, seminis libyistici, Granorum solis, petroselinis, Sinoi, cardamomi, seminis anethi, euphorbij, Lapidis lincis, Olei nardini, muscelij ana drach: 5. mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ cum tepida aut cum uino.

Lithontripon
ab eo dicitur
quod conterat
lapidem.

LITHONTRIPON MINVS.

Caput. 454.

Quod purgat renes, lapides frangit & expellit. Recipe Saxifragæ drach: 27. Melanopiperis drach: 18. nardi, phu, meu, acori, asari, Betonica, petroselini, Dauicretici, Lapidis in uentre uerris & annalis scrophæ inuenti ana drach. 2. Mellis quod sufficit, detur in modum nupides cum tepida. Quod si non liceat in uentre prædictos lapides, pro eis appone nitrum ustum, & Lapidem Iudaicum.

LONPERION CAPVT. CCCCLV.

Quod

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Quod prodest contra malum medicamē assumptū,
 & serpentis morsum, & inueteratam tussim, Isteris
 & Hydropicis proficit, ad lateris dolorem, ad Renum
 & uesticæ limositatem optimum est. Recipe Myrrhæ Tro
 glodyticæ drach: 7. & semis, Nardi drach: 5. & semis. Car
 siæ drach: 4. Aloes Hepaticæ, Rosarum seminis rapæ ana
 drach: 3. Croci, Schænanthus, Thuris, ana drach: 2. Leu
 copiperis & Macropiperis, ana drach: 1. Mellis quod suffi
 ficit, detur in modum auellanæ cum tepida.

LISOPVM MAGNUM.

Caput. 456.

Ad omnem guttam maxime Podagricam. Recipe
 Hermodactylorum drach: 75. Diagridij drac: 36.
 Caryophyllorū, Zingiberis, Cymini Thebaici, ana drac:
 17. Turbith, Reupontici, ana drach: 9. Mellis quod suffi
 cit, Dabis drach: 2. cum tepida.

LISOPVM MINVS.

Caput. 457.

Quod conducit ad Rheuma capitis et pectoris uocē
 debilitatam instaurat, Hepaticis et Splenicis pro
 ficit, dolorē Illij, & Podagricum tanta cum celeritate emē
 dat, ut quiddam artibus magicis simile uideatur. Recipe
 Diagridij, Saccari, Hermodactylorum, ana drach: 8. Mos
 schi, Caryophyllorum, Cinnamomi, nardi, zingiberis, Co
 fitæ moschatae, Celticæ, Melanopiperis, ana drach: 1. Col
 cognidij, drac: 1. & mediam, mellis quod sufficit, dabis ex
 eo drach: 3. setunis cum tepida.

Litrophilon

ONE MEDICAMENTORVM.

LITROPHILON MAGNVM.

Caput. 458.

Appositum est ad debilitatem uentriculi, frigidi Ies
coris perditam temperantiam reuocat, Splenis tur
mores & uentositatem discutit, & omnium interaneorū
uitia compescit. Recipe Reubarbari, Cinnamomi, caryo
phyllorum, ana drach: 6. Galangæ, Folij, croci, nardi, nu
cis myristicæ, zingiberis, costi, Schœnanthus, xilobassa
mi, lacca, mastiches, myrrha, asari, Iridos Illyricæ, Meu,
aristolochie longæ, absinthij, Gencianæ, cardamomi, car
pobalsami, macropiperis, amomi, marathri, petroselinī
ana drach: 2. Mellis quod sufficit, dentur de eo drach: 2.
cum aqua in qua decocta sit mastiches, marathri, anisi sin
gulorum uncia una.

LITROPHILON MINVS.

Caput. 459.

Sanans frigiditatē & omne uitiū pectoris, dolorē stō
machi emendat & appetitum prouocat, cruditatē au
fert. Recipe cinnamomi, zingiberis, zedoariæ, melanopis
peris, carui, anisi, cimini, lybistici ana drach: 18. Galangæ,
Seseleos, marathri, apij, meconis, ana drac: 9. Mellis quod
sufficit, detur in modum castanæ cum tepida.

LAXATIVVM CAPVT CCCCLX.

Quod purgat choleram rubram, adustam, de capite
& stomacho & toto corpore. Recipe succifumi ter
ra drach: 40. Saccari, croci, uiolarum, dra: 30. Epithymi,
drach: 20. Mannæ dra: 10. Myrobalanorum citrinorum
chebulorum, Indorum ana drach: 7. Diagridij drach: 4.
i Confice

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Confice sic. Saccarū & mannā in succo fumi terræ mar-
tibus fricando commisce, deinde lento igne ad spissitudi-
nem decoque, cumq; percoctum fuerit, specierum puluerem
competenti oleo spicæ & si deest, accerse uiolaceum,
probe fricatum inde tempera, & cum opus fuerit, dra: 5.
cum tepida mane propinentur.

LAXATIVVM CAPVT CCCCLXI.

Quod optime purgat melancholicum humorē. Re.
Epithymi dra: 100. Agarici, polypodij ana dra: 15
Myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorū ana
drach: 10. Diagridij, salis ammoniaci, ana drach: 9. Calam-
minthes drac: 6. Mellis qd sufficit, dabis dra: 6. cū tepida.

LAXATIVVM CAPVT. CCCCLXII.

Duod proprie purgat Tertianarios ueros. Re. succi
mali granati, drach: 200. Syrupi uiolacei, Saccari
ana drach: 100. Diagridij, polypodij, ana drach: 20. Spoz-
dij, Sandali albi & rubei Rosarū ana drac: 5. Galizæ, ligni
aloes caryophyllorū, nardi, croci, carpobalsami, berberis,
feminis portulacæ, ana drach: 3. Camphorę drach: semis.
Confice sic, succum, syrupum & saccarum in uase stagna-
to lenes ad prunas ad spissitudinem decoque, cumq; per-
cocta fuerint, inde in marmorea pila specterum puluerem
tempera, ad ultimum camphoram in rhodostomate soluta
tam superadde, dosis eius drac: 4. ante horam accessions
cum rhodostomate.

LAXATIVVM QVOD PECV-

liariter purgat Quartanarios.

Caput. 463.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

R Ecipe Diagridij, Colocynthidos, Stachados ana drach: 12. Agarici, Epithymi, Ellebori nigri, melanopiperis, libyftici, ana drach: 4. Mellis quod fufficit, drach: 4. ante horam acceffionis cum tepida.

LAXATIVVM OPTIMVM AD PVRGANDVM Quotidianas febres.
Caput. 464.

R Ecipe Coccugnidiij, nitri, zingiberis, ana drach: 10. Euphorbij, colocynthidos, pyethri ana drach: 8. Turbith, latheridis, nitri, melanopiperis, ana drach: 6. Alypyados, Polypodij, rofarum, maffiches, falis gemmæ, anifi, ana drach: 3. Mellis quod fufficit. Dentur de eo drach: 3. uel 4. ante horam acceffionis, cū libanotidos decoctione.

Dioscorid. uideatur appellare lathrydem.

LIBYSTICVM CAPVT. CCCCLXV.

HOC utile est ad catarrhum, asthmaicis & fufpiriofis fubuenit, Enphraxim fpiritualium pororum fputamina educendo aperit, dolores interaneorum ex tumore uel uentofitate factos mire cōpescit, urinam prouocat, & menftruis imperat, & lumbricos expellit. Recipe Gleschonis, Hyffopi, Calaminthæ, Pegani, ana unc: 3. Pyethri, corticis raphani, Elenij, Scyllæ affæ, Euphorbij, melanopiperis, libyftici feminis, Sinapis, feminis urticæ, ana unc: 2. zingiberis, macropiperis, Sinoni, Ammei, Cymini, Thymbrae, ana unc: 1. Dosis eius drach: 3. mane uel uelperi cum uino aut tepida, quod si catharticum facere uolueris adde Diagridij unc: 4. Colocynthidos & Turbith, ana unc: 2. purgat enim phlegmaticum de toto corpore humorem.

NICOLAUS DE COMPOSITIO
MITHRIDATVM MAGNVM.

Caput. 466.

Conducens ad omnes passiones uirorum & mulierum, quod sumptum in modum fabæ Aegyptiæ, ante prandium siue de primo mane, Epilepticis, Maniacis, phantasticis, & timidis mirabiliter prodest, Cephalalgicis, Hemicranicis, dolorem Illiorum patientibus, palatū & omnia uitia tonsillarum medicatur, Synanchen soluit, Apoplecticis cum cerussa acceptum confert, tussientibus, Asthmaticis, hemoptoicis, peripleumoniacis, & omnibus doloribus qui intra corpus humanum pullulant, succurrit, Cœliacis, Dysentericis, & Iyentericis optimū est, Tetanos siue Spasmos patientes, & paralysem absq; mora curat, Diaphragmati, Hypochondrijs, Renibus & Vesicæ opitulatur, calculos frangit, menstrua prouocat, omniaq; uitia matricis excludit, Arteticis & Ischiasim patientibus & podagricis singulare præsidium est, Venena omnia reprimat, uenenatos morsus seu rabidi canis, uel cutisq; reptilis impositum siue bibitū cum magna admiratione emendat. Quotidianarios ueros & nothos, nec non Hæmipriteos expellit, ad omnes morbos incertas passiones & erraticas febres, seu ad omnes morbos qui ingenio medicorum occulti sunt mirabile est, propterea sapientes medici Macedoniæ, statuerunt hoc esse caput omnium Antidotorum, uires equidem illius efficaciores sunt, quam ut uillis laudibus consequi possis. Recipe Styracis drach: 36, Caryophyllorū, Nardi, Xilobalsami, Orobon Leticæ id est lacce, Tragacathæ, mastiches, Galbani, gummi Cedri, Asphalti, castorei, gūmi Hederæ, Bdelli, terre figuli, mel lilori

Macedonū medicamentum.

Alij Lentisci.

NE MEDICAMENTORVM.

liloti, labdani, Opopanacis, Amomi, Opij, sulphuris uiui *Alij amoniaci.*
 Glycyrrhizæ, nitri, hypocysthidos, acaciæ, rosarum, Chaz
 mædryos, hyperici Abrotani, Peoniæ, H, ssopi, Origan,
 Elenj, Rami Cedri, & Daphnidis idest Lauri, Aristolos
 chiæ longæ, Epithymi, Peucedani, Centaureæ, Roris ma
 rini, radice Eringij, Balauftiorum, Cymarum mirtæ, Siz
 die, Romei idest Raphani, Scyllæ, Carpobalsami, Anisi, *Romeum.*
 Git, Hyoscyami, Cymini, Feniculi, Cardamomi, seseleos,
 thesapij idest seminis sinapi, amei, sinoni, libyfici, seminis
 ruthe, meconis, apij, seminis Dauci, macropiperis, armini
 idest seminis urticæ, amomi, ana unc: 27. Acori, Illaseos
 idest lappæ, Cassami idest cyclaminis, fillis idest capparidis,
 floris agni, rasuræ cornu ceruini ana drach: 1 §. Balsami,
 Cinnamomi, croci, costi, Schœnanthus, zingiberis, Folijs,
 Terebinthinæ, myrrhæ, libani, castæ, agarici, celticæ, reu
 pontici, Iridos, asari, diptami, prassij, colocynthidos, Cur
 curbitæ aphricæ interioris stechados barbæ iouis, arteme
 siæ, calaminthæ, scordei, silphij, chamæpityos, leucopipes *Impressus ha
 bet Anagodã.*
 ris, Melanopiperis, seminis Ozimi, seminis petroselini,
 Anagalda idest sumac Malabathri, cardami, Pentaphylli
 ana drach: 9. Daphni Coccorum, idest baccarum Lauri,
 drach: 3. Vini uetustissimi sextarium 1. Mellis quod suffi
 cit, detur in modum auellanæ minoris febrientibus cum
 repida non febrientibus cum uisno.

Cerussa legebatur in libro manu scripto quod cum præsens sit uenenum
 commutabit in magis benedictam medicinam quicunq; hoc Antidoto uti
 uoluerit nisi extrinsecus applicare animus sit, Veluti Nicolaus impressus
 in oris uitijs fieri iubet.

MITHRIDATVM MINVS CAPVT. CCCCLXVII.
 i iij Optimum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

O Primum Epilepticis, Scotomicis, & timidis ad om-
nem distemperantiam capitis, et linguæ Paralyti-
Synanchæ medetur, Sanguinis sputum omne & fluxum
corporis compescit, Nephreticis, Calculosis, & Arenosis,
Stranguriosis & Colicis peculiariter remedio est, omnia
uenena potum exterminat, morsum uenenatorum anima-
lium impositum potenter emendat, & ad omnes despera-
tos morbos quadruplici uirtute succurrit, nã qui usus fuerit
nunquã a ueneno succumbere poterit, Recipe Scordel
montani drach: 30. Aristolochiæ longæ & rotundæ, ana
dra: 20. Opij, agarici, pulueris cornu ceruini, seminis Cris-
simi, idest seminis rubi, seminis tordyli idest seminis herbæ
passerine, ana drach: 10. Melanopiperis & Leucopiperis,
Chamæpityos ana drach: 9. Cinnamomi, Myrrhæ, Saga-
peni, Meliloti, Lemnij ateros, radicis eringij, malabathris,
Pentaphylli, seminis rapæ ana drach: 8. Peucedani fascis
Gallici, Cymarum Mentæ, Orobi, albi, ana drach: 7. nar-
di, radicis Peoniæ, radicis Collidiamis, Romei idest Ra-
phani, Gesapitiæ Celticæ, Calaminthæ, Cymini, Sinoni
ana drach: 6. Elenij, Sileris montani ana drach: 5. & semis,
Fellis taurini & ursini, Staphidis agriæ, ana drach: 5. Cor-
sti, Cini floris ana drach: 4. & semis, Xilobalsami, succi gly-
cyrrhizæ, Thuris, Opopanacis, Samei, carnis iuniperi, ca-
siæ, seminis Staphylini idest seminis uuæ, Afari, Genciat-
næ, radicis Panacis, Stæchados, Cardamomi, Ceparum,
seminis Elelisphaci, Roris marini ana drach: 4. Balsami
Bdellij, nucleorum purgatorum Galbani, Nardi, Syriæ
ci, radicis Dracontij, Abrotani ana drach: 3. & semis, Cal-
lami Aromatici, Castorei, Gummi Hederæ Cyperij, radice
cis Symphyti, Rosarum, Pastinacæ, Meui, Conyze idest
pulicariæ

Lemnius aster
nullus habetur
ut est apud
Dios. li. 5. cap.
67. Sed Sami-
us aster quod
ibidem docetur
ca. 101.

Fascem uel
fasciculum Gal-
licum uocat
Nardum Cel-
ticam, eo quod
in fasciculos de-
ligatur à Gal-
lis atq; ita diu-
ditur.

Cinum Ge-
nuesis autho-
ritate plinij ar-
borem esse pro-
dit i Gallia gal-
las ferentẽ. Itẽ
nonnunquã Ci-
num fortassis
apud barbaros
poni pro scino
uel schoeno.

NE MEDICAMENTORVM.

pulcaris minute foliorum, Pelecini idest Personatis, radicis Pteridis idest Filicis, Polygonis Foliorum, Macropiperis, Anisi, Amomi, Dauci, seminis lini, Fanculi, Petroselinis Macedonici, Sesami Scoriati, sanguinis anatis, Stracis ana drach: 3. Hypocistidos, Caroi, Polij, ana drach: 2. & semis, Croci, Reupontici, Terebinthinæ, Iridos, Centum folij, Gummi Vermiculati minuti, Carpobalsami, Conij seminis discoriati, seminis enici, seminis lonchitidis idest seminis Violæ, seminis speriti, Psyllij ana drach: 2. Mellis quod sufficit, detur in modum sabæ Aegyptiæ, cum Hydromelite uel uino.

Lonchitidem
Dios. li. 3. ca.
152. describit
lanceolam &
uenercam ap-
pellari tradit.

MVSA MACHEA CAPVT. CCCCLXVIII.

Conuenit ad pectoris & pulmonis uitia dolorem stomachi amputat, uomitum coerces, dolorem Renum mitigat & sanguinem inde fluentem sistit, Quotidianarios, Tertianarios & Quartanarios ante horam accessionis data omni cum celeritate liberat. Recipe leucopiperis grana 50. Croci, libani, Myrrhæ, Sulphuris transmarini, Hyoscyami ana drach: 2. Opij, Amomi, Anisi, amygdalarum amararum ana drach: 9. Carpobalsami unc: 4. & semis aristolochiæ longæ drach: 1. & mellis quod sufficit, dentur de eo drach: 2. uel 3. febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

MVSA ENNEA CAPVT. CCCCLXIX.

Facies ad omnes accessiones periodicarum febrium, idest Quotidianæ, Tertianæ & Quartanæ, Acutarum febrium angustias tollit, Porro cum dederis considera uirtutes eorum, qui patiuntur quod statim medelam sentiunt, Inflationem

Musa ennea dicitur à nouem que ipsam componunt, ingredientibus simplicibus medicinis.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Inflationem Stomachi emendat, suspiriosis, Phthisicis, & his qui pus screant subuenit, Splenicis, Hydropicis & Colicis proficit, Lapides in uesica frangit, & urinam prouocat. Recipe Leucopiperis grana 50. Thuris masculi, myrrhæ, Gencianæ, Hyoscyami ana drach: 18. Opij, drach: 12. Croci drach: 8. & scrup: 2. Euphorbij, Aristolochiæ longæ, ana drach: 4. & scrup: 1. Mellis quod sufficit. Alij addunt corticis Mandragoræ drach: 4. Detur in modum fabæ Aegyptiæ, febrilentibus cū tepida non febrilentibus, cum uino.

Emplastrum Musam Enneam quere superius in Emplastris.

MUSA PROSPERITON CAPVT. CCCCLXXX.

Quæ proprie Quotidianarijs, Tertianarijs & Quartanarijs eximia est, Cephalalgicis, Suspiriosis & tussibus prodest, contractiones & suffocationes, & inflationes Ventriculi emendat Nephreticos & colicos curat. Recipe leucopiperis grana 50. myrrhæ, thuris, seminis hyoscyami, ana drach: 13. & semis, Opij drach: 10. croci drach: 6. & scrup: 2. Thiu apyru unc: 6. Corticis Mandragoræ drach: 4. & semis, Cinnamomi, aristolochiæ longæ, gencianæ, euphorbij, ana drach: 3. mellis quod sufficit, detur in modum Aegyptiæ fabæ cum tepida.

MYSTERION MAGNUM.

Caput. 471.

Quod prodest ad dolorē laterū, nephreticis calculosis uesicæ uitij & colicis subuenit. Recipe Croci, Asparagi,

NE MEDICAMENTORVM.

Asparagi, Libyfici, granorum solis, Saxifragæ ana dra:
16. & semis. Costi, Thuris, Myrrhæ, Casiæ, Betonice,
Pulegij, Petroselinij, Fœniculi, seminis Vrticæ, & Iuni
periana drach: 9. Nardi, Zingiberis, Laseric, Aristolo
chiæ longæ, Dendro libani, seminis marrubij Cymini
ana drach: 4. & semis, Euphorbij drach: 3. Leucopiperis
drach: 2. seminis Rutæ, drach: 1. Mellis quod sufficit, da
bis in modum auellanæ cum tepida.

MYSTERION MINVS ANODYNVM.

Caput. 472.

Quod opitulatur nephreticis, & ad ulcera renum &
vesicæ salutare est, nam statim dolorem tollit. Re
cipe croci drach: 27. Leucopiperis, Hyoscyami, ana drach:
20. Opij drach: 10. Cucumeris domestici, apij, conij semis
nis, ana unc: 6. Amygdalarum amararū purgatarū, fœnis
culi ana drach: 3. Pyrethri, Euphorbij, petroselinij. ana dra:
1. Mellis quod sufficit. Dosis eius drach: 3. cum calida.

MAGNITES CAPVT. CCCCLXXIII.

Quod prodest ad capitis, pectoris & stomachi dolo
res, & cardiacis subuenit. Recipe Folij, agarici ana
drach: 10. Diagridij, aloes, Bdellij, Hyperici, casia, colo
cynthidos, Scyllæ, polypodij, aristolochiæ longæ, Prassij,
Epithymi ana drach: 8. Castorei, croci, Sagapeni, Ellebo
ri nigri, amomi, leucopiperis & melanopiperis & macro
piperis, petroselinij, ana drach: 5. Cinnamomi, myrobal
ni, Opopanax, ammoniaci, asari, Thymi, chamædryos,
ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Detur in modum auel
lane mane & sero cum tepida.

k Magnis

NICOLAUS DE COMPOSITIO
MAGNIFICVM MEDICAMEN.

Caput. 474.

A Multis expertum ad tremores capitis & totius corporis. conducit ad eos qui percussi sunt, in capite, et quibus ex aliquo humore lingua impeditur, & oculus torquetur, labium subducitur, & aliqua pars ex paralyfi afficitur, quod genus est Cynicus Spasmus. Optimū est, & mentibus timidis, & ad exundationem saluæ, & ad inflationem præcordiorum proficit, & mensibus imperat. Recipe cinnamomi, croci, nardi, costi, confitæ opopanax, myrrha, melanopiperis, seminis ruthæ agrestis, succi abrotani, ana drach: 9. Dauci drach: 4. & semis, moschi, balsami ana drach: 1. Mellis quod sufficit, detur in modum sabæ Aegiptiacæ cum tepida.

MORENETII ANTIDOTVM.

Caput. 475.

A Commodatum est ad grauedinem capitis, & faucium affectionem, & rheuma quod de uua descendit, & tussim, Stomachi dolorem, inflationem, duritiem & acidos ructus emendat. Sclerosin item hepatis & splenis soluit, tormina intestinorum & pleureticos dolores assumptum statim sedat. Ilios, nephreticos, calculosis & stranguriosis commodat, menstrua prouocat, Infantemq; mortuum expellit. Recipe Dauci drach: 7. Carui, Ameos, Libystrici, ana drach: 1. Mellis quod sufficit, Dabis drach: 3. cum tepida.

MARCELLI ANTIDOTVM NARCOTICVM. Caput. 476.

Condu

NE MEDICAMENTORVM.

Conducens ad immanissimos dolores capitis, amentes & uigilantes nephreticos & mulieres quæ ex cōpressionē matricis amentiam, & uigilias patiuntur magna admiratione consopit & a labore imminente eos momentanee liberat, & periculosis morbis, qui ex pinguib. & glutinosis humoribus sunt orti. Non tamen nisi in capitali periculo exhiberi debet, quia quamuis in præsentia mitigare uideatur, in posterum tamen grauius offendit, nam & coli dolorem una potione emendat. Recipe Hyoscyami, piperis albi drach: 20. Croci drach: 1. Mellis quod sufficit, dabis in modum auellanæ cum tepida.

Marcellus medicus latinus, qui non contemnendum ante annos plus minus mille ducentos scripsit opus medicū: quod nuper I. Cornarius chalcographis dedit excudendum.

MACROPIPERINONCA: CCCCLXXVII.

Optimū ad tusses & imbecillitatem pectoris ex causa frigida, Stomachum calefacit, Nephreticis & colicis subuenit, Quotidianarios & Quartanarios typos sine mora soluit. Recipe Macropipereos drach: 40. Opucissæ drach: 16. Cinnamomi, Nardi, Thuris, myrhæ, sulphuris uiui, asari, cardamomi, ana unc: 2. Croci, Opij, ana drach: 10. Costi, corticis mandragoræ, aristolochiæ longæ, Euphorbii ana unc: 8. Sulphuris cocti drach: 6. Mellis quod sufficit. Detur in modum auellanæ cum uino calido.

MOBARIC CAPVT CCCCLXXVIII.

Optimū ad dolorem & plenitudinē, & apostemata renum: uentositatē Hypochondriarū & Iecinoris

k ij expellit

*Opon cissu ap
pellat succū he
dere, uel potus
us eius gummi.*

*Incertum erat
ex attritu cha
racteris num
un: s. aut dra:
s. effem legen
da.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO

expellit, Tensionē in peritoneo & pectine factam depo-
nit, coli & uesicæ putredinē purgat. Re: Sacchari unc: 30.
Diagridij, Turbith, ana drach: 20. Cinnamomi, leucopis-
peris, ana dra: 6. Nardi, zingiberis, pyrethri, apij ana dra:
6, uel 5. Magicis macropiperis ana 4. Salis gemmæ rosar-
um ana drach: 2. Mellis quod sufficit, datur in modum
castaneæ cum tepida.

MEDICAMENTVM SIMPLEX.

Caput. 479.

*Halcyonium
Diosco pertra
stat lib. 5. cap.
90. Musa bra-
sauolus cōuin-
cit hoc eē quā
in pharmaco-
polijs appellat-
mus spumam
maris.*

AD Alopeciam cum halcyonio usto & ueteri oleo
trito, locum perungens mirabiliter medebetis. Ad
idem pollet si caprarum stercus & unguas ipsarum com-
bustas, & cum aceto solutas adhibueris.

MEDICAMENTVM AD IDEM.

Caput. 480.

VT capilli citius crescant, libano cum murium sterco
re equali pondere cum aceto utere, & illine sed an-
tea loca nitro laua aut frica.

MEDICAMENTVM AD ALOPECIAM

Caput. 481.

ET ut capilli generentur, ex cortice cepæ incensæ &
cum melle mixta inunge & ex Raphani cortice pul-
uerem cum melle trito similiter alline.

MEDICAMENTVM CA: CCCCLXXII.

AD Alopeciam & ut capillioriantur, ex cinere quer-
cus uolens idest nouellæ cum pice liquida mixto
perunge caput, & si sæpius feceris, cito generabuntur ca-
pilli, similiter ex puluere ranarum & muris fimi cum pice
liquida mixto, si sæpius unxeris cito pullulabunt.

Medica

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM.

Caput. 483.

AD diuturnam Alopeciam & ad renascentes capillos. Ex Pyrethro trito cum felle uituli mixto sapinus perunge & stercus cati quem felem appellant cum aceto illinitum idem præstat, & Euphorbium tritum cū oleo frequenter illitum mire sanat.

MEDICAMENTVM SIMPLEX.

Caput. 484.

VT capilli non defluant sed alij nascantur, ex apibus combustis et oleo mixtis loca perunge, tamen obserua ne faciem attingas, & gittus ustulatus & cum aqua illitus idem præstat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 485.

AD tineam capitis compositum. Recipit adipis urisani, Adarcesana drach: 8. Picis liquidæ, muris simi, ana drach: 3. Olei usti ex lucerna unci: 1. & semis omnibus tritis & commixtis loca ante rasa perunge, Hoc si frequenter feceris etiam diuturnam curabis tineam.

MEDICAMENTVM AD ALOPECIAM. Caput. 486.

EX lacerta uiridi combusta mixta cum axungia ueteris & oleo unge caput tineosum.

MEDICAMENTVM CAPVT. CCCCLXXXVII.

k ij Vt

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

VT capilli in locis glabris nascantur, serpentem adprehende, & de capite & cauda unci: 3. aufer, & in cacabo nouo adure, et locis perunctis oleo aut melle superparge puluerem.

MEDICAMENTVM.

Caput. 488.

AD Alopetiam compositum, testudines uiuas super sarmenta incende, & cineres earum in cacabo nouo cum aluminis unci: 3. Et medullæ ceruinæ totidem, cum uino decoque & exinde Alopetiam frequenter frica.

MEDICAMENTVM AD TINEAM.

Caput. 489.

Recipe Calucecaumeni, Sulphuris uiui, Asphodeliana drach: 2. commisce cum ouorum uitellis & exinde caput frica.

MEDICAMENTVM.

Caput. 490.

VT capilli non excidant nec surfures in capite nascantur. Recipe Adianti, Gallæ Asianæ, Myrtæ nigrae ana drach: 2. Chalcanti, Absynthij, Arceuthidon idest baccarum iuniperi ana drach: 3. Hæc omnia trita in oleo diebus septem infunde & cola & caput exinde frica.

MEDICAMENTVM.

Caput. 491.

Ad

NE MEDICAMENTORVM.

AD capillos deciduos uel qui caluifunt. Recipe Adipis urfini Polytrichi usti, Labdani, olei Lentiscini, Vini myrtini, æquali pondere, tamen Labdani paulo amplius assume ad spissitudinem & iunge.

MEDICAMENTVM.

Caput. 492.

AD eos qui calui fiunt ut capilli non effluant. Recipe Labdani, Olei Myrtini, ana unc: 4. Artemesiae unc: 3. Adianti, Tapisiae, adipis Urfini ana unc: 1. Vini Italicæ corylas: 3. Confice sic, quæ tundenda sunt tunde uel tere, adipem Urfinum liquato & cola & sic omnia cum uino & oleo simul commisce & illud capiti affrica.

MEDICAMENTVM.

Caput. 493.

AD capillos nigros faciendos. Recipe Gallas Asinas, Acaciam, Stipteriam, Chalcanthum, Squamam ferri æquali pondere. Confice sic. Per integrum diem in urinam pueri impubis infunde, & affunde olei corylas duas & in uase diu exagita, cumq; commixtum fuerit, caput unge.

MEDICAMENTVM.

Caput. 494.

AD denigrandos capillos, Tenerrimi frondes Lentisici, uel nigri acini Sambuci semotim in acriaceto contrita nocte uel die infundantur, caput ter in die ungetur, expertum est Hoc etiam terrestres lumbrici in oleo contriti præstant.

Scriptus liber
in Olibo uel
Olibano legebat.

Medica

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

MEDICAMENTVM APORISTON.

Caput. 495.

AD capillos denigrandos. Recipe Corticis pruni uiridis unc: 6. nucis uiridis unc: 4. In uini nigri sextarium infunde, & ad tertiam decoque, & sic adde olei myrtini sextarium unum, & repone, exinde per singulos dies utere, hoc enim confirmat capillos & nigrificat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 496.

ADrubros Capillos faciendos, Amarorum Lupinorum & Orientalis Croci decoctione ter utere in die nempe proderit si in balneo feceris.

MEDICAMENTVM ALIVD.

Caput. 497.

Asbestum pas-
sim appellat
Nicolaus cal-
cem uiuam &
non extinctā.

ASbesti drach: 6. Lithargyri drac: 4. in aqua solue & tam diu agita quousq; ad mellis spissitudinem perueniat. & exinde caput unge, & post ex aqua decoctionis Bletarum caput laua.

MEDICAMENTVM ERRINON

Caput. 498.

AD Hemigranei dolorem. Fac sic. Lasar cum Bletæ purpureæ succo distemperatum, in nares eius partibus quæ dolet immitte, statimq; dolor cessat.

MEDICAMENTVM ERRINON.

Caput. 499.

AD capitis dolores. Confice in hunc modū, Ex succo hederæ cum aceto & oleo nares intus & extra perunge,

NE MEDICAMENTORVM.

perunge, & statim dolor quiescit, hoc idem cymarum rut
thæ succus in narem immisus facit: ad idem porri seculis
succu cochlearia tria melli mixta auribus iniice.

*Errhina sunt quæ naribus indita caput purgant: commodant etiã ue
teri lippitudine oculorum infestatis, faciunt & ad comitali morbo appre
hensos ducunt; multam humiditatem Gale. li. 2. De Copos. secun. loca.*

MEDICAMENTVM.

Caput. 500.

AD hemicranei dolorem, Laser cum lacte mulieris
tritū tepesactum & in aurem alterius partis immis
sum dolorem placat, succus allij cum pipere mixtus idem
facit: quod etiã dentium dolorem mitigat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 501.

AD dolorem capitis, Hederæ folia mollissima trita
cum Oxyrhodino fronti et temporibus impone, et
miraberis, hoc idem terrestris Hederæ succus cū Rosaceo
mixtus & fronti illitus facit. Chamæmelon cum oxyrho
dino tritum & fronti inunctum idem præstat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 502.

AD eos qui ex febre capite dolent. Folia Hederæ >
cum toridem nucleis persicorum tere et cum Oxy
rhodino coque, & exinde caput line.

MEDICAMENTVM.

Caput. 503.

AD eos qui in febribus ex nimio dolore capitis dor
mire nequeunt. Recipe olei uiolacei un: 4. Rosacei
I Chamæ

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Chamamelini unc: 2. Succū mandragoræ, Hyoscyami, lactucæ, conij, opij, ana unc: 1. Cere quod sufficit. Confice sic, succos & herbas in oleo coque, & cola, & sic ceram immitte, postremo opiū in uino infusum admisce & modicū bulli, & ab igne sublatum coagulari permitte, cumq; opus fuerit pulsus brachiorum, aut nares siue frontem & tempora illine, statimq; cum magna admiratione quies conciliabitur.

MEDICAMENTVM ANACOLIZANS.

Caput. 504.

AD dolorem capitis et lachrymas stringendas. Recipe Croci orientalis, Mastiches, Acacia, sanguinis Draconis ana drac: 3. cum albumine oui collige & fronti impone.

MEDICAMENTVM ANACOLIZANS.

Caput. 505.

AD supercilij dolorē, & lachrymas stringendas. Polinis hordei partes duæ, mastiches & libani partes singula, puluerizata & cum ammoniaci succo temperata, patientiq; loco inductæ certum remedium exhibent.

MEDICAMENTVM ALIVD ANACOLIZANS.

Caput. 506.

Recipe Aridæ farinæ drach: 3. Mastiches, croci, aloes ana drach: 1. cum oui albumine & succo Strychni collige & fronti illine.

MEDICAMENTVM.

Caput. 507.

Ad

NE MEDICAMENTORVM.

AD dolorem hemicrani, castoreum aut nitrum tris-
tum cum oxyrhodino mixtum et illitum placat, ad
idem cornucerinum ustum & in cinerem redactū oxy-
rhodinoꝝ infusum in frontem allitum dolorem tollit, ad
idem Baccarum Lauri puluerem cum Ruchæ uiridis fo-
lijs & terrenis lumbricis, addito aceto acri tere & bene cō-
misce & fronti impone.

MEDICAMENTVM.

Caput. 508.

AD amblyopiam idest obtusam uisionem hoc præsi-
dio est, & ad imminentem hypochysin, lauri bacca-
rum purgatarum drach: 30. tere cum urina pueri uirginis
& cum Gummi drach: 2. inunge oculis, et quibus catara-
cta descendit, & ad idem chelidoniae & Conyzae succum
cum melle inungas, & succus quidem Fœniculi bene fa-
cit, utiliterq; operantur hæc medicamenta, & non solū ad
Amblyopias & inchoantem Hypochysin: sed etiam dis-
sipant & detergent antiquas ægritudines oculorum.

*Amblyopia est obscuritas uisus, uel quia spiritus crassescunt, uel tu-
nica densantur, uel humores lenti fiunt.*

*Hypochysis è
suffusio et uul-
go Cataracta
uocata.*

*Conyza qui-
busdam è hera-
ba pulicaria.
Vide Dios. li. 3
cap. 127.*

MEDICAMENTVM.

Caput. 509.

VT cataracta ab oculo auferatur citra ferrum. Recipe
Violæ albæ foliorū, seminis Raphani hortensis ana-
unc: 1. Amoniaci drach: 4. Istorū puluerem balsamo opo-
timo commisce, & confectum medicamentum mane &
sero oculo inferre, non ambige quin mirabiliter subueniat,
Ad idem sterus corui, aut fel mixtum cum melle sine fi-
mo in oculo super maculas impositum ocyus perferat.

1 ij Medicam

NICOLAUS DE COMPOSITIO
MEDICAMENTVM AD EOS QUI NON
uident. Caput. 510.

PVllos hyrundinis cum aqua cuprina in nidis suis ex-
cecabis, signabisq; ut cognoscas, et post tres dies cum
uiderint præcides earum capita ficulneo cultello, quæ res
pones in ficu, capita uero incende, & puluerem factum,
cum balsamo in oculum instillabis, & uisum restituet. Ad
idem peucedani succus cum succo foeniculi & Lycio tri-
tus, oculoq; immixtus sanitatem sine dubio restituit, mor-
gellinæ agrestis succus de tertio in tertium diem oculo
infectus idem præstat, & etiam panum in eo factum con-
sumit.

MEDICAMENTVM AD CALIGINEM
oculorum. Caput. 511.

Recipe herbæ chelidonix, succi foeniculi uiridis ana
unc: 1. fellis uulturis, floris ruthæ agrestis ana
chlearia 2. Opobalsami scrup: 2. Hæc omnia commisce
in mellis Attici, dra: 2. utere simul & eodem modo usus
pa. Ad idem. Fel uulturis cū succo porri commixto melle
claritatem oculis præstat.

MEDICAMENTVM.
Caput. 512.

AD tumorem & calorem & sanguinem oculorum.
Margellina domestica trita cum albumine oui im-
posita mire prodest, Ad idem Cynoglossæ succus in oculis
immissus, & herba trita & super oculos imposita rite
medetur. Ad idem herba Verbena cum albumine oui tri-
ta, & super oculos imposita eximie conducit.

Medicæ

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD SANGVI-
nem oculorum. Caput. 513.

A Bsinthium uiride tritum cum albumine ouinoctæ
superpositum sanat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 514.

A D tumorem oculorum & dolorem & caliditatem,
Herbam uiolariam, cymas rubi, folia papaueris, cy-
mas tenerrimas Saluiæ cum oleo Rosaceo tere, & super
oculos impone, mirabiliter iuuat. Ad idem mali granati
succum cum melle in uase æneo siue stagnato coque & ibi
dem dimisso cum opus fuerit utere. Ad idem, semina ma-
lorum Cydoniorum in aqua Rosacea infunde nocte &
die, & cum uolueris de succo in oculum injice, Ad idem.
Lycium in rhodostomate solutum & guttatim in oculos
instillatum dormitionis hora belle prodest.

MEDICAMENTVM.

Caput. 515.

A D pruritus oculorum & ad Sanguinem & ad cla-
rificantium uisum, Radicis Fœniculi corticis ruthę
Basilici, Cymarum Rubi & Lauri ana manipulum 1. Ro-
sarum drach: 4. tere & coque in uase æneo cum optimo ui-
no albo. & ibidem dimisso, cum uolueris injice & ablu-
e. Ad idem, succum Ruthę, cymini puluerem, cum albumi-
ne oui tempera & super impone. expertum enim est, Ad
idem, Lac mulieris cum oui uitello, & oleo Rosaceo super
impositum mitigat & digerit satis igneas oculorũ phleg-
monas,

NICOLAUS DE COMPOSITIO

monas, Crocus cum mica panis & vitello ouorum idem præstat, Ad idem Rosarum siccarum drach: 4. Croci dra: 2. Opij drach: 1. cum sapa in qua Melilothum fuerit coctum collige, & utere.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM

Aurium. Caput. § 16.

Ysculos appella-
la: quos uul-
gus nisculos et
eruditi oniscu-
los uocant de
quibus superius
egimus ca.
378.

Ysculos idest terrestres uermes longos amfauillas idest uermiculos latos aut araneos in oleo coque, & exprime, & auribus tepidum infunde, & suffumiga sacculo torrefacto inde repleto, Ad idem. Rutæ cymas & Cyminum tere, & cum lacte mulieris misce, & cola, & succum inde exprime, tepidum auribus instilla.

MEDICAMENTVM.

Caput. § 17.

Ad dolorem & ulcera & ueteres passiones aurium. Croci drach: 2. Castorei, Aloes, Myrrhæ, Lycij Indici, ana drach: 1. simul tere & cum melle collige, & resolutum cum oleo Roseo & passo auribus instilla, & desuper lanam succidam aut purpuram inuolue.

MEDICAMENTVM.

Caput. § 18.

Ad aurium dolorem & uentositatem & surditatem, cepullam albam & Alij bulbulos simul tere & exprime, & de succo cum opus fuerit auribus instilla.

MEDICAMENTVM.

Caput. 419.

Ad

NE MEDICAMENTORVM.

AD dolorem aurium & Enphraxin sacrum, Aphro
nitrum ammixtum melli & Aceto tepidum tempo
re doloris auribus injice, Ad idem, fel taurinum, ouinum
oleo commixtum dolenti auri instilletur, melius autem si
Amygdalinum sit, porri succus per se aut cum melle mix
tus auribus tepidus instillatus hoc idem præstat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 520.

AD nimiam constipationem & dolorem, fel capri
num cum succo porri tepidum auribus injice.

MEDICAMENTVM.

Caput. 521.

AD aurium dolorem ex caliditate, albumen oui tepe
factum & immixtum dolorem sedat, Lac mulieris
cum Opio & Croco tritum & auribus immixtum idem præ
stat & succus Perdicados per se, aut oleo rosaceo mixtus,
sive aceto auxilio est, maxime ad ignitas & ardentes distē
perātias, similiter succus Strychni, & Coriandri aut aspho
deli magnifice iuuant.

MEDICAMENTVM.

Caput. 522.

AD dolorem & Calorem & tumorem aurium, rasu
ra cucurbitæ, cum oleo rosaceo Enclymatizata sa
nat. Lycium & Opium cum lacte mulieris commixtum
& in aurem immixtum nimium ardentes Phlegmonas &
dolores

Perdicium Pli
nius li. 21. cap.
30 Parthenium
uel muralium
facit, & nasci
in hortorum se
pibus flore al
bo, odore mali,
sapore amaro.

NICOLAUS DE COMPOSITIO:
dolores mitigat, Similiter autem & Castoreum ex equo
cum opio mixtum & cum sapa tritum & in aurem immis-
sum nimios dolores paragorizat, Si tamen Opium uetus
fuerit.

MEDICAMENTVM.

Caput. 523.

AD dolorem aurium sine uehementi calore, Adipis
Anserini, aut gallinacei, partes 2. olei Amygdalini
ex amaris amygdalis expressi partem 1. simul misce & re-
pefactum auribus instilla, prę uaporatis partibus spongijs
calidissimis ex aqua calida expressis atq; alternatim appo-
sitis, & postquam instillaueris iterum competenter ut su-
pra uaporabis, mollicq; lana patiētia loca fouebis, & opor-
tet ægrotum inani masticatione os mouere & sic medica-
mentum in aures assumere.

MEDICAMENTVM.

Caput. 524.

AD tinnitus & obstructionem aurium, & ad difficilia
les auditus, & initia surditatis, Nitrum Aphroni-
trum æquali pondere commisce, & aceto acri & oleo uete-
ri tepefactum auribus infunde. Oleum Raphaninum cū
aceto acri mixtum & auribus infusum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD TINNITVM

aurium. Caput. 525.

Nitri scrup: 16. Croci scrup: 4. Ellebori albi scrup: 2.
tere & in puluerem redige, & inde quantum opus
fuerit

NE MEDICAMENTORVM.

fuerit cum aceto solue & tepidum in aurem infunde. Castoreum & Conij semen cum aceto æquali pondere solutum & tepidum in aurem immissum idem pollet.

MEDICAMENTVM.

Caput. 526.

AD diurnos sonitus, Euphorbium cum oleo Cypriano tritum & calefactum in aurem immissum singulare præsidium est.

MEDICAMENTVM.

Caput. 527.

AD eos qui ex ægritudine tinnitum patiuntur. Principio aurem coctione absinthij fomenta, & sic acetū & oleū roseum aut Elleborum nigrū cum aceto iniice.

MEDICAMENTVM AD SVRDITATEM

Aurium. Caput. 528.

ELaterij unc: i. cum lacte mulieris quæ masculum lactat infantem solue, & tepidum in sole aut aqua calida auribus iniice, & calidā insuper patiens in ore teneat, fel quoq; taurinum cum lacte mulieris solutum & in aurē immissum idem præstat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 529.

AD difficiles auditus et surditates, ellebori albi aphronitriana drach: i. Castorei scrup: i. & dimidiū cum aceto acri sufficienti collige & in aurem immitte.

MEDICAMENTVM.

Caput. 530.

m Ad

NICOLAUS DE COMPOSITIO

AD difficiles auditus ex ægritudine constatos, Felle porinum cum lacte mulieris & melle solutum & tepefactum, auribusq; immissum peculiare remedium est.

MEDICAMENTVM.

Caput. 531.

AD eos qui grauiter audiunt, & surdi sunt, Elleborum nigrum, & castoreum ex æquo cū aceto tritū, & auribus immissum satis iuuat, succus Hederæ cum nitro confectus & auribus immisus par beneficiū præstat.

MEDICAMENTVM AD GRAVEDINEM

& surditatem aurium. Caput. 532.

Fel Veruecinum cum pari porcione butyri mixtū, & auribus immissum mirabile est.

MEDICAMENTVM ADEOS QUIBUS

auditus subito auferri uidetur.

Caput. 533.

Pluis nitri cum aceto mixtus auribusq; immisus optimus est. Quin etiam ex eo & oleo roseo & uino posteriora capitis inungantur.

MEDICAMENTVM ADEOS QUI GRAU-

uiter audiunt & doloris expertes sunt.

Caput. 534.

Pluis radice Ellebori nigri cum aceto & melle mixtus & auribus immisus mirabiliter operatur.

MEDICAMENTVM AD SVRDITATEM

aurium & Euphrasim factam.

Caput. 535.

Palus.

NE MEDICAMENTORVM.

Pvluis peucedani et opium ex equo oleo Amygdali-
no siue Irino mixtus et auri immixtus prodigiote au-
xiliatur.

MEDICAMENTVM AD TINNITVM ET
surditatem aurium. Caput. 536.

Herbam quæ dicitur Terebuncula in uino forti ad
medietatem decoque & per tres uices hoc uino ca-
put ablue, eadem ipsa herba caput fascia, & tertia uice pa-
tientem ad balneum adducito, & in utraq; aures digitis
immixtis ciminilia noue aquæ calidæ capitis patienti in-
funde, & sic subito digiti de auribus eximantur, Ad idem
Artemesiam tere & succum eius aceto commisce, & inde
caput foue, & ipsa herba trita caput fasciatur ad idem in-
stitutum.

MEDICAMENTVM AD VLCERA ET
Apostemata aurium. Caput. 537.

Stipteriam scissilem cum aceto tere donec mellis spiss-
itudinem habeat, & tepidum cum lana molli in aure
immitte, Ad idem Lycium & Meconem æqualiter cum
melle contunde, & in aurem impone.

MEDICAMENTVM AD DIUTVRNA
ulcera. Caput. 538.

Cedria cū melle mixta & in aurem immixta pari mo-
do auxiliatur. Ad idem. Absinthium maritimum
cum melle tere & utere, ad uotum ulcera purgat, Thus so-
lutum cum uino idem præstat.

MEDICAMENTVM AD AVRES PVRV-
lentas fluentes & penitus humentes.

Caput. 539.

m ij Alumis

NICOLAUS DE COMPOSITIO

A Luminis scissi drach: 1. & semis, myrrha, croci, ana drach: 1. tere & in puluerem redige, & de puluere quantum sufficit, cum uino austero aut aceto collige, & in aurem iniice.

MEDICAMENTVM AD ANTIQVVM

Vulnus, et foetorem et dolorem aurium. Caput. 540.

N Vcum uiridium nucleos oleo immitte, quos in diebus Canicularibus aliquamdiu insolabis, cumq; opus fuerit, tepidum in aurem immittas praefatum oleu.

Insolare Graece ἡλιαζὺς δου & ἡλιωθεῖν exponere soli significat. Columel. li. 5. Vna commodius insolat & percoquantur. Gal. li. 2. Salubrium Calefiunt corpora nostra balneis & cum insolanur.

MEDICAMENTVM AD VERMES AV

rium. Caput. 541.

C Alaminthes succus auribus immixtus Vermes necat, & dolorem amputando mitigat, succus capparis, succus Centaureae, similiter & scammonium maceratum in aceto, aut succo Absinthij auri inditum uermes occidit.

MEDICAMENTVM QVOD SANGVI

nem ex auribus effluentem discutit.

Caput. 542.

R Vbus & Gallia Asiana cum aceto cocta, & apozema coru in aurem immixtum singulare praesidium est. Ad hanc formam pertinet succus perdicados tepidus in aurem iniectus. Ceterum ut Thrombus sanguinis in aure non fiat, porri succus cum aceto mixtus, & auribus immixtus par beneficium praestat.

Medica

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD PAROTIDAS
& Diaphoresim faciendum.

Caput. 543.

Hibiscum cum fermento confectum & impositum
mire facit, Radices Liliij domestici abluta & in a-
qua elixæ, cum axungia trita & imposita iisdem vitijs ob-
sistunt.

MEDICAMENTVM AD DVRTIEM
Parotidum soluendam & ad Dia-
phoresin faciendam.

Caput. 544.

Caricas, adipem Porcinum, Lapathi radices simul
tere, cum aqua decoctionis Fœni græci, aut herbæ
Chamæmeli uel cum Visci radice tempera, & tepidum
imponere, Idem ualet farina triticea, & Lapathi radices in
Hydraleo coctæ & axungia porcina tepida indita.

MEDICAMENTVM AD PAROTIDAS

Quibus nimius calor increuit.

Caput. 545.

Recipe Cerae unc: 4. Olei Rosei unc: 3. Adipis por-
cini unc: 2. Lithargyri & mellis ana unc: 1. Croci
scrup: 4. succi lini seminis quod sufficit, ad idem farinae fas-
bæ unc: 4. Olei Chamæmelini & Rosaeci ana unc: 2. &
semis, Cerae unciam dimidiam. ouorum vitellos numero
septem confice & utere.

MEDICAMENTVM AD MOLLEM TV-
morem parotidum ex pituita.

Caput. 546.

m iij Recipe

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Cimolie terre

Recipiantur Cretæ partes duæ Cimoliæ sulphuris
uiuiana pars 1. Salis modicum simul cum aceto re
runtur & illinuntur. Ceterum calx uiua nouies abluta &
similiter illita inflammatos tumores digerit, Item orobus
Cataplasmatum cum melle siue mulla idem præstat.

MEDICAMENTVM AD MATV
randum Apostema.

Caput. 547.

Adipem porcinum, Resinam Terebinthinam in a
quam mullam immitte & solve, cumq; bullire coe
perint, pollines triticeos adde, & in lintheum inductum,
partibus præuaporatis cum spōgia impone. Ad idem pro
dest Hibiscus, & Fœnum græcum decoctum cum Oxeo
leo & impositum, Allium & nitrum cum melle tritum &
impositum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD IDEM.

Caput. 548.

EBuli folia contusa cum pane molli infusa in uino &
imposita omnes tumores soluunt. Huc faciunt pollin
es hordei cum succo foliorum sambuci, & Ebuli temper
rati, & sæpius illiti tumores sedant, & si scabies aliqua ino
nata fuerit sanant. Proxime laudantur caules ueteres triti
& exiccati cum butyro, quos, coque & sæpius impone,
Præterea radix Filicis in aqua & in mortario præter lig
num internum trita & iterum lacte uaccino cocta et impo
sita prodest insigniter.

Medic

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM APERIENS EN-
phraxin cum ad duritiem tum ad
tumorem efficax.

Caput. 549.

Faba friza sine sale, & uua passa enucleata & cum mel-
le mixta, & imposita digerit & mollit, Præcipua sunt
ficus Sicca & sterus columbinum simul trita, & cum
farina hordei mixta & in aceto recocta & alutæ inducta.

MEDICAMENTVM AD RVM-
pendum Apostema

Caput. 550.

Recipe Nitrum cum Sapone Gallico & ad spissitu-
dinem percoque mirabiliter operatur.

*Sapone Gallico utitur Aetius ad psoras li. 13. ca. 126. Est. n. sapo Galli-
cū inuētum rutilandis capillis ex seuo & cinere optimus fagino & carpi-
no, duobus modis spissus & liquidus, uterq; apud Germanos maiore in usu
uiris quam mulieribus. Plinius li. 25. ca. 12. ueneti hodie calcem sal & ole-
um addunt. Liquidus Septentrionalibus Germanis magis in usu est.*

MEDICAMENTVM AD PENVCLAS

Aperiendas & sanandas.

Caput. 551.

Nasturcium cum fermento coctum & impositum
penuclam medicatur, Ad idem fel tauri indomit
sepius impositum idem præstat: purgat & infixa discutit.

MEDICAMENTVM AD POLYPOS

Narium. Caput. 552.

Recipe

NICOLAUS DE COMPOSITIO

R Ecipe Aluminis scissi, Myrrhæ, sandarace. ana unce
4. Aeris usti, Gallæ ana drac: 1. diligenter trita cala-
mo in sufflatis, prælotis tamen naribus bono uino opti-
me curabitur Polypus, Emplastrabiscq; diapipereos resor-
lutum cum acidi mali granati succo.

MEDICAMENTVM AD POLYPOS
Narium. Caput. 553.

A Luminis scissi unc: 3. Floris æris, æris usti ana unc:
2. cum aceto diligentissime tere, & in pyxidem ære-
am reconde & uirga ærea ad solem usq; dum exiccet agi-
ta, deinde in mortario diligenter tere, post hæc in uase li-
ctili adserua, cumq; uti uolueris, puluerem calamo subtili
excipe, naribusq; insuffla: coctum etiam in puluerem reda-
ctum & naribus immissum bene facit, & cum melle mix-
tum & penna illitum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM NA-
rium restringendum. Caput. 554.

G Ypsum cum aceto forti solue aut Argillam & front-
patiens contineat, Ad idem gentera idest lumbricos ter-
restres, commixta Thuris Mannæ cum ouis albumine ter-
nui contere, & fronti naribusq; impone, Ad idem, spongi-
am nouam pice liquida maceratam, cacabo nouo inclu-
de, & addito coopertorio, argilla obtura & in furno com-
bure, deinde diligenter tere, & naribus calamo insufflatis
bæ nigellæ uertutis incensæ puluis naribus iniectis idem
præstat, Fibrum & Phasiolum incensum & in puluerem
redactum

DE MEDICAMENTORVM

redactum naribus immitte mirabiliter enim operatur.

*Fibrum puto Nicolaum castoreum appellare Fibri uidelicet testiculum.
& phasiolum quem Dioscor. li. 2. ca. 99. phaselum nominat.*

MEDICAMENTVM AD PROFLV-
uium narium. Caput. 555.

ANguria pellicule cinis tritus & naribus inditus op-
timus est, Ad idem ranæ rubetę puluerę super car-
bones appone cuius fumum patiens in aures suscipiat, ita
ut de sanguine aliquatulum ibidem fluat, expertissimū est.

MEDICAMENTVM AD DENTIVM DO-
lorem. Caput. 556.

Staphidis agrię, mastiches, pyrethrię quale pondus
Sterę & modicum Cerę admisce, & in uino diligenter
contunde, & rotulas inde singe, quas ad masticandum
dabis, inclinato capite, & humorem pituitosum trahent. *Leberis.*
Ad idem, Leberidem, idest spoliū serpentis incende &
cum oleo ad mellis spissitudinem contere & utere, & si ca-
uus fuerit, & intromittatur, iuuat, Origanum cum nitro
tritum et gingiuis supersparsum statim dolorem mitigat.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM
dentium ut statim dolor mitigetur.

Caput. 557.

ALlij bulbos numero 5. Libani, arsenici ana obulos
3. Myrrhę articulos 2. sigillatim omnia tere, postea
simul in nouam ollam impone, et desuper a ceti heminam
affunde, & lento igni agitando ad tertiam decoque, & te-
rido utere per multas horas donec dolor deficiat, Ad idē
n Hyos

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Hyoscyami succi unc:4. Stipterizæ Schisti, Piperis an-
drach:3. Pyrethri drach:2. cum aceto coque & in ore te-
nendum exhibe.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM DEN-
tium & gingiuras comesas & tineas & uul-
nera oris. Caput. 558.

*Sidiam author
ul' potius trāf-
litor more suo
dixit p'psidijs
idest malorum
granatorū cor-
ticibus.*

C Apparis radicum, foliorum oliuæ, pyrethri, Gallæ,
Myrobalani, Sidie corticis pondera æqualia tere, &
cum aceto ad tertiam decoque, & exinde totum os laue-
tur. Ad idem. Acetum in quo decoctus fuerit cortex mo-
ri celsi, cum uiginti septem granis piperis, quod decoctū,
tepidum in ore retentum dolorem dentium mitigat. Ad
idem. Oleum in quo bullierit calamentum, Ruta & ra-
dix Hyoscyami tepidum in ore tentum mire prodest.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM
dentium. Caput. 559.

Succus hederæ terrestris in aurem immissus in ea partē
quæ dolet statim dolorē mitigat. Ad idem senatio-
nis succus in aurem immissus eiusdem partis mirabiliter
tollit dolorem. Ad idem succus herbę Calendulæ per nas-
res eius partis quæ dolet attractus, dentes putridos excu-
rit & dolorem sedat.

MEDICAMENTVM PHYSICVM AD DO-
lorem dentium. Caput. 560.

Caricas & sinapi tere & panno inductum cubito al-
terius partis impone.

Medica

NE MEDICAMENTORVM.
MEDICAMENTVM PHYSICVM AD DO-
lorem dentium. Caput. 561.

Allium tritum & in pulvisibus circa manus eiusdem
partis quę dolet ligatum statim dolorem sedat, succus
allij cum pipere tritus in aurem alterius partis immis-
sus mirabiliter sedat cruciatum.

MEDICAMENTVM AD PENDVLAM
uuam. Caput. 562.

Succi corticis nucis unci: 3. cum mellis unci: 1. ad spissu-
tudinem coque, & cū aceto gargarizandum exhibe,
sapa in qua decoctę sunt Gallę Asiaticę, cortices cydonij
& Balaustiorum gargarizata, uuam cadentem subleuat,
Ad idem, succus Betonicę ex aceto coctę & colatę cali-
dus gargarizatus optimus.

MEDICAMENTVM OPOCARYON.
Caput. 563.

AD humores digerendos & p̄focaciones iuxta an-
tiadas faucium. Conficitur sic. Nucū uiridium cor-
ticis succum per linteolum cola, & lento igni ad tertiã ef-
feruefacito, postq̄ in frigidatus fuerit in mortarium mar-
moreum infunde, & tantundem mellis despumati admi-
sce deinde Croci, Myrihę succi Hypocistidos dimidiã
partem immitte & utere.

Opocaryo ap̄
pellatur eo qđ
conficitur ex
succo Corticę
Iuglandũ, quę
gręcis uocantur
Caryæ.

MEDICAMENTVM CROCATVM.
Caput. 564.

n ij Hos

NICOLAUS DE COMPOSITIO

HOc competit eximie ad feruidos tumores faucium
 siue rubicundos. Rosæ floris, croci ana scrup: 2. nu-
 cleos pini 7. Vuæ passæ enucleatæ grana numero 9. cum
 modico passo & melle despumato tere & alline. Ad idem
 succus Hypocistidos cum aluminis drach: 1. in aceto tera-
 tur, & inde cum penna fauces & uua illinantur, desiccatur
 & subleuat & amputat calorem.

Escharam id est
 crusta uleeris
 adnotauit
 Genuensis non
 nullos, fortassis
 Barbaros, appellare
 Scararam.
 Albi Graeci ueri
 preparatio.

MEDICAMENTVM AD PVTRÉ-
 dinem faucium & Scaras.

Caput. 564.

Fimum caninum album collige, indeq; patientia loca
 filline. Græcum album ita comparetur. Canis in die-
 bus canicularibus sub custodia teneatur per biduum, ut
 nihil manducer. Et per nouē dies nutritur solis ossibus uac-
 cinis, nono uero die, id quod egerit colligatur, & secun-
 dum superius scriptam doctrinam condatur.

MEDICAMENTVM AD MULTIVGA
 uulnera faucium nigra uel alba.

Caput. 566.

Recipe Balauistorum, corticum granati siccorū ana
 drach: 4. aluminis scissi, mastiches ana drach: 1. tere
 & in puluerem redige, & cum decoctione Croci collige,
 cumq; opus fuerit locis dolentibus illine.

MEDICAMENTVM.

Caput. 567.

Ad

NE MEDICAMENTORVM.

AD Synanchem & faucium dolorem ac tumorem quod dicitur dīatōchelidon. *Dia ton Cheli don.* Recipe Croci scrup: 2. hyrundinum agrestium exustarum, spicæ indicæ, Myrthæ ana scrup: i. mellis despumati quod sufficit. Confice sic, et utere ubi tumores sunt, oportet pullos hyrundinum paruos aqua aspergere & in ollam ficulem & crudam immittere, & sic coopertos exurere. Ad idem Fœnu græci tritici seminis æquale pondus cum aqua mulsa coque, & ex hac diamoron gargarizet, & si ualet deglutiat, Ad idē steruus anserinum cum axungia porcina in sartagine solue, & tepesactum quinquies in die gutturi & collo impone.

MEDICAMENTVM.

Caput. 568.

AD dolorem & tumorem ceruicis, & gutturis, ex synancha factum seu ad aliorum membrorum dolorem & tumorem undecumq; fuerit exortus. Recipe Cere olei Veteris ana libr: 2. baccarum lauri maturarum librā. i. Saturegiæ tenerrimæ in sole siccatae, cymini foliorum Ruthæ uiridis, herbæ uerbenæ cum radice sua ana unc: 6. Confectura est hæc. Saturegiam, Rutham, baccas Lauri, cyminum separatim diligēter in pila tere, & in uinum diebus tribus infunde, ita ut omnes species in uino contegi possint, deinde coque, cumq; cocta fuerint herbam uerbenam oleo infusam cum ipso oleo cum alijs committe, & iterum coque, donec tota uis humoris excoquatur, postea cola, colatoq; oleo ceram adiunge, cumq; resolutum fuerit ab igne subleua, & ad omnia supra scripta utere.

MEDICAMENTVM.

Caput. 569.

n iij Ad

NICOLAUS DE COMPOSITIO

AD tumorem & dolorem Synanches, & alios qui in gutture & ceruice fieri solent dolores. Recipe Baccarum Lauri, Cymini, Pulegij, ana unc: 1. Calcis vitæ cochlearium 1. tere & in puluerem redige & cū melle collige, & locis dolentibus superpone, & cum stuppa cooperari, Ad idem, ferulæ incensæ puluis dolentibus locis melle perunctis superparus & ferulæ ipsius reliquie superligaturæ idem præstant.

MEDICAMENTVM AD MALAM PV
stulam linguæ uel alicuius alterius
loci. Caput. 570.

LEberides idest exuuias serpentis incensas cum melle collige & impone, Ad idem, Steleam idest scorpium cum oleo in sarragine decoque & ex oleo ipso peruge, ex pertissimum est.

MEDICAMENTVM AD TVMOREM ET
calorem faciei seu alterius mem
bri. Caput. 571.

ALoes hepaticæ drach: 2. cum oui albumine ad spissitudinem tere, & penna perunge, & cum exaruerit aut Citruli cum Aloe tritæ & illitæ miraculo simile operatur, Ad idem, folia capparidis trita, atq; cum oleo rosaceo mixta & peruncta, idem pollent, ad idem, Aloe cum uino albo & succo fæniculi trita & illita tumorem tollit & resurgat, Ad idem succus tenerrimarum frondium Harmoniacæ sæpius illitus tumorem deponit, & frondes eius tritæ &

NE MEDICAMENTORVM.

ta & imposita, idem præstat, Ad idem succus mente cum aceto & in farina coctus & illitus mirabiliter tumorem sedat.

Armoraciam
agrestē rapha-
num Diosc. li.
2. cap. 104. ap-
pellat & ha-
bet folia sati-
ua similia, ra-
dicem graci-
lem etc.

MEDICAMENTVM AD DEALBAN-
das Cicatrices nigras.

Caput. 572.

SEuum Asininum cum felle hyrci aut tauri calidum factum, additis Croco Myrrha & Melle sæpius impositum nigredinem tollit, ad idem. Recipe fellis hyrcini aut tauri drach: 15. nitri drach: 12. Alcyonij, Staphidis agricæ, sulphuris uiui, nitri albi ana drach: 3. quæ terenda sunt in puluerem redige, & cum felle tempera, & inde nigras cicatrices illine.

MEDICAMENTVM AD CICATRICEM

Dealbandam seu subtilian-
dam. Caput. 573.

PVlueris plumbi ustri drac: 8. Libani, Mastiches, myrrhæ ana drach: 1. tere & in puluerem redige, & cum oleo & aceto confice & illitum frondi hederæ super cicatricem impone.

MEDICAMENTVM AD NIMIVM RV-
beam faciem. Caput. 574.

Sanguinem Draconis cum aceto tere & unge ter in die, Nidus hyrundinis incensus & tritus cum aceto sæpius illitus idem præstat, Ad idem canabis seminis, tartari, ana drach: 4. cum aceto & oleo rosaceo sufficienti tere & illine.

Medicamentum

NICOLAUS DE COMPOSITIO
MEDICAMENTVM AD TVMORES ET
Rhagades Faciei.
Caput. 575.

Recipe Spumæ argenti unc: 4. mastiches cyathos 3.
Rosarū, seminis Hyoscyami, olei Myrtini ana unc:
2. Confice sic Terenda in puluerem redige, & cum oleo
in mortario diligenter tere, ac commisce, & cum opus fue-
rit utere, Ad idem Thuris & Orobæquales partes trita,
& cum albumine oui mixtæ & illitæ idem præstant.

MEDICAMENTVM.
Caput. 576.

Ephelides quæ

Ad lentigines faciei & Baraulos & ad Ephelides
idest adustiones ex sole æstiuo factos. Scyllæ succi,
Iari, Cucumeris Syluatici radice succi ana drach: 2. nucis
nouellæ corticis succi, Gummi Hederæ, ana drach: 4. con-
fice cum aceto & uesperis loca peruge & mane saponem ruro
sus absterge.

*Barauli uel baruli sunt pustula faciei præcipue iuuenum Ita manardus
li. 7. Episto. 2. inquit, fit in facie à crasso humore tumor exiguus & durus
uocatus Ionthos. Celsus uaros nominat. Hæc tubercula uel resoluuntur uel
exiguo ingenito pure maturantur.*

*Iaron Nicolaus uocat quam Diosco. Arum appellat li. 2. ca. 157.
Cucumerem syluaticum uocare Nicolaum arbitror Cucumerem sylu-
strem unde fit Elaterium.*

MEDICAMENTVM AD LENTIGINEM
Faciei & ad Liuorem extergen-
dum. Caput. 577.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe Ctmolix un:2. Saponis un:1. Aceti quod sufficit, omnia simul misce & utere, Ad idem, Galbanum Nitru æquis ponderibus ex aceto ad mellis spissitudinem tere & illine, & mane faciem laua, ad idem, puluis radicis cucumeris agrestis cum aqua mixtus & illitus per triduum mire prodest, ita tamen ut medicamen aqua frigida omni mane de facie abluatur, Ad idem puluerem Cyperi cum butyro caprino misce, & faciem illine, ad idem Marruzæ quæ in herba tiel arbore hærent trita & uespera illita, & mane de facie abluta mire faciunt. *Marruzæ sunt limaces.*

MEDICAMENTVM AD LENTIGINES

& sugillata quæ in facie oboriuntur.

Caput. 578.

OVa integra in acerrimo aceto infunde & tãdiu ibidem dimitte donec apala fiant pulueris sinapis un:4. cum ipsis diu terendo commisce, & inde sordida loca unge & mane faciem laua, hoc sæpius fac & miraberis, Ad idem, gummi hederæ emollitum faciei illitũ, & post tertium diem aqua tepida ablutum idem operatur.

Apala ova sunt tenera uel mollia oua. Translator more suo uelut stellulam Græcam uoculam interpretationi suæ addere uoluit.

MEDICAMENTVM AD NIGREDI-
nem faciei & totius corporis.

Caput. 579.

LVpinos in aqua lixiua infunde & coque ut purgari possint, & excoriatos ad mellis crassitudinem tere, & inde bis in die & nocte loca perunge, *Lixiua aqua.*

o Medicam

NICOLAUS DE COMPOSITIO
MEDICAMENTVM AD NIGRAS CICA-
trices faciei, & totius corporis dealbandas.

Caput. 580.

R Ecipe Crystalli, asbesti, albe uere sicidis, mastiches,
amylī, psimmithī, succi Bryonię ana drach: 1. Scut
porcini albiſſimi, cereę albę, olei roſacei ana drach: 3. Conſ
ficitur ſic. Seuum & ceram lento igni ſolue & ſic puluerē
ſpecierum commiſce, & repone, cumq; opus fuerit ſupra
cicatricem nigram illine, ſi autem induratum fuerit, exi
de quantum tibi neceſſe fuerit decerpas & cum oleo roſa
ceo tempera & ſic utere.

Albam Sicida ueram coniectura ducor Nicolaum intelligere Cucumerem satuum. Cuius carnem ferē preſtare poſſe tradit Dioſ. li. 2. ca. 124. quę Nicolaus ei tribuit.

MEDICAMENTVM AD OMNEM SORDI-
ciem faciei & lentigines & Morpheam.

Caput. 581.

*Viticellam uiticellam eſſe cō
ticulari eſſe cō
ijcio, quę eſt
Bryonia apud
Dioſc. li. 4. ca.
276.*

R Ecipe Mellis albiſſimi libr: 2. succi cyclamini unci: 2.
succū radicis uiticellę purgatę & radicis iari & cur
bitini radicis ſicidis succi & foeniculi ana unc: 1. farine
ſabę nigellę ſinapis tartari ana drach: 2. Nitri dulcis &
ſaliſi, ſaliſi gemmę, umbilici marini, Corallī rubei & albi
ana drach: 2. Conſice ſic. Succos cum melle & ſinapi &
ſabę & nitri & tartari puluerē ſimul miſce & in uas ſtag
natum immitte, & in ſole diebus canicularibus uiginti
ſuſpende, & inde ſublato puluerem ceterarum ſpecierum
ammiſce, itemq; ad ſolem decem diebus dimitte & repon
ne. & uſu expectate locis patientibus inunge a ſtare ab
hora tertia, uſq; ad nonam, mox faciem ſapone aut pane
inſuſo

NE MEDICAMENTORVM.

infuso in aqua ablue, hyeme uero in balneo, donec admodum sudet, & sic ablue, cutem subtiliat, sordida extergit, & colorem uiuidum reddit.

*Cucurbitinum aliquis adposuit pro expositione Viticellæ. Transcrip-
tores uero contextui uerborum adiunxerunt. Est enim Cucurbitinus bryo-
nia ut testatur Siluaticus.*

MEDICAMENTVM AD FACIEM LUCI-
dam reddendam. Caput. 582.

Albumen subtilissimum oui, cū aqua rosacea & cā-
phora sufficienti tempera, & inde faciem subtiliter
inunge. Sapo Gallicus rubens & præparatus, idem præ-
stat si de eo facies abluatur, præparatur autem sic. De eo
facti magdaliunculi in sacculum mittantur & desuper bis
& ter aqua calidissima fundatur, & cum perfluxerit aqua
in pyxide condatur, & cum opus fuerit utitor.

MEDICAMENTVM AD FACIEM COLO-
randam & claram faciendam et rubram.

Caput. 583.

Ciceris rubri farinae & farinae nigellæ, Lupini amari
mundati, Bryoniæ in rotulas diuisæ & siccatæ, pul-
ueris radicis uiticellæ, Phasioli farinae, æqualia pondera
misce, cumq; uolueris faciem colorare parum de puluere
cum aqua in uola manus impone, & sic faciem frica, postea
ex aqua faciem laua, hoc enim rubram & lucidam faciem
reddit, & glabrum facit, Ad idem uiticellæ farina cum sa-
rina lupini sola idem præstat.

MEDICAMENTVM.

Caput. 584.

o ij Ad

NICOLAVS DE COMPOSITIO

Aganda, & narium & aurium uulnera expur-
ganda, & oculorum caliginem discutiendam, Cro-
ci, Myrrhae, aluminis scissi æqualia pondera in puluerem
redacta fiūt ad mellis crassitudinē, ad supra scripta utere.

MEDICAMENTVM AD HEMOPTOICOS
quibus de uua & faucibus sanguis est
fluit. Caput. 585.

Rosas siccas, lenticem uiridem myrtam nigellam sic-
cam Gallas Omphacias, æquali pondere tere, & cū
pusca coque, & gargarizandum da, ad idem, Polygonij
radicem in aqua ad tertiam coque & cola & cum cymino
sufficiente trito potui da, hyeme tepidum, æstate frigidū,
Ad idem, Gifaster & amyllum cum pusca tritum potui
detur.

MEDICAMENTVM AD IDEM
Caput. 586.

Symphyti radicis pulueris scrup: 2. Gifasteros, amyli
Sana scrup: 1. in una dosi cum pusca frigida dentur, Ad
idem bulbi aut Cochleæ elixæ, & cum aceto commestæ
mirifice operantur. habent enim conglutinatoriam uirtute-
tem. Si cum nimia tussi fuerint spura sanguinis dabis cum
pusca Trochiscum Trigonium uespertino tempore, &
sanabis ægrum. ad idem, libani, amyli, Simphyti ana unc:
1. tere & in puluerem redige, & exinde cochleare 1. cum
modica pusca in apozemate myrti, aut mali granati succo,
aut lenticulæ exhibebis.

MEDICAMENTVM AD IDEM
Caput. 587.

Trigonius pa-
stillus recipit
hyoscyami, o-
pij, anisi ana
un: 1. sem. apij
sextantem, et
aqua subigitur
Aetius li. 9. ca.
48.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe Gencianæ, Tragacanthi, ana drach: 14. Succi Plantaginis aut Polygoniæ q. ʒ. Fac Trochyscos ꝑ. Drachmæ, & da cum aqua aut succo Polygoniæ, siue Planraginis: Ad idem. Porri succus cum Portulacæ succo & modico aceto potatus sanguinem reprimat, Reupontis cum cum Hæmaticidos & Coralli puluere propinatum, idem præstat. Ad idem, Decoctio floris Roboris & corticis ipsius membranæ cum Amyli & Boli, hausta faciat egregie.

MEDICAMENTVM HYPOCAPNI-
um. Caput. 588.

Ad frigidam & humidam tussim. Confice sic. Sandaracæ, Thuris ana drach: 2. Myrrhæ drach: 1. tere & in puluerem redige & cum medullæ ceruinæ drach: 1. Confice, & exinde Trochyscos informa ad modum Lupini, & per septem dies super carbones diebus septem impone, & superposito trajectorio, patiens ore aperto fumum excipiat, tam diu donec id quod ex creatur habet fumi colorem, post hæc cõditum calidum bibat, Ad idem palmulas rosas Lenticulas pira sicca cum dulcore ad tertiam coque, & exinde patiens gargarizet, Siliqua græca in dulcore cocta, et gargarizata idem præstat, Ad idem, palmulas Myrrham & hordei pollines cum melle & aceto sufficienti coque, & exinde iugulum scapulas & pectus cataplasmas, Ad idem amomii pulueris, Mastiches & Hypocistidos succum cum melle sufficienti, & carnibus palmarum coque, calidumq; sub Antereon impone.

MEDICAMENTVM AD SICCAM TVSS-
im. Caput. 589.

o ñj Pulegij

NICOLAUS DE COMPOSITIO

PVlegij radicem Aprij uiridis fasciculum 1. in mellis optimi duab. partibus & acetii albi una ad horas 24. infunde, & lento igni ad Mellis crassitudinem coque, & per linteolum cola, exinde cochleare unū aut duo singulariter uel cum calida appropriata dabis, Ad idem. Fœni Græcum purgatum in aqua calida ablue, ut terrestri qualitate exuatur, & supra exiguos carbones leniter coque et cola & secundo mutata aqua iterum coque & ex eodem succo calicem unum ammixto mellis cochleari uno exhibebis.

Anterion scribit Syluaticus, & prodit esse partem sub mento, ept hene idem est quod contra eleuans et Anterides sunt tibicines, id est pile lapideæ que edificia sulcium ediciora.

MEDICAMENTVM AD VVLNVS PVL
monis & ad timorem Phthi
leos. Caput. 590.

In secunda aqua decoctionis Fœni græci caricæ pinigues Hyssopi comas Iridem Illyricam coque & cola et ammixta mellis phiala mane aut uesperis dabis, Ad idem orobum rufum die integro in aqua infunde, alio nero die in testa ignita moderate torrefac, & mola portatili molere curabis, & per angustissimum cribrum concernito, & ex ipso puluere cochleare 1. cum mulla calida ieiunis in diluto uel uesperis exhibebis, aliquando in tribus partibus pollinis adduntur hyssopi & Iridis illyricæ, partes singulæ & similiter ut supra administratur.

MEDICAMENTVM ASTHMATICIS
Salutare. Caput. 591

Tempore

NE MEDICAMENTORVM.

TEmpore hyemis ex tritici farina decocta in Marrubij decoctione, cum spongia diligentissime pectus et Stomachum foue, Ad idem, Abrotonon, uuam passam, rutam in aqua coque & colatum administra sorbendum.

MEDICAMENTVM QVO VSVS EST

Galenus ad Empycos & Asthmatis
cos, & ad omnem tussim.

Caput. 592.

REcipe Styracis Isaurici, drach: 6. Resinae Terebinthinae, opopanae, galbani, Iridos Illyricae, ana dra: 4. Myrrhae drach: 2. & semis, sulphuris uiui, Hyoscyami ana drach: 1. Mellis despumati, collige cumq; opus fuerit exhibe, Ad idem expertum, Radices Fillicis siccae, Stercoris Lupi, Lemniae Sphragidis, Colophoniae aequalia pondera tere, & in puluerem redige & cum uini phuala 1. uel 2. ante prandium uel post prandium propina uel post caenam.

Styracem nanq; Gabaliu uel Calamiten Pisdidiacum et cilicium, ubi est Isaurus, ceteris praefert Diosc. li. 1. ca. 70.

MEDICAMENTVM AD DEBILITATEM

ex frigiditate & dolore Stomachi.

Caput. 593.

REcipe Absinthij, Piperis ana scrup: 6. Aloe, Styracis, Mastiches ana scrup: 4. Vini ueteris hispanici quantum sufficit. Conficitur sic. Omnes species pridie in fule in cacabo aeneo stagnato coquantur donec utrumq; co sumatur, & inde stomachus plagellis laneis intinctis diu uaporetur per triduum, & superpositis purpureis Alapsis operose facietur.

Medica

NICOLAUS DE COMPOSITIO

MEDICAMENTVM AD DOLOREM
Stomachi Mitigandum.

Caput. 594.

Cymini torrefacti seminis Apij ana drach: 2. Seminis
papaueris drach: 1. Tere & in puluerem redige, &
exinde cochleare 1. in haustu Vini stiptici calidi propina.

MEDICAMENTVM AD DEBILITA
tem humectationem & fastidium
Stomachi. Caput. 595.

Recipe Carnes tufas palmarum numero duodecim,
Aloes hepaticæ, Mastiches, Absinthij ana unci: 1. &
semis, Pollinis Lentis partes 3. Lini seminis pollinis parte
no si æstas fuerit & Cataplasmate hoc utitor, renouato
subinde medicamine.

MEDICAMENTVM AD DVRTIEM
& tensionem Stomachi & ad diffici
lem motum articularum.
Caput. 596.

Recipe Cerae, Olei Cyprini ana unci: 4. Ammoniaci
unci: 2. Bdelij, Resinae Terebinthinæ, Galbani ana
& utere.

MEDICAMENTVM AD RHEVMATIS
mum Stomachi & Vomitus Con
stringendum. Caput. 597.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

R Ecipe absinthij pontici comæ, aloes, aluminis scissi, Croci mastiches æqualia pondera tere, & in puluerem redige exinde albumine oui stomachum illine, & sic supra scriptum puluerem insperge, purpuræ cooperi & fascia, Omphacium in uino Myrtino, aut aqua pluuiali sorbendum exhibe & idem pollet.

MEDICAMENTVM AD DEFLECTIONEM
stomachi ex paralyti. Caput. 598.

M Astiches dra: 2. Absinthij, Styracis, aloes, Schœnanthi in fortissimo uino nigello pridie infusa in uase testeo stagnato coque, & exinde spongijs nouis ante prandium alternatim uaporabis et sic purpura operiet fascia. Ad idem. Ex oleo rutaceo & butyro tepesactio stomachum crebrius perunge, lanisq; superpositis fascia.

MEDICAMENTVM AD VENTOSITATEM
stomachi, seu inflationem & tensionem. Caput. 599.

P Olycratis manipulum 1. in aqua decoque & ipsam decoctionem ieiunis exhibebis, Ad idē, Mentæ cum nepitæ decoctio cum melle, & piperis granis 30. mixta, potata par beneficium præstat.

Fortassis polytrichi germana lectio legendum requirit.

MEDICAMENTVM PHYLAGRII.
Caput. 600.

O Primum ad uentositatem et inflationem stomachi, Hepatis & splenis. Recipe Adipis taurini, olei nardi, mellis ana unc: 12. Ammoniæ guttæ, resinæ Terrebenthinæ, ana unc: 6. Cardamomi, Cyperi, herbæ Sabina, Nitri, Baccarum lauri, Casiæ fistulæ, Meliloti, Fœni

p græci

NICOLAUS DE COMPOSITIO

græci, pollinis, fascis Gallici seminis Aprij sanfucci, Anisi, panacis ana unc: 3. Terenda in puluerem redigantur, panax & guttæ ammoniaci, cum aceto soluantur, & solubilia ad ignem soluta adijciantur, deinde puluerem specierum admisce, & bene commixtum medicamentum usui referua.

MEDICAMENTVM AD DURITIES ET
digerendam phlegmonem hepatis in
flammati. Caput. 601.

Mala Cydonia purgata & trita cum farina hordei & fœni græci, in aqua pluuiali coque & impone, Ad idem, carnes Dactylorum cum eius æquali pondere Ceroti rosacei in mortario molybdino oleo peruncio distere et impone.

MEDICAMENTVM GALENI AD PHLEG-
monem hepatis & stomachi probatum.

Caput. 602.

Molybdos est
plumbū. Ma-
luit autē trās-
lator Græcā q̄
latina uti uocu-
la.

Recipe Ceroti rosacei in mortario molybdino unc: 3 cum olei Nardini drach: 3. aut molybdi solue drach 4. Puluis aloes mastiches drac: 1. Ceroto admisceatur, & cum intrigidatum fuerit utere.

MEDICAMENTVM COPTON.

Caput. 603.

Quod optimū est ad duritiem & sclerosin hepatis & stomachi, ita ut cum sepius impositū fuerit molliat & per halitū digerat. Conficitur sic in fece Nardini olei, (quod optimum est ad duritiem & Sclerosin Heparis & Stomachi, ita ut cum fuerit sepius impositum molliat & purget

NE MEDICAMENTORVM.

purget) Propolisidis unc: 6. Styracis unc: 2. lento igni solue, Hematitidis pulueris unc: 1. & dra: 4. Terebinthinæ supermisce, & cum refrigeratum fuerit in purpurea alapsa saepius hepatis superpone & miraberis.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM

hepatis. Caput. 604.

TRitici farina in decoctione absinthij et aneti cocta et sacculo immissa & imposita statim dolorē mitigat. Ad idem, costum patiens bibat, ieiunus, ipsumq; liquorē deglutiat, & in idē latus facendo in cubat. Decoctio absinthij pontici idem praestat.

MEDICAMENTVM AD DVRTIEM ET

tumorem hepatis. Caput. 605.

Centauream, anetum, asphodeli radicem papaueris capita aequalia pondera in oleo & modica aqua coque & eodem oleo lanas imbutas appone.

MEDICAMENTVM AD PHLEGMONEN

hepatis. Caput. 606.

Chamemelon cum uino et melle data confestim omnem phlegmonem per sanat.

MEDICAMENTVM AD ENPHRAXIN HE-

patis & splenis expertum. Caput. 607.

Quod emollit durities magnas et soluit. Ammoniaci scr: 2. da in cōdito dieb. 3. miraculo pxime accedit, temper enim uitiosos humores per uentrē euacuat, ut qui Hydropici certo futuri sint salubriter euadant hoc medicamine accepto. Ad idem pulueris radicis capparis scr: 2. dati febricitantibus, cū calida non febricitantibus cū uino

p ij Enphras

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Inclinaret an-
mus legendum
esse manu ap-
posita loco af-
fecto siquidem
is calor tempe-
ratus ē, et iux-
ta Serapionem
et Hugonē Se-
nensem ad ma-
turandā phleg-
monē eximie
conducens.

Ephraxim Hepatis mirifice soluunt, & qui hæc perteno-
tant decumbant in idem latus manu supposita capiti. Ad
idem. Costi, Eupatorij, ana drach: 4. piperis drach: 2. tere
& in puluerem redige, & inde cochlearia 2. in uino Asca-
lonto diebus tribus propina mane, & qui accipit in dexa-
tro latere horam dimidiam decumbat, & ad noctis crepus-
culum similiter utatur.

MEDICAMENTVM

Caput. 608.

AD eos qui ex pingui et uiscoso humore & spisso en-
phraxi Hepatis sunt obnoxij. Recipe anisi seminis
apij, asari, absinthij, amigdalatarū equalia pondera tere
& in puluerē redige & cum aqua collige, & exinde drach-
mam apponderantes trochyscos informa, & cum ap-
propriata integrum exhibe, & si duritia cum uehementi
dolore sit in hepate & intestinis & splene, Trochyscū ama-
zonium da, Etenim constipata aperit & narcotica uirtus
te paragorizat.

MEDICAMENTVM AD SPLENIS DEBILI-
tatem & imbibitionē humoris a Græcis Citron
appellatum. Caput. 609.

Recipe resinæ frixæ un: 12. Cerae, Guttæ ammoniac
cæ ana un: 6. Auripigmenti, aluminis scissi, olei ues-
teris ana un: 1. & semis. Aceti acrioris quod sufficit. Con-
ficitur sic. Cum aceto ammoniacum in mortario diu tera-
tur & cera in oleo soluta apponatur, Idem idem specierū
puluis tam diu in mortario conficiatur, donec oprime cō-
mixtus fuerit, condatur, & cum opus fuerit in plagellā
inductus superponatur.

Medica

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD DVRTIEM

splenis. Caput. 610.

THus masculum Ammoniāci guttam æquali ponde
re diligenter tere & succum Cauliculi ex folijs uiris
dioribus expressum immitte, ut in similitudinem Emplas
stri efficiatur & in Charta inductum uel Aluta, Spleni
appone.

MEDICAMENTVM AD EVAPORAN-

dum splenem. Caput. 611.

HEderæ folia uiridia & nepitam uiridem in aceto cōs
petenter decoque et cola in ipsam decoctionem hor
dei pollinis, & Fœni græci & Orobi æqualia pondera im
mitte, modicumq; bulli & sacculo inclusis Splenem diu
uapora, & post euaporationem Nitrum in Cyprino aut
Irino oleo simul efferuefacito, & in lanas inductum patien
tibus locis impone & fascia.

MEDICAMENTVM AD SPLENIS AF-

fectionem cum febre acuta.

Caput. 612.

Fœni græci pollinis partem 1. hordei partes 2. cum a
qua & oleo Rosaceo & modico melle coque & instar
cataplasmatidis per tres dies impone, et oximeli aut acidū
Syrupum cum appropr ata ieiunis administra.

MEDICAMENTVM AD SPLENIS CA-

lilitatem nileon appellatum.

Caput. 613.

p iij Recipe

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Vide Paulum
li. 7. ca. 18. qui
pro rosaceo cy
prinum adhi-
bet, quod iam
olim laudatū
et nobile phar-
macum est, et
omnibus notū
teste Galeno,
de Com. secū.
loca libro. 2.
ca. 2. de Cata-
plasmatis Ar-
chigenis.

Recipe Cere, Gutte Ammoniace, Olei Rosacei ana
unc: 3. Croci, scrup: 6. Aceti quod sufficit. Confecte
& utere.

MEDICAMENTVM AD CALIDAM ET
humidam distemperantiam Splenis
ab initio. Caput. 614.

Picis liquidæ & Aceti, salis floris stipij, idest Antimo-
nij, Oenanthes, Gallæ Asianæ pulueris ana drach: 3
in mortario diu terendō commisce & calefactū ad prunas
superimpone.

MEDICAMENTVM AD HVMDVM
splenem. Caput. 615.

Recipe Picis sicæ & Cere albe Ammōiaci ana unc:
4. Olei Rosacei unc: 1. Halosanthus, floris agni plā-
taginis quinq; folij, foliorum siccorum, Stipterix schisti,
ana drach: 2. Solubilia cum pice soluantur & sic terendō
rum puluis adijciatur & bene commixta in plagellam
inducta imponatur, Ad idem floris æris aut salis, Stipe-
terix æqualia pondera cum aqua abscissæ salicis solue &
Alapsæ inductum spleni superpone, admirationi est & fa-
lix & faustum medicamentum ad desiccandum splenem.

MEDICAMENTVM AD VENTOSITATEM
splenis. Caput. 616.

Recipe Piperis Cymini Ruthæ ana drach: 10. Nitrī
drach: 9. Melle optimo excipe, & inde mane et Ve-
speri drach: 2. offeras. Ad idem gitteris, apij seminis anisi,
Petroselinī, Cymini, ana drach: 2. in farinæ libr: 1. pistoria
arte

NE MEDICAMENTORVM.

arte confunde, & subige, & inde panis factus comestusq;
splenis uentositatem tollit, præfata uero species cum uino
trita & ebibita idem præstant. Aliud. Vinum in quo in-
fusa & trita Scolopendra & Asplenon herba fuerit sump-
tum duritiem splenis & uentositatem emendat, Ad idē,
Betonicae herbae trita scrup: 3. cum uini nigri Cyathis 3.
& calidæ tantum per tres dies aut quinque in uno mēse po-
turi datur. Ad idē Hederæ radice & Capparis radice ui-
ridis seu siccae æqualia pondera in uino stiptico sufficienti
ad tertiam decoque & exinde calicem. i. ieiunis da.

MEDICAMENTVM SPLENETICVM

& solutiuum. Caput. 617.

EBuli tenerimæ radice fasciculus non ablutus contu-
sus, cum uino ueteri, & potu datus humorē de sple-
ne per uentrem mirifice deducit. Ad idem. Iridis illyri-
ca radix, cum uino ueteri trita & mane epota idem præ-
stat.

MEDICAMENTVM AD EVACVANDVM

splenem. Caput. 618.

Gutta ammoniacæ & pulegij drach: 1. cū aceto por-
rigatur. Ad idē, Chamæleæ foliorum laureolæ, Cal-
cucecanmeni & anisi æqualia pondera tere & in puluerē
redige, & inde drach: 1. cum condito aut. 2. secundum uis-
res ægrotantis exhibe, ad idem. Tartarum ablutum aqua
& insolatum tere & in puluerem redige, & inde unc: 1. in
uini phiala porrige, prodest, etiam & Picra antidotum sæ-
pius oblatum.

Medicament

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Conditum hic & alias semper in hoc authore intelligere oportet potio-
nem factam ex propomate. Propoma autem fit ex uino & melle de spuma
to & recipitur ad uini sextarios quatuor mellis sextarius unus & diu-
soli exponitur. Conditum autem tunc fit ubi aromata admiscuntur ueluti
piper cinnamomum zingiber & similia. nonnunquam mel non admisceba-
tur uide Palladium li. 3. ca. 32.

MEDICAMENTVM HYDROPICIS APTVM
qui duritiem et enphrazim uiscerum
patiuntur. Caput. 619.

Silleris, Spicæ Nardi Casiæ asari ana æqualia pondera
si febrat in aqua si nō febrat in uino coque, cuius apo-
zematis phialam 1. exhibebis.

MEDICAMENTVM HYDROPICORVM
ad confortanda & exiccanda uiscer-
ra. Caput. 620.

Absinthij pulueris & anisi Mastiches seminis Ruthe
ana unc: 1. tere & cum melle coque, & inde quoti-
die singula cochlearia administra.

MEDICAMENTVM HYDROPICIS AD DIA-
phoresim faciendam & reprimendos
humores & tumorem con-
ducibile. Caput. 621.

Recipe Olei unc: 10. Psimithij, Ceræ ana unc: 7.
Chalcanthi aphronitri, aloes ana unc: 3. Aceti acer-
rimo quod sufficit. Terendorum puluerem cum aceto in
mortario tere donec ad mellis spissitudinem abeat, Psim-
mithium autem cum oleo coque donec mollescat & post
hac ceram immitte, & in mortarium super species congere &

NE MEDICAMENTORVM.

& manibus malaxa & conde; cūq; opus fuerit utere. Hoc
medicamentum non solum ad Hydropicos uerum etiam
ad alia utilissimum est, & ut plurimum splenem euacuat,
apostemata exiccat, & in articulis coagulatos humores
dissoluit, minime uero despiciatur propter humilitatem
specierum, ut Encomio indignum, equidem eius præco-
nia nemo digno Elogio uel Demosthenico efferre queat.

MEDICAMENTVM AD REFRENANDVM

fluxum cholericum & somnum indu-
cendum. Caput. 622.

Diacodion de sapa factū, & uentrem stringit & som-
num inducit: Ad idem Omphacomeli cum succo
turionum in uino deorabis.

MEDICAMENTVM HYPOCORION AD

idem. Caput. 623.

Recipe Pitrorum immaturorum & malorum Cydo-
niorum & malorum granatorum acidorum, & Da-
ctylorum immaturorum succi ana unc: 1. Macis, Acaciæ,
caryophyllorum ana drach: 6. Cinnamomi, Balaustiorū
ana drac: 2. Confice sic. Succum cum mellis rosacei libra
coque donec inspissetur, & sic cæterarum puluerem ad-
misce, diuq; terendo confice & usui reserua, cum opus fue-
rit cum aquæ cysternæ unc: 1. plus minus secundum uir-
tutes patientis suppedita.

Maccē adstringere constat ex hoc medicamento. Cuius nos admonuit
etiam Doctor Geor. Leuelaticus physicus Vuasserpurgensiu. Quod uide-
licet uulgus medicorum macc utatur tanq̄ soluente medicamine: quū aper-
ta, uel Auicenna ipsorum contrarium statuatur. Macis uero oleum odoratis-

q̄ simum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

simū Vuelferij Augustani mercatores opulētissimi ex India Occidentali ex-
portāt hodie, qd' podagrā curat ubi pedi oblitū fuerit ut prodigo affimile
uideatur.

MEDICAMENTVM CAPVT. 624.

Cholericis ad uomitū & uentrē stringendū, fastidiū
causet, stomachū confortat Mica panis in oleo ros-
faceo infusa, & cū lactuca & semper uiua in modum elē-
ctuarij trita & imposita insigniter prodest. Ad idē Om-
phacij, polygonij succū palmitū uitis ana un: i. in olei ros-
facei unc: 3. coque donec olei consistentiā habeat, et sic ce-
ra albæ un: i. appone & cū infrigidatū fuerit utere ad sus-
pra scripta, hoc caliditatē mitigat, et cōfortat stomachū et
humorē affluentē stomacho reprimat, et si cholericus uomitū
ca oborta sit aut uētris pluuiū urgeat, scamoneā in pulsa
aut succo mēthę aut hydrosolato, aut rhodomelite porris-
ge, aut si imbuta tunica cholericus humorē fuerint mixto
diagridio scdm uirtutē patiētis medicamentū tēperabis.

De potionibus
eiusmodi ui-
de Paulū li. 7.
cap. 15.

MEDICAMENTVM AD RHEVMA VEN-

tris sine febribus. Caput. 625.

Lac Caprinum aut uaccinum lento igne decoctū ita
ut semper agitetur, donec tertia pars cōsumatur mis-
rabilitur iuuat, quando autem cū lapidibus aut ferro co-
ctum fuerit, & datum idem pollet.

MEDICAMENTVM AD RHEVMA VEN-

tris ex cholericis. Caput. 626.

Baccarum lauri, psidiorum radice pentaphylli, idēst
quinquefolijana cū oleo Myrtino sufficienti coque, &
lanas inde imbutas superpone stomacho & uētri. Ad idē
pulueris Cymini, seminis apijana equalia pōdera in oleo
puro sufficienti coque, & lanas inde humectas impone.
Medicat

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD RHEVMA DY-

sentericum uentris. Caput. 627.

Farinæ hordei unc: 6. mannae unc: 2. cum oleo Myrsino sufficienti in quo bullierint Rubi radices Psidia aut Galla Asiana coque & instar cataplasmatidis impone. Adidem si intestinorū tumor & dolor cum febre sint, triticeæ farinae & lini seminis & lenticulae ana æqualia pondera cū melle & aceto sufficienti coque, addēdo mannis psidiorū Gallæ asianae ana dra: 1. locis dolētib. super impone

Liber scriptus uidebatur habere testiu dor.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM DY-

senteria. Caput. 628.

Vinum austerum in quo decoctum fuerit labdanum cū drach: 1. pulueris Nardi potatū fluxum stringit, Ex myrrhae optima Catapotia in modū fabæ facta & posrata idem præstant. Ad idem. Gallæ asianae, psidiorū, polygonia, rubi radice & quinq; solij apozema adstringit.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM DY-

senteria. Caput. 629.

Summitates rubi, myrrhe caducae, mali granati, Gallastrū Omphacidon ana æqualia pōdera in uino stiptico coque & colatū potui da. Ad idē, acaciae & gisasteros ana æqualia pōdera in uini cochl. 1. pota similiter adstringūt.

MEDICAMENTVM AD FLVXVM ET VVL-

nera Dysentericorum. Caput. 630.

Laccaprinum optimum moderate lento igni coque, in cacabo fictili nouo & sufficiens Amylum recens admisce & ieiunis aliquot diebus sorbendum da, post aliū quantulum panis sicci ad comedendum exhibe, etenim hoc adiutorium a credinem temperat, ulcera cicatrizat & intestinorum ac uentris asperitatem lenificat.

NICOLAUS DE COMPOSITIO
 MEDICAMENTVM AD PROCIDEN-
 tiam intestini recti. Caput. 631.

Ericis Carpos
 est fructus he-
 dera quemad-
 modū exponit
 Genuēsis. Ego
 puto corrupte
 Barbaros Eri-
 cem pro hede-
 ra quadā spe-
 cie pronūciare
 quae dicitur e-
 lix. Vide Dio.
 & Hermolāū
 in Coroll.

E Ricis carpi Gallarū cerussae acaciae, succi Hypocistis
 dos, Corticis pini, Thuris masculi ana aequalia ponē-
 dera tere & in puluerem redige, & praeloto ipso intestino
 uino bono austero, aut lentisci uel Myrthi decoctioe pul-
 uerem asperge.

MEDICAMENTVM AD PROPENDENS
 intestinum rectum. Caput. 632.

F Abae nigrae, quercus, castanae, radicis corticis, car-
 dii syluestris lentisci, roris marini aluminis ana aequalia
 pondera tere & in aqua pluuiali coque, & exinde inte-
 stinum fomenta. Ad idem, Aluminis Galle, Tartari, corti-
 cis quercus, Teste oui, colophonae, Boli Gentianae ana
 aequalia pondera tere, & in puluerem redige, & fomenta
 to intestino prociduo super sparge.

MEDICAMENTVM AD PLEVRETICO-
 rum dolorem. Caput. 633.

P Vlegij pollen adhibitum & calidus inductus dolorē
 pleurefis emendat, & tumoribus, podagricisq; dolorē
 ribus obsistit, Ad idem folia nasturcij & minoris Nepitae
 cū ueteri axungia in modum electuarij trita et cū frumēti
 polenta & melle cocta & inducta mire dolorē arcent. Ad
 idē, Sanfuci & ruthae agrestis folia & baccarū lauri equae
 lia pondera tere et cū melle coque, calidūq; in plagella in-
 ductum locis patientibus impone tegeq; lana calida et fas-
 scia. Ad idem, calcis uiui pulueris unc: 1. cū mellis unc: 6.
 ad spissitudinem cocta, saccoq; immissa & calide impos-
 sita subuenit eximie.

Medica

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD IDEM.

Caput. 634.

Absinthium cum Ceroto Laurino & nitro & Iride
 Illyrica & Caricis ammixtum & Pleuræ superposi-
 tum dolorem placat: hoc medicamentum Stomacho in-
 ductum antiquissimos dolores curat exhauriendo humo-
 rem amplius non reuersurum, Ad idem mulla ex decoctis
 one Hyssopi & origani potata. Ad idē Diolibanu & Hy-
 gie æqualia pondera contusa, cum supra scripta mulla da-
 ta dolores reprimunt, & quietem optatam inducunt, ad
 hæc eadem diapeganu & Acharistum benefaciunt.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM

IIij. Caput. 635.

Bacca Lauri una & dimidia purgata & trita cum a-
 qua sæniculi agrestis pota cum omni celeritate sub-
 uenit. Ad idem, grana radicū Hipposeræ, tria uel quinq;
 trita & cum aqua tepida pota, eadem hora profunt, Erins-
 gi radicis succus potatus idem præstat, Ad idem, Cozum
 brū cū melle coctū & impositū iuuamen adfert optatum.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM

IIij & uentositatem. Caput. 636.

MAstiches. Costi, Zingiberis, Pyrethri pulueris Eu-
 phorbij ana æqualia pondera in sufficienti Ceroto
 Rosaceo coque, & ex eo manibus perunctis loca dolentia
 diu frica, lanisq; calidis superpositis fascia. Hoc medicamē-
 tum & dolorem placat & Ventositatem expellit. Ad idē,
 Zingiberis, piperis, seminis Aprij & aneti ana drach: 3.
 Euphorbij. Cocognidij, Diagrydij, ana drach: 7. tere &
 in puluerem redige, & inde drach: 2. uel 3. dabis secundū
 q̄ iij uirtutem

NICOLAUS DE COMPOSITIO

virtutem cum apozemate apij & petroselini, costii & galia
gæ, Ad idem, Hederae terrestri decoctione patiens fomentetur, & sic caudæ uulpinæ granorum nouies ablutorum
succum patienti præbe. Liliæ radicis sicca pulueris scrup:
3. pulueris lapidis qui de Renibus aut uesica mingitur
scrup: 2. cum pastinacæ radicis nouies ablutæ apozemate
te sumpti dolorem Illi miraculum arcebut.

MEDICAMENTVM AD IDEM.

Caput. 637.

Recipe Seminis immaturi Citri unc: 1. & mediâ, Sa-
xifragæ uiridis fasciculum, 1. Cymini fracti drac: 1.
Mellis, uini albi quod sufficit. Semen & herbas & cymini
contusa in uino bulli & cola, & mellis parum decoctioni
adde, & potui da tepidum. Et Philantropum cum 1. drac:
Diagridi cum appropriata data soluit Diospolites & dia-
trion præstat idem.

MEDICAMENTVM AD CALCULOS

in renibus factos, Caput. 638.

Patens fomentetur ex aqua calida uel tepida & oleo
Chamæmelino, Mox apozema radicis Cardui sylue
stris & apij & anisi sumat, Ad idem, herbæ quinq; folij et
radicis eius apozema post fomentationem datum lapides
mirabiliter frangit & cum urina deducit. Ad idem, Striga-
ni, Eringij, poeniæ apozema potatū idem operatur, Baco-
carum hederæ undecim & piperis eiusdem numeri pulue-
ris in aqua tepida datus idem præstat.

*Strychni lege-
dum.*

MEDICAMENTVM AD EXPELLEN-

dos lapides, Caput. 639.

Vesicam

NE MEDICAMENTORVM.

Veficam apri cum urina fura, & tantundem sanguinis hyrci, adiuncti ficcari procura, & cum opus fuerit drac: 3. cum apozemate nardi indicia aut afari aut amomi propina, hoc enim auxilium probatum est & a multis expertum. Ad idē sanguinis triennialis aut uetustioris hyrci puluis secundum industriam medicorū præparatus & cicadarum siccarum puluis cū apozemate nardi & Cinna-
momi datus eadem mirandum in modū atq; ocyus exper-
dit. Ad idem. Cassiæ fistulæ, Costi ana unc: 2. Spicæ nardi piperis ana unc: 1. tere & in puluerē redige, & cū aqua mane & sero cochleare 1. tribue. Ad idem. Recipe Spicæ nardi, Phu, Saxifragæ, Betonicæ, afari seminis lini, Petro-
selini ana drach: 8. Costi, folij ana drach: 4. facto puluere exinde cochleare 1. antehoram prandij in condito bibendum exhibe, minuit lapides & expellit, nec alios renasci patitur.

Conditum re-
quire ca. 618.

MEDICAMENTVM OPTIMVM AD
confringendum lapidem in Renibus
factum. Caput. 640.

Recipe carpobalsami, Lapidis qui in spongijs nouis reperitur, Pulegij sicci floris, malux agrestis seminis ana æqualia pondera tere & in puluerem redige, exinde cochleare 1. Cum uino tepefacto aut condito uel passo ærotanti ministrabis. Ad idem. Piperis, Baccarum Lauri Petroselini, Afari æqualia pondera in puluerem redige, & inde cochleare. 1. in passo tepefacto per triduum ieiunus bibat. Lauri cortex tritus & cum uino bibitus idem præstat, & abortum facit. Bestianum antidotum & Panacea. Lithonripon aut Iustinum cum condito usuali acceptum

NICOLAUS DE COMPOSITIO
acceptum ad supra scripta præsentaneum remedium est.

MEDICAMENTVM AD EOS QVI
pus ex renibus mingunt. Caput. 641.

MVisa sæpius data bene facit & succus foeni græci,
cum melle potus idem præstat, & semen Cucume-
ris Domestici cum Chrysoptico et. mulla sumptum auxi-
lio est.

MEDICAMENTVM AD EOS QVI VL-
cus in uestica, aut Renibus habent.
Caput. 642.

ARmenicus Bolus cum uino potus eximie operatur
& herba Hippuris & graminis cum uino accepta
idem præstat. Ad idem Lini seminis drach: 2. Amyli drac:
1. tere & cum aqua cochleare 1. potui administra, Amyg-
dalæ & pineæ ante prandium & post prandium cum uis-
no sumptæ par beneficium præstât. Trochiscus Diaphy-
salidos cum sapa sumptus optime subuenit & Philonis
Antidotum bene facit cuius confectio hæc est. Recipe
Leucopiperis, Hyoscyami ana drach: 20. Cucumeris do-
mestici seminis ana drac: 6. Croci drach: 4. Conij seminis
drach: 3. Opij, Pyrethri ana drach: 1. mellis quod sufficit.

*Philonis Anti-
dotus.*

MEDICAMENTVM AD STRANGURI-
am & calidam distemperantiam.
Caput. 643.

SEminis cucumeris & Citruli, Melonis & apij purga-
ti, ana drach: 1. trita & cum aqua tepida & muscelio te-
perata & sumpta belle prodest, Ad idem granorum solis
pulueris

NE MEDICAMENTORVM.

pulueris drach: 2. cum aqua frigida sumantur. Ad idem, maluæ seminis Cucumeris & apij, ana æqualia pondera cum aqua tepida & modico Rosaceo data stranguriã soluuunt, argentum uiuum cum tantundem lacus per uirgã cum cathetere immissum idem optime præstat.

Catheteres sunt infusoria instrumenta, quibus in uesicam medicamen aliquod inijcitur pro curandis ulceribus eius, uel pro elicenda suppressa in ipsa urina.

MEDICAMENTVM SI EX CALIDA IN-
temperie renes & uesica distemperata fuerint. Caput. 644.

LAcasinum potatum ieiunis temperat, & uulnera purgat. Ad idem in lacte caprino & uino nucleorũ recentium cucumeris seminis, amygdalarũ dulciũ, amyli ana æqualia pōdera leniter cocta & pota mirabiliter operantur, Ad idem mulieribus lac asininũ & muliebre pefario suppositum idem præstat. Ad idem, amyli recentis drac: 4. seminis lini papaueris albi seminis excoriati, Tragacanthæ ana drach: 2. tere & in puluerem redige, & cũ aqua collige, & Trochiscos drachmã ponderantes effinige, unumq; per uices tres cum Crisoptico da, ad hoc optimum est Diaiteon Emplastrum, & Diaphœnicon in aluta inductum & pectini & renibus impositum.

*Diaiteon Em-
plastrũ ex sa-
licibus cōfectũ*

MEDICAMENTVM.

Caput. 645.

AD inflammationem renum & uesicæ, & ad Dysuriam & uulnera cũ phlegmone oborta, Cucumeris domestici seminis grana numero 40. Nuclei pini grana
r numero

NICOLAUS DE COMPOSITIO

numero 20. amyli drach: 1. in aquæ sextario 1. ad tertiam decoque, apij seminis drach: 5. & Spicæ drach: 1. in puluerem redige, & cum supra scripto apozemate admisce, in decj cyathos duos ieiunis porrige.

MEDICAMENTVM AD STRANGVRIAM
& dysuriam expertissimum. Caput. 646.

R Ecipe capparîs radicis, saxifragæ, macedonici, apij, peucedani radicis ana fasciculum 1. seminis citrulli melonis, cucurbitæ, cucumeris ana dra: 3. Sambacæ drach: 2. Conficitur sic herbas omnes contusas in aqua tamdiu coque donec uirescat aqua & cola, deinde semina omnia diuissime trita tamdiu in eadem aqua manibus frica, donec lactea fiat. Postea per linteolum cola & addito Sambaco, tepidû potui da, aut per uirgam iniice, si careas succo, uino albo sarcire idem licebit.

MEDICAMENTVM AD STRANGVRIAM
ex frigida distemperantia. Caput. 647.

C Aryophyllorum salis nitri cymini, ana æqualia pondera tere & cum forti aceto per triduum ieiunis pro pina, artemesiæ succi scrup: 2. cum uino poti, uescicæ dolorum & stranguriam soluunt. Ad idem apij, Fœniculi, rutæ, Dauici seminis cinnamomi, Spicæ, carpobalsami, ana æqualia pondera in puluerem redige, & inde dra: 2. post balneû cû apozemate Macedonici, aut Senationis æger usurpet. Rhamni idest Brusci radicum & Origani decoctio pota præstat idem.

Rhamnus Persephonion dicitur Græcis & leucacantha, latinis spina alba. Ruscus autem in officinis hodie Bruscus perperam dicitur, que est myrsine

NE MEDICAMENTORVM!

myrsine agria idest, myrtus syluestris apud Diosco. lib. 4. cap. 141.

MEDICAMENTVM FORTIVS AD
idem. Caput. 648.

R Adicis Tithymali fasciculum tere et in aqua ad medietatem coque, & inde duos aut tres cyathos secū dū virtutē exhibe extenuat enim & poros aperit & stranguriam soluit, Sanguis uulpinus calidus super Renes pectinē & genitalia sæpius illitus calculos mirabiliter frangit & stranguriam inde factam optime soluit.

MEDICAMENTVM AD COLI DO-
lorem. Caput. 649.

IN decoctione herbæ Chamæmelinæ, Hibisci radicem & pulegij, Lauri Baccarum & foliorum eius artemisię Sanfuci & Anethi addito oleo Cyprino, Chamæmelino & anethino, Fursur triticeum aut hordeaceum coquatur & sacculo in quem immissa hæc sunt loca dolentia diutius vaporētur. Ex oleo Picelino aut Raphanino calido languidæ imbutę renibus summini pectinicę impositæ optime dolorem mitigant. Ex aquis sulphureis aut bituminosis calidis & salsis si lauerint multum releuantur, & si inde biberint melius blandius afficiuntur.

MEDICAMENTVM AD COLVM ET DY-
suriam & Illij dolorem. Caput. 650.

Piperis grana 30. Cymini torrefacti & salis ana scrup:
1. in puluerem redige, & cum aqua tepida bibe. Ad
idem. Allei succus cū modico pipere & Coriandri folio &
r ij iure

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

iure gallinaceo & condito tritus et sumptus Colicis mirabiliter conducit, allei tres bulbi uespertino tēpore sumpti omnē uentositatē cum Phlegmatico humore deducunt.

MEDICAMENTVM AD COLICAM.

Caput. 651.

LAuri baccas purgatas nouē aut undecim tere, & cū uini cyathis 3. bibendum largire, probatum est. Ad idem succus foliorum Raphani cum piperis granis 7. aut 9. & mellis coch: 2. in solio bibendum tepide dona & miraberis, hoc enim ad Nephreticos facit, q̄ lapides & Enphraxim in uesica habent, & humores spissos educit. Succus petroselinī cū aniso similiter datus eadem operatur, ad idem: pulueris Origani drach: 4. cum uino Ascalonio aut alio potæ pulcherrime subueniunt. Origani scrup: 2. uel 3. & casterei 2. febricitantibus cū mulla dati, non febricitantibus cum uino & melle par beneficium præstant.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM COLI

& Enphraxim stercoreū factum. Caput. 652.

Foramineam herbā nisi uulgatū hypericū appellat, non intelligo quid uelit, habet enim folia plena foraminib. unde et perforata passim uocatur.

HYdræleon et mulla tepida ebibita subducunt aluū, & sumpta dolorem sedant. Ad idē, uetustū gallū exenteratum polypodij un: 2. & salis 3. reple & foraminee succo cū acetabulo uini uel mullæ ipsam ius potandū porrige, suauiter enim uentrem deducit, & dolorē sedat. Ad idem Coccagnidij purgati drach: 8. Aloes Diagridij, zingiberis ana drach: 4. Euphorbij, cymini, mastiches, salis ammoniaci ana drach: 2. in puluerem redige, & cum succo corticis actes inde catapocia informa, dabisq̄ cū opus fuerit ieiunis 11. post cænam.

Medica

NE MEDICAMENTORVM.
MEDICAMENTVM AD IDEM.

Caput. 653.

A Loes Diagridij, agarici, ana drach: 4. Coccugnidiij
carnis purgate drach: 1. tere, & cum succo absinthij
catapotia informa & dabis similiter. Ad idem, Petroselini
Macedonici, Coccugnidiij, Cyperi, euphorbij, asari, agari
ci, granorum solis, Saxiphragæ ana drach: 4. Diagridij
quantum sufficit. Omnes species tere & cum succo absin-
thij catapocia informa da cū opus fuerit ieiunis 11. siue 13.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM

Colide calida distemperantia.

Caput. 654.

F Arinæ lini seminis & hordei, ana æqualia pondera cū
oleo Chamæmelino coque, & calidum impone. Ad
idem. Recipe Ceræ unc: 5. ouorum uitellos. 2. & farinæ
fabarum drach: 4. Olei Chamæmelini & Rosacei ana
drach: 2. Vitellos ouorum & farinam cum succo Lini se-
minis bene commisce, & sic Cerotum tepidum adde & re-
frigerari permitte, cumq; opus fuerit locis indolētibus im-
pone.

MEDICAMENTVM PHYSICVM AD CO-

lum. Caput. 655.

C Orallij incisi & triti coch: 2. aut 3. ieiuno per tridū
cum potuida. Ad idē simi lupi pulueris coch: 1. cum
aqua tepida ieiunis porrige. Ad idem, modicum de inciso
umbilico nuper nati infantis in aurea armilla uel argētea
incluso, quem qui secum circumfert citra dolorem spirabit
Ad idem, antidotum Paulinum minus & Philonium &
r ij aliud

NICOLAUS DE COMPOSITIO

aliud antidotum cuius descriptio hæc est. Recipe Cardamomi seminis amomi spice nardi, malabathri papaveris albi seminis cymini Menthæ succi seminis asari ana drach: 8. Myrrhæ Troglodyticæ, ana drach: 4. mellis despumati quod sufficit da ad magnitudinem auellanæ cum Hydro melite frigide cyathis. 3.

MEDICAMENTVM AD EXICCANDAS
& Reprimendas Hemorrhoides.

Caput. 656.

*Tassi aut intel-
ligit Tassum
Barbatum quæ
uulgus medico-
rum italicorū
tassum uocat
aut Tapsiam
herbam incen-
diariam aut
fortassis taxū:
quem Trans-
lator Tassum
uocat genere
neutro cap.
659. mox se-
quenti.*

R Ecipe Mali terræ corticis Tassi aloes ana drach: 4. Piperis Saponis ana drach: 2. Petrolei, Ceræ mellis quantum sufficit, Componitur sic, Sapa cū melle muscelio & cera lento igni soluantur & sic terendorum puluerē adhibeto & bene commisce tepidumq; impone, Ad idē, Psimmythij, auripigmenti, corticis mali granati, ammoniaci, ana æqualia pondera in puluerem redige & cū styrace calamita & Terebinthina tempera & in panno inducum impone.

MEDICAMENTVM AD HEMORRHOIDES
Latentes. Caput. 657.

G Vmni Hederæ saponem Gallicum panem siccum incisum æquali pondere tere, & exinde magdalionē duobus digitis longum informa & supone.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM
Hemorrhoidon. Caput. 658.

I N aquæ salis partibus 3. & uini 1. Castaneas duras cū corticibus suis & suberi cortices, Pulegium & Tassum &

NE MEDICAMENTORVM.

& maluam ad perfectam decoctionē decoque, de superoq̄
 pariens sedeat, & diu loca dolentia fomententur. Ad idē,
 oleum Laurinum malo cyclamino cōcauo immisum ad
 prunas calefactum sedicq̄ suppositum, quæ etiam inde fr̄s-
 cetur, compescit dolorem & sanguinis effluxum inibet.
 Ad idem succus herbæ samsuci potus & ipsa herba trita
 sphericq̄ supposita hemorrhoides extra siue intra factas
 emendat. Ad idem policaria herba minuta cum melle Ro-
 faceo trita & ano supposita idē præstat, & Pifias itidem
 factas emendat.

*Sphincter est ani musculus. Stringit autem & claudit rectum inte-
 stinum, ne inuitis nobis steruus aut flatus egrediatur. Est. n. musculus etiã
 ille uoluntarij motus instrumentum, ubi aliquid excernitur laxatus ubi sup-
 primendum est, contractus Theophil. li. 2. ca. 5. Anatom.*

MEDICAMENTVM AD HEMORRHOIDES

Interne in ano factas. Caput. 659.

DE radice Iari pessum tribus digitis longum fac & se-
 di suppone, si externe aliquę apparuerint, ipsa radix
 trita & imposita reprimat. Ad idē, Iari radicē cum oui ui-
 tello tempera & inde pilulas factas in sartagine oleo frige
 & patienti mane per quinq̄ dies nouem da & cum 3. ac-
 ceperit, phialam uini bibat, rursumq̄ alijs trib⁹ acceptis si-
 militer faciat, & alijs trib. sumptis de uino bibat & sic uno
 quoq̄ die nouē pilulas comedat, & post unã horã de succo
 absynthij quantū poterit bibat, Ad idē superiori fomē-
 to aut decoctione saluæ, patiens anũ diu fomētet, & sic pul-
 uerē corticis radicis cassi super hemorrhoides spargat, et si
 deest cassi, de ellebori et gallarũ puluere similiter faciat & si
 obstructæ

*Iarum ponit
 pro Ara.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO

obstructæ sanguinem emittere nequeat subtili phlebotomo aperiantur & si contigerit ibidem calorem fieri oleum Rosaceum in molybdino mortario cum pistillo eiusdem metalli tamdiu exagitetur donec plumbi colorem referat, & inde bombacino tincto loca feruentia foueantur mirabiliter enim infrigidat & dolorem amputat. Ad idem in mortariolo plumbeo oleum Rosaceum & duos persicorum nucleos cum eiusdem metalli pistillo tere, & cū opus fuerit in alutam inducitur locis dolentibus applicato Paulinum minus & cabellai antidotum ieiunis in modū auellane siue post cœnam cum uino tepido data, & dolore mitigant & sanguinem sistunt.

MEDICAMENTVM AD TVMOREM

& dolorem testium. Caput. 660.

Semen Hyoscyami cum uino tritum & instar cataplasmatis impositum tumorem deponit. Psyllium tritum & cum aqua collectum & impositum idem pollet, & umbilicos prominentes reprimit, Ad idem, Rutha cū æquali pondere foliorum lauri trita & imposita tumorem testiculorum dispergit, Ad idem farina fabæ cum Oxymelite cocta & instar cataplasmatatis imposita tumorem testium & feruorem sedat.

MEDICAMENTVM AD TVMOREM

Testiculorum ex uentositate.

Caput. 661.

MAlua hortensis cum axungia trita & tepesacta testiculisque in hanc inuolutis tumorem et uentositatem optime reprimit.

Medicamentum

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD VERRETRI TV
morem uel rupturas & pustulas. Caput. 662.

Radicis Tassis & Sulphuraceæ, Salutiæ, picis græcæ
ana æqualia pondera tere cum sufficienti Larido &
cum detriueris incantationem in fine medicamentorum
scriptam decanta. Ad idem lenticulæ farina cum oleo ro-
faceo confecta & imposita uulnera purgat & cicatrizat
& ruborem amputat.

*Sulphuraceã
appellat Dẽ
tem equinum
Paul. ita uttur
in cap. de pleu-
resi. S. Genuẽ-
sis. Torinus
reddidit Sul-
phuratam.*

MEDICAMENTVM AD VENTRIS VL
cera serpentiã & phagedenica. Caput. 663.

Herba uitriola cum oleo rosaceo trita & imposita te-
rida proficit, sed sælicius operatur si ipsi trituræ fa-
rina triticea admisceatur, Ad idem seuum bouinum aqua
frigida nouies ablutũ & cũ succo Strichni partib. trib. &
olei rosacei quarta parte addita modico mastiche in mar-
morea pila sufficienter tere & cum bene permixta fuerint
usui referua, cũq; opus fuerit locis patiẽtibus medicamẽ-
tũ penna alline & loca frondibus rubi aut hederẽ cõtege.

*Murali herba lichenes curantur. Quæ Celso li. 3. authore Parthenice
et perdicũ etiã dicitur. Latini uero quia in parietibus nascitur Parietariã
nominat. Vulgus ob eũ quẽ in uasis uitreis abstergẽdis exhibet usum uitrio-
li, nã et lichenas ui sua absterforia sanat. Leonicens li. de morbo Gallico.*

MEDICAMENTVM AD SCABROSA VL
cera & difficulter cicatrizanda. Caput. 664.

Sepi unc. 3. cum aqua in qua cinis quercus subtilis des-
scoctus fuerit nouies ablutũ cum panis medij unc. 1. in
aqua infusa simul terantur & cum sufficienti succo herbæ
Diagaleæ in marmorea pila misceantur, cumq; opus fue-
rit in panno inductum imponatur, & hoc medicamento
si scabiosus inunctus fuerit, & post triduũ ablutus in bal-
nẽo mirabiliter sanatur.

*Intelligit micã
panis.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO
MEDICAMENTVM VT MULIER CON-
cipiat. Caput. 665.

In phyalis uini optimi nouem, radice Mādragoræ rotulas nouem, & fœniculi radice 3. ad tertiam bulli, & per sacculum bene cola, & inde phyala mellis addita nouies nouem granorum piperis puluerem insperge, iterūq; aliquantulum bulli, cum autem in frigidatum fuerit tempore menstruali per tres dies phyalam unam mane pro pina, & in obscuro cubili diuersetur, remotis amicis præter unam quæ eam custodiat, Circa uero sextam horam pullus gallina ceus elixus cum puluere et aniso & modico anetho conditus, simul cum uitis succo offeratur, quem manducet & uitem ad facietatem: bibat uinū lene & modicum accipiat & uesperit concipiat. Maritus uero mane & uesperit de Diamoron aut de Alexandrina Dimate accipiat, Ad idem in uini optimi phyalis nouem Salicis & Eleliphaci ana perpurgata folia centena & mandragoræ corticis rotulas 9. ad tertiam decoque, & abiectis herbis succo phyalam unam mellis adde, sicq; nouies nouem granorum piperis & scrup: 9. Castorei pulueris admisce, & lento igni modicum bulli, Cum uero in frigidatum fuerit in cubiculo transigenti, & luce prima, mane per tres dies phyalam 1. medicaminis offer, & circa sextam horam eum chymum cibum comedat, & usq; ad uesperam quiescat. Maritus autem utatur Diacameron et Dimate, & ita generare conetur: hoc medicamentum non solū ad hoc prodest, sed & Paralyfi patrē huiusmodi obnoxii percurat.

MEDICAMENTVM CONCEPTORIUM.

Caput. 666.

Videtur p uitis succū aliud intelligere q̄ uinum. In Syria ea Galeni inferius cap. 894. bis ponit uitē pro succo aut cremore.

NE MEDICAMENTORVM.

IN phya: 9. optimi uini un: 6. de radice barbæ sylvanæ,
 ad medietatem coque, & colato succo mellis phya: 2.
 & pulueris Cymini unc: 1. adde, & modicum bulli, & sub
 dies mēsum mane semper phya: 1. propina, & uesperī. In
 decoctione ipsius herbæ sedeat, diuq; calefiat, deinde ex
 marito concipiat. Hoc medicamentum arteticis proficit.
 Ad idem tres spicas allij purgatas & acu punctas, in muo
 scelio optimo per diem totum infunde, & bombax in ipso
 oleo infusus & inuolutus ori matricis supponat, & secūda
 hora & tertia similiter. Si autē ad tertiā horā odor allij ad
 os peruenerit, & de matrice aliquid albi emissum fuerit,
 certum signū conceptionis est. Ad idem, Moschi, ambrae,
 cinnamomi, Spicæ, ana scrup: 1. in puluerem redige, & in
 coaguli leporis dra: 1. & Balsamo aut muscelio sufficienti
 confice, & inde madefactum Bombacem ori matricis sup
 ponat, Ad idem, Coaguli leporis, corticis mandragoræ,
 ana drach: 3. Opij dra: 2. tere, cū melle despumato cōfice,
 & mane in quantitate maioris auellane cū uino sumatur.
 Semen Moschi quod in robore nascitur tritum & cū uino
 sumptum, incipientibus menstruis & deficientibus pro
 batissimum est. Cerui testiculorum puluis cum uino bis
 bitus & fel capreoli suppositum idem præstant.

MEDICAMENTVM AD MORTVVM IN=
 fantem excutiendum. Caput. 667.

ELixatura Arthemisiæ sapius pota Embryum exan
 gue explodit, Secundas excludit, Astrictionem ma
 tricis soluit, menstruis imperat, Succus eius myrrhæ mix
 tus et matrici suppositus omnia supra scripta in effectu ap
 parere facit. Ad idem lupini farina cum melle & myrrha
 s ij mixta

NICOLAUS DE COMPOSITIO

mixta et supposita Abortum facit & menstrua prouocat.
 Ad idem. Rutha sæpius comesta, & apozema eius epoz-
 tum abortum facit, menses prouocat, colicq; dolores sedat,
 Ad idem Calamintha trita muscelio madefacta et ori ma-
 tricis apposita abortum facit, & mortuum fetum exclu-
 dit, eius succus nouies potus menstrua deducit, & morbu
 regium emendat. Ad idem. Absinthium tritum et suppo-
 situm menstrua prouocat, & infusum eius sæpius assum-
 ptum idem præstat.

MEDICAMENTVM AD PARTVM ACCE-
 lerandum & mulierem perpurigandam.
 Caput. 668.

Borraginis succus cum drach; 2. Muscelij aut 1. Bal-
 sami potus utrumq; præstat. Balsami mundi drach;
 2. aut 3. potæ mirabiliter operantur. Ad idem. Borrage-
 nis pulueris drach; 3. cum succo Ruthæ aut Porri e potas-
 nouimus experientia conducere. Ad idem succus Cico-
 reæ in potu sumptus easdem probe purgat.

MEDICAMENTVM AD SECVDAS
 eñciendas. Caput. 669.

IN Caldeario pleno aquæ Hordeacea palea Bulliat sur-
 per aquam pariens sedeat, ita ut calor aquæ ad genitri-
 lia recipiatur, ad hoc etiam ptera, Theodoritum, Hypocis-
 ston cum Diagridio & Eldagmara optime faciunt.

MEDICAMENTVM VT MVLIER NON
 concipiat. Caput. 670.

CAules accensos in menstruis suis extinguat. Ad idē
 Gagates lapis adligatur, pro amuleto. Medicæ

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD MENSTRA

Prouocanda. Caput. 671.

Diptami drach: 1. Phu, Afari, radicis Meuacori ana drach: 2. tere, & in passu Cretici sextarijs 3. coque & cum opus fuerit mane sesquicyathum dabis Ad idem Radicem urticæ maris afari Cyperi, hyperici Epithymi, Popypodij, ana æqualia pondera cum uino ad medietatem coque, & inde mane & sero cyathum exhibe. Ad idem radicis Brancæ ursinæ, Artemisîæ, Ruthæ, Cicutæ, Matris Syluæ, ana fasciculum 1. in uini phya: 9. ad tertiam coque & cola & pulueris Rubæ Constantinopolitanæ dra: 3. decoctioni adhibe & tepidum per dies 3. mane propina.

MEDICAMENTVM CAPVT. CCCCCCLXXII.

Ad menstrua prouocanda quanq̃ longo tempore adstricta & ad mortuum conceptum excludendū. Reupontici, Casie fistulæ, Piperis, artemisîæ, Ruthæ, dauci, Diptami ana æqualia pondera in puluerem redige, & cum melle tempera & mane instar auellanæ cum uino tepido da. Ad idem succi Elenij partes. 2. cum succi Ruthæ parte. 1. nouies potæ, menstrua prouocant & partum expellunt.

MEDICAMENTVM AD PROFLVVIUM

sanguinis narium sistendum.

Caput. 673.

Corallij rubei, foliorum, Sinopidis caudæ hippocretæ, Boli, Thuris masculi, ana æqualia pōdera in puluerem redige & inde drac: 4. in succo pentaphylli ieiunis da, Succus caudæ equinæ cum uino potus profluum s iij coeret,

NICOLAUS DE COMPOSITIO
coerces, & narium sanguinis fluxum compescit. Ad idem
seminis Hyoscyami & papaueris, macis, sanguinis Draco
nis Gypsi æqualia pondera in puluerem redige & inde ses
tunciam cum apozemate Turionum Rubi propina,
Pentaphyllon cum herba pedis pulli tritum in nares im
missum fluxum sanguinis prohibet; & profluvium matri
cis sistit, Boli & Caryophyllorum ana drach: 2. Idem pol
lent.

MEDICAMENTVM AD PROFLVVIUM
sistendum. Caput. 674.

COrnu ceruini usti & loti Kecrabræ idest Cardamor
mi Acaciæ, Gypsi, Hematitidis, Coralli, Opij, Ma
cis ana æqualia pondera subtiliter tere & cribra & exinde
scrup: 4. cum succo Symphyti propina. Ad idem, Pentap
hyllon cum radicibus suis Ostreæ combustæ & inde drach:
2. cum pusca aut uino ueteri propina.

*Pusca barbaris medicis sæpe pronitur pro aqua apposita acinis uinaceis
expresso iam musto. Et uetus Translator Serapionis ubi puscam Dios. &
Auicennæ citatam deprehendimus, pro pusca acetum & aquam reposuit
quod Oxycraton dicitur. Alexander. Trall de intemperie capitis Puscam
ex aceto confici testatur M. Syluaticus.*

MEDICAMENTVM AD MENSTRA
sistenda. Caput. 675.

COrnu ceruini usti & Coralli usti drach: 2. cum aqua
pluuiali bibedæ. Et uice pessarij de cymis absinthij
suppone: Symphyti decoctio idē præstat. Ad idem, arbor
ris Esculi & Quercus gummi cum pluuiali aqua potum
mirabiliter stringit. Ad idem: Cymas Lentisci & Myrthæ
nigræ

NE MEDICAMENTORVM.

nigræ, Symphyti & Rusci, Gypsumq; tritum in uini opti
mi phya: 9. ad medietatem decoque & per 4. uel 5. dies
phya: 1. patienti propina.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM

Ischiadicum seu qualiscunq; loci,

Caput. 676.

R Adicis arboris Ulmi corticem in aqua diutissime co
que & cola deinde radicem in modum electuarij tes
re & cum decoctione ipsa loca diu fomenta, postea impo
ne. Ad idem. Recipe Cymini sicci seminis Lini sicci ana
unc: 3. in puluerē redige, & cum succo mercurialis in mos
dum, unguenti tempera & præfomentatis locis ex deco
ctione Pulicariæ minoris & Calaminthæ, & absterfis me
dicamentum illine & subtili Carminata lana intege & la
nam de medicamento illine applica iterum atq; iterum,
Ad idem, terræ siculæ quæ Tifilia dicitur, Aloes ana unc:
1. succum herbæ mauræ & Fœniculi, & aceto confice & te
lenes ad prunas donec condensari incipiat decoque & te
pidum illine & stupam appone. Ad idem Tartari uini ses
minis Cardami ana unc: 1. Thuris aloes ana unc: semis tes
re, & locis melle perunctis scriptum puluerem insperge et
carpinata lana tege. Ad idem, Iridis radicis uiridis & tor
ridarum frondium ana æqualia pondera tere & succum
earum da bibendum ieiunis, fasciculosq; earum calefactas
cum oleo locis dolentibus sæpius mutando impone.

Terram sigillatam puto legendum esse.

Maurellam herbam Solatrum faciunt Macer strychnum.

MEDICAMENTVM AD IDEM

Caput. 677.

Cardami succus cum aceto & polëta mixtus & impo
situs dolorē Ischiadicū tumorem et duritiem tollit,
Puluis

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Puluis seminis eius loco calido melle peruncto sæpius in-
 spersus par beneficium præstat. Ad idem Calaminthæ ui-
 ridis partes duæ & Ruthæ una tritæ & cum oleo calefa-
 ctæ & impostæ opitulatur Cardamomum cum aqua te-
 pida epotum idem operatur. Ad idem, artemisia cum ace-
 to & axungia trita & imposta optime facit.

MEDICAMENTVM AB PODAGRAM

Calidam ex flava bile generata.

Caput. 678.

R Ecipe Cerae unc: 5. Ouorum vitellos, 5. Olei Chamaemeli unc: 2. & semis Fabæ farinae unc: semis.
 Farinam cum vitellis ouorum diu in mortario misce dein-
 de ceram cum oleo solutam adde & diutius confunde do-
 nec unum corpus fiat repone & utere frequenter mutan-
 do. Ad idem Psyllij semen in aqua infusum & cum farina
 hordei tritum & cum oleo Rosaceo & succo Strychni im-
 positum mirabiliter dolorem mitigat. Ad idem, foliorum
 Hyoscyami, Lactuæ, Portulacæ ana æqualia pondera te-
 re, & addita modica farina hordeacea, cum oleo Rosaceo
 attempera & impone, Lenticula aut Blera simul aut sigil-
 latim trita & imposta, idem præstat. Ad idem foliorum
 papaueris, Intybi Plantaginis, ana equalia pondera bene
 trita, cum pulpa panis infusa æstate in aqua, per Hyemem
 impone. Ad idem Lycium cum Croco & succo Perdiciæ
 dos tritum & illitum, egregiam vim sanandi habet. Ad
 idem, Lenticulæ farinam cum mulla & oleo Rosaceo co-
 que & impone mirabiliter adiuuat. Succus Acaciæ cum
 Pusca illitus idem operatur.

Medicamentum

NE MEDICAMENTORVM.

MEDICAMENTVM AD IDEM.

Caput. 679.

In mellis Attici libra 1. Rosarum succi unc: 4. ad spissitudinem coque, & ablato ab igne unius unctę puluerę Diagridij super adde, & inde iuxta vires ægri expende. Ad idem, Pulueris absinthij, Diagridij æqualia pondera cum rosaceo confice et catapocia informa, et exinde 7. uel 9. aut 11. iuxta vires ægrotantis deuoranda offeres.

MEDICAMENTVM AD PODAGRAM EX frigido phlegmate factam. Caput. 680.

In aceto acerrimo mixta origanum Saturegiam Calamintham in montibus collectam coque et cola, exinde dolentia loca fomenta frequenter in die, prohibet enim aliud renasci rheuma, & dolorem mitigat, Ad idem, In calida decoctione Crisonis urticę regalis Conij & Spargulę fatinam de germania cum axungia porcina coque, & uelut cataplasma impone. Folia Ulmi, Salicis & Fraxini in lacte caprino & succo lini seminis cocta & imposita idem operantur, Ad idem, in uino subtili Fœni Græci & lini seminis coctę farinę partes tres, Lilij una, addito modico oleo Nardino aut Cyprino tepide imponantur, Barbascus angustiora folia habēs tritus & impositus dolorem infra paucas horas ita tollit, ut facultatem ambulandi restituat.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM ET duritiem articulorum. Caput. 681.

Cerę albę adipis anserini, Olei Populini ana un: 1. lento igni dissolue & cola & seru: 5. Euphorbij pulueris admisce, cumq; opus fuerit utere. Pulegiū polentæ

*Crifson est al-
tera Sifymbrij
species q̄ Car-
damine, idest,
nasturciaria di-
citur, non autē
Senato, sicut
uulgus medico-
rū credit. Euri-
cius Cordus.
Spargulā sunt
qui Rubeā mi-
norem descri-
bant, quoniam
rubeo adsimi-
lis eius tamen*

t adhi

NICOLAUS DE COMPOSITIO

crefcendo lon-
gitudinem non
adfequitur. In
greditur etiam
Vng. Marcia-
ton.

adhibitum & inductam, tumoribus & podagricis doloribus potenter obfiftit. Ad idem, Brassicæ Ruthæ, Coriandri, axungia Sallitæ, ana æqualia pondera cum modico sale diu tere, & cum sufficiente farina hordei subige, tepidumq; locis dolentibus impone.

MEDICAMENTVM AD DOLOREM PODAGRICVM
cū siue ex frigido siue ex calido factū. Ca: 682.

R Adicis Liliij puræ non aqua ablute, seui Veruecini ana unc: 2. simul tere & coque & cola, deinde ceræ & olei ana unc: 1. solue, additoq; sufficienti puluere mastiches simul omnia misce, & alutę inducto utere. Succus Hyoscyami plantæ pedis adhibitus, instar Cataplasmatum tumores podagricos dispergit doloresq; mitigat. Eius seminis drach: 1. puluis in cyatho bibitus mulsæ podagricis & arteticis singulare remedium est.

MEDICAMENTVM PODAGRICVM.

Caput. 683.

R Ecipè lini seminis unc: 8. Colophonix, guttæ Ammoniaci, ceræ, lactis de uacca nigra, olei ueteris ana unc: 3. seui taurini unc: 2. & semis, oua 4. Ammoniacum in lacte infusum cum lini semine & ouis tere. Mox Colophonij puluerem adde. Deinde in oleo ceram & sæuum ad lentū ignē soluta adiunge, commisce, & utere. Ad idē, radix artemisiæ præmansa & comesta intolerabiles podagricorum dolores cum omni celeritate coerchet. Eadem herba cum oleo subacta & imposita, neruorum dolorē & tumorem mirifice sanat.

MEDICAMENTVM AD PODAGRAM EX
sanguine generatam. Caput. 684.

Sapæ

NE MEDICAMENTORVM.

Sapæ partes tres & olei ueteris 1. simul misce, & cum lana ut supra impone, bene facit hoc cum causa altius infederit. Ad idem, Fœni græci, sulphuris uiui, Nitri ana æqualia pondera in puluerem redige, & in balneo cū cœcis sudare utere, & post hoc decoctionem corticis radicis salicis cum aqua rosacea aut myrtina factam, capiti & toti corpori infunde, Ad idem, semper uiuum diligenter tere et cum uino rosaceo in quo mala granata decocta fuerint in alphita coque, & locis dolentibus impone. Ad idē Brassicæ folia in sapa cocta tere, & cum fece acetii & uitelis ouorū duobus subige, addito modico olei rosacei, cūq; opus fuerit locis dolentibus impone. Viscago quæ in piris aut auellanis inuenitur in uini phya: 9. ad tertiã cocta, & per 3. dies mane potata idem præstat.

MEDICAMENVTM AD OMNEM PODA-
gram & guttam. Caput. 685.

Recipe Hermodactylorum, Diagridij, Turbith ana drach: 8. Cinnamomi alypiados Herbae seminis saxiphragæ, ana scrup: 7. Caryophyllorū, coccugnidij, granorum solis ana scrup: 6. Galangæ, Spicæ colocynthidos ana scrup: 5. Epithymi, lapidis lyncis, cimini ana scrup: 4. Agarici, anisi, Orobialbi ana scrup: 3. Mastiches, Zingiberis, Euphorbij ana scrup: 1. Hęc omnia in puluerem redige, & inde scrup: 4. aut amplius secundum uirtutē egresis ex balneo cum Hydromelite da. hoc enim Ileon soluit, lapidem frangit, & stranguriam tollit.

MICLETA CAPVT. 686.

Proprie ualet ad Hemorrhoides, & ad uentris torsionem & rugitum lientericæ, & Dysentericæ, & optima
c ij est

NICOLAUS DE COMPOSITIO

est omni solutioni uentris, medietas est libra: 1. Recipe Myrobalanorum citrinorum Indorum Kebulorum mūdatōrum assatorum ana drach: 2. & semis. Nasturcū drac: 2. Bellyricorum Emblycorum assatorum drac: 2. Cymini, anisi, ameos, carui ana sesquidrachmam, infusa in aceto die ac nocte dimittatur, & assata puluerizentur, tūc adde spodij Balauustiorum Summac Mastiches Gummi arabici ana drach: 1. & grana 15. fricentur omnia cum oleo rosaceo, & temperentur cum myrtino Syrupō, dentur cum aqua pluuiali, mane, in meridie, & uesperī.

MEL ROSACEVM CAPVT. 687.

Rhodomeli.

Graci Rhodomeli uocant, conficitur ita ut in lib: 10. Galbissimi & purissimi mellis despumati succi recentium rosarum lib: 1. ponatur in cacabo ad ignem posito et cum bullire inceperit, uiridium rosarum forfice, uel cultello incisarū lib: 4. addantur, & bulliant ad consumptionem succi, interimq; semper agitetur, & in fictili uase seruatū tempore non deterius sed prestantius redditur. Stomachum confortat, & mundificat, cum frigida, & constitat cum calida mundificat, datur mane & meridie, de eo conficitur Diamargariton Garyophylatum, & Rubea Trochiscata.

MEL VIOLACEVM CAPVT. 688.

Eodem modo conficitur. Quod ualet febrientibus, cum tepida corpus humectat, & relaxat, ualet ad siccatem pectoris cum tepida.

NEPHROCATARTICVM MAIVS.

Caput, 689.

Congruit

Congruit Illiſis quibus urina detinetur cum apo-
 zemate Milij Solis ad quantitatem auellanae eporu
 de Renibus ad ueſicam lapides potenter expellit cum
 apozemate Saxifragae ſumptum menſtruis imperat cum
 decoctione Artemiſiae, & coli tumorem ſedat cum deco-
 ctione Coſti. **Recipe** Lapidis Lyocis unci 4. Croci orient-
 talis unci 2. & ſolis 2. Zingiberis, Euphorbij, Myrrhae,
 Libani, Veſicae Capri, lapidis in Hepate uel ueſica porci
 inueni, Cymini, Hyoſcyami ſeminis, Macedonici ſeminis
 Citri ana unci 2. Nardi Schoenanthus, Coſti, Pyrethri,
 Caſiae, Saxiphrae, Gummi Hederae, Cypreſſi, Pilularu
 Baccarum Daphnidis, piperis nigri & albi, Ruhae ſemi-
 nis & iuniperi ana unci 1. Baſſami, Stryracis, Sanguinis
 hyrcini ſtruthij, acori, Aſari, Phu, Meu, Ariſtolochia longae & rotundae, Betonicae, Phyalidos, Dauci, Petroſelini
 ſeminis Erucae ana unci 5. & ſemis: Vrticae ſeminis ſolis
 2. Succu Bruſci & Aſparagi ana ſolis 1. mellis quod ſuffi-
 cit. Doſis eius drach: 3.

NEPHROCATARTICVM MINVS.

Caput. 690.

AD Enphraxin Hepatis & ad eos qui urinam cum
 cruciatu reddunt: lapides in Veſica & Renibus po-
 tenter frangit & expellit. **Recipe** Caryophyllorum, radi-
 cis ſaxifragae, polypodij trygonis ſimi, piperis nigri & albi
 & longi, Seſeleos, Macedonici, Petroſelini, aſparagi ſemi-
 nis Leuiſtici, Baſilici & Citri ſeminis ana drach: 9. Baſſa-
 mi drach: 3. Mellis quod ſufficit, Doſis eius drach: 3. ieiun-
 nis cum lacte. Cuius uirtute ſi probare uolueris lapide a-
 liquem infra puluerem in ampulla uitrea nocte ac die reco-
 de & inuenies contractum.

*Impreſſus eos
 dex legit de re
 nibus & Veſi
 ca.*

*Pro capri
 Impreſſus fal-
 ſo fortassis pro
 Veſica porci
 Gorei legit.*

*Videtur in
 hoc medicame
 to uncia ex-
 preſſa eſſe pro
 drachma.*

*Solis non pro
 ſole ſed fortas-
 ſis pro ſolido
 accipiendum
 uenit.*

*Per Trygonos
 ſinum turturu
 ſtercus intelli-
 ge.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO
NVCLITICVM MAGNVM.

Caput. 691.

PEculiare ad Illij dolorem, Nephreticis Stranguriosis
& quibus lapides in Renibus & Vesica sunt opitula
tur, menstruis imperat & uentositatem matricis mirabiliter
ter expellit. Recipe Euphorbij, Turbith, Myrobalani Ci
trini corticis, ana drach: 8. Cinnamomi Cyperi, asari ana
drach: 6. Caryophyllorum, Zingiberis, Schoenathus ana
drach: 4. Albæ uitis, Costi Xilobalsami, Glycyrrhizæ, an
thophali, xilocassizæ, pyrethri, Meu, asparagi radicis Saxi
phragæ piperis anisi Sinoni cymini Alexandri petroselin
ni, foeniculi, seminis Ruthæ agrestis, lactucæ, granorū fo
lis ammeos, ana drac: 3. Mellis quod sufficit, dabis in mor
dum auellanæ mane cum tepida, & si quis medicamentū
sumere dedignetur obnauseam præscriptorū puluis drac:
3. addita Tragacanthæ drachma in muscelio aut nardino
oleo soluta cum succo Tithymali confice. indeq; pilulas in
modum Orobis informa & cum opus fuerit > . aut 9. siue
11. secundum uirtutem post cænam cum apozemate Pos
lypodij uel Parthenotidos deuorabis hoc enim ita experi
tum est ut sub una hora Ileon soluat.

NVCLITICVM MINVS.

Caput. 692.

Optimum ad ulcera Renum & Vesicæ & dolorem
Ipsorum locorum facit & Cholicis & Straguriosis.
Recipe Piperis albi drach: 2. Hyoscyami drach: 20. semi
nis cucumeris domestici, opij ana dra: 5. Croci, amygdala
rum amararum, Conij, Lapat, Foeniculi, ana drach: 3.
Opij, Pyrethri, Euphorbij, ana drach: 1. Mellis quod suffi
cit, dabis sicut philonium antidotum.

Nestorianum

NE MEDICAMENTORVM.

NESTORIANVM MAGNVM.

Caput. 693.

Quod cōducit ad eos qui Thrombos, idest grumos ^{Thrombus} sanguinis mingunt & lapides in Renibus et uestica ^{quid.} habentibus subuenit & Colicis medetur. Recipe Carposi balsami dra: 11. Folij Costi ana drach: 5. Cassiæ, Myrrhæ, Asari, Petroselinii, ana drach: 4. Zingiberis agarici, piperis, amomi, Seseleos, Sinoni ana dra: 3. Cinnamomi Dauci Cretici, ana drach: 2. Acori Cymini ana drac: 1. Mellis quod sufficit, datur mane & uespero in modum auellanæ cum tepida.

NESTORIANVM MINVS.

Caput. 694.

Hoc lapidem in Renibus & uestica sine mora frangit & expellit, Dysuriam & stranguriam aperit & colli dolorē compescit, Recipe pyrethri, seminis selini ana dra: 25. Petroselinii drach: 12. agarici drach. 6. mellis quod sufficit, datur mane & Vespero cum condito.

NOSOPHIGIUM CAPVT 695.

Accomodatū est ad dolorem lateris & optime ulcera Renum & uesticæ purgat. Recipe Nucleorum pini drach: 54. Saxiphragæ 36. Zingiberis, seminis Lini ana drach: 18. Seminis apij, drach: 13. & semis, Nardi, Cassiæ, Asari, Folij, Eringij, Dypjami, Baccarum lauri, seminis Ozymi ana drach: 9. Costi, Cyperi, Betonicæ, Petroselinii ana drach: 4. & semis Mellis quod sufficit. Datur ad magnitudinem fabæ cum Mellificato in balneo.

NERE CONFECTIO.

Caput. 696.

Recipe

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Recipe Ambrae orientalis uel occidentalis unci. l. Li-
gni Aloes optimi drach. 3. Moschi scrup. semis Cā-
phore grana 5. Conficitur sic, inueniatur caciola ad modū
Caciae qua colatur Syrupus uel mel tamen non perfora-
ta & imponatur Ambra & super prunas liquefiat, liques-
facta ab igne deponatur, & postea lignum Aloes pulueri-
zatum subtilissime admisceatur, deinde addatur moschus
diligenter malaxando manibus. Postremum Camphora
unaquaque re per se puluerizata, postea diligenter mala-
xando manibus extendatur & cum infrigidatū fuerit frus-
stillatim incidatur, ualet dolori matricis si mulier per inse-
riora fumum recipiat & est praeciosius incensum quod in-
ter caetera reperitur, ualet etiam satis ad concipiendum.

OPOPIRA MAGNA CAPVT. CCCCCXCVII.

Quam sanctissimi uiri Cosmas & Damianus usurpa-
runt Gutturam quae oculum, Labium & linguam
ita duteimperat, ut si expedite sermonem non proferat aut
nō loquatur, curet. Et Paralyfi gutturis, Brachij, manū,
crurum pedum & totius corporis optime medetur cum
Apozemate Saluia, Colti, atq; Castorei: cōtractioni ner-
uorum subuenit, Epilepticis, Melancholicis & Maniacis
cum decoctione thuris masculi auxiliatur, tussientibus &
omnibus doloribus pectoris & Stomachi cum decoctio-
ne Calaminthae & Cymini, Hepaticis cum Apozemate
apij & Eupatoriij, Splenetis cum decoctione Capparis
& absinthij, Splenetis cum apozemate Hyssopi & Puz-
legij, Iliosjs cum decoctione Iridis & Macedonici, Calcu-
losis cum apozemate saxiphrae & Ozymi, Colicis cum
decoctione Polypodij & Parthenotidos, typice febriculis
bus

NE MEDICAMENTORVM.

bus cum apozemate pegani, Struthij et pyrethri prodest,
 & ad multas alias passiones corporis facit. Recipe Opj
 Thebaici drach: 36. Cinnamomi, caryophyllorum, Nar
 di, Galangæ, croci, costi, zedoariæ, zingiberis, Xilobalsa
 mi, Reupontici, pyrethri, corallij, Tragaanthæ, myrrhæ
 Troglodyticæ, castorei, opopanacis, piperis nigri & albi
 & longi ana sesquidrachmam, Rasure Eboris, Elelisphas
 ci, herbæ paralytis ana drach: 18. Balsami, moschi, xiloa
 loes, Schcenâthus, casie fistulæ, Styracis calamitæ, masti
 ches, Confite Rubeæ, Galbani, Sagapeni, Laseris, meli
 loti, aristolochiæ rotundæ, Dracontij, asari, Elleborti ni
 gri, Meu, Peoniæ, Raphani, corticis peucedani, acori, mās
 dragoræ, Betonice, Gentianæ, chamædryos, pulegij, cē
 raureæ maioris & minoris, celticæ & absinthij, proserpti
 nacæ, Brathci, capilli Veneris, Sponsæ Solis, Hyperici,
 Vincetoxici, prassij, pegani, mille folij, calaminthæ, car
 damomi, carpobalsami, anisi, libyistici, Hyoscyami radis
 cis, seminis lupini, pollinis, Orobi, Alexandri, Baccarum
 lauri, marathri, Sileris ana drach: 9. Mellis quod sufficit.

Translatorem Nicolai constat hallucinatum fuisse in non paucis sim
 pliciu medicinarum nominibus efferendis. Sicut igitur pro Perdicio Per
 diciadem alicubi, & Latherida pro Latheris, Alypiada pro Alypo, ita
 Parthenotida iam pro Parthenio puto pronunciare, de quo agit Diosco.
 lib. 3. Leucanthemon etiam appellans. Ceterum Neotericorū quidam Co
 tylam foetentem, nonnulli uocatā Matricariam hanc ipsam esse diuinant.

OPOPIRA MINOR CAPVT. 698.

A Supra scriptis sanctissimis uiris dictata. & a multis
 sapientissimis confirmata. Facit cōtra omnes mor
 tiferas passiones, ut diateffaron, quæ quamuis in numero
 v species

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Specierum minor superiori uideatur, tamen in operatione par existit. Recipe myrrhæ Troglodyticæ, Sylphij, Rasi suræ Eboris, piperis, Gentianæ, aristolochiæ longæ, Rami ni cocci, Saluiæ, chamepythios, chamædryos, Diptami, centaureæ, absinthij, Vincetoxici ana drach: 36. Peoniæ drach: 27. Spicæ, zingiberis, anacardi, castorei, opoponacis, piperis longi, opij, Ellenij ana drach: 9. Balsami, Moschi, ana drach: 4. & semis, mellis quod sufficit, Datur in pondere auellanæ cum tepida.

OLYMPICVM MAGNVM. CAPVT. 699.

Quod auxiliatur cephalalgicis & ad guttam, parasthesin, & arteticis, tussientibus & asthmaticis prodest, nephresin & typica frigora emendat, tormina intestinorū & dolorem laterum placat. Recipe Cinnamomi, Spicæ, castorei, amaraci, elelisphaci, Gentianæ, Vincetoxici. Sulphuracæ, herbæ paralytis, ana dra: 16. Opij dra: 14. Galangæ, zedoariæ, casicæ fistulæ, Glycyrrhizæ, croci orientalis, Styracis calamitæ, rubeæ, Galbani, myrrhæ, caribæ, pobalsami, piperis nigri, cardamomi, amomi, petroselinini, mandragoræ corticis, ruthæ, acori, ana drach: 8. Balsami, folij, rasuræ Eboris, ossis de corde cerui, libyistici, apij, Sagapeni, opoponacis, Hyoscyami ana drach: 4. Xiloi, loes, mastiches, Schoenanthus, reupontici, celticæ, piperis albi, anisi, carui, Sinoni ana drach: 3. Moschi, Ambrae, piperis longi, seminis basilici, ana drach: 2. Mellis quod sufficit, dabis in modum auellanæ cū aqua calida, in qua Calaminthe aut rutha decocta fuerit.

OLYMPICVM MYROLOGODION.

Caput. 700.

Hoc

NE MEDICAMENTORVM

Hoc utile est caput dolentibus & scotomaticis & paralyticis, atq; his quibus lingua resoluta est, aut aliis membrum: tumorem & debilitatem cordis auferit, peripleumoniacis & hepaticis subuenit, quotidianarios, tertianarios & quartanarios cum calida lenit, alios omnes cum multa. Recipe cinnamomi, nardi, croci, piperis nigri ana scrup. 9. folij, Galangæ, zedoariæ, Glycyrrhizæ, casia fistulæ, Syracis calamitæ, Confite rubeæ, opij, Galbani, castorei, rasuræ eboris, Gentianæ, Elelisphaci, Betonicæ, amomi, cardamomicarpobalsami, piperis longi, Ruthæ seminis Fœniculi, petroselini, apij, Lini, Stœchados ana drach. 4. & semis, ligni aloes, costii, Schœnanthus, opopanax. Sagapeni ana drach. 4. Balsami dra: 2. Moschi dra: mediam, mellis quod sufficit.

OXYPORIVM DIANARDINVM.

Caput. 701.

Vtillissimum ad dolorem stomachi, Vomitum sistit, appetitum prouocat, digestionem procurat, Hepaticis, Splenicis, nephreticis, & stranguriosis mire subuenit, interna uitia emēdat. Recipe nardi, cinnamomi, amomi, piperis ana drach: 12. Galangæ, zingiberis, anisi, seminis marathri ana drach: 8. Pyrethri, cyperi, carui, amei ana drach: 4. Mellis quod sufficit, Datur pondere auellanæ, febrientibus cum tepida, non febrientibus cum uino.

OXYPORIVM DIAPISTACION.

Caput. 702.

Optimum arteriacis, asthmaticis, Tussiculosis, peripleumoniacis, Stomachicis, nephreticis, colicis & strans

Oxyporion ut
Oxyporon est
medicamen cia
to penetrans.

Quem in mo
dū Actius lib.
9. ca. 23 Diaca
laminthes con
fectionē appel
lat Oxyporiā.

Vetatq; Oxy
poria a cibo su
menda, ne cru
di aliquid secū
abducant, un
de operetur ob
structionem.

v ij strans

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Stranguriosis. Recipe Pistaciorum Strobilorum purgato-
 torum, Hyssopi, piperis ana drach: 10. Zingiberis, cyperi,
 Thymi, cardamomi, ana dra: 5. zedoariæ, Iridos, Thymi
 bra, leuistici ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Datur in
 pondere nucis ponticæ cum decoctione Glycyrrhizæ.

OXYPORIVM DIACIDONION.

Caput. 203.

PRodest ad fastidium, digestionem, & acidum ructu,
 uomitum, nauseam & dolorem stomachi compescit.
 Recipe Succi malorum Cydoniorum, mellis ana libr: 2:
 Aceti in quo radices Fœniculi decoctæ fuerint lib: semis,
 Maceris, caryophyllorum, zingiberis, piperis ana drach:
 10. Cinnamomi, cymini, anethi, seminis macedonici ana
 unc: 4. Nucis myristicæ, carui, anisi, Seseleos ana drach: 3.
 Succus malorum & acetum, cum melle ad spissitudinem
 coquatur, & specierum puluere adhibito, in modum electu-
 arij conficiatur. Datur uomitibus in quantitate maioris
 tris Auellanæ, cum decoctione Menthæ, cæteris cū vino.

OXYPORIVM DIACYMINV.

Caput. 204.

Actius li. 9. c.
 27. propemo-
 dum hoc Oxy-
 porion descri-
 bit paulo tamē
 aliter.

QUod facit ad omnem frigiditatem, dolorem stomac-
 chi, uomitum coerces, et ad tussim mirabiliter pro-
 dest. Recipe cymini pridie in aceto infusi & sicci dra: 10.
 Costi, zingiberis, piperis, foliorum pegani ana drach: 8.
 Galangæ, nitri, amaraci, menthæ foliorum, ana drach: 4.
 Mellis quod sufficit. Dentur de eo drach: 3. cum apozes-
 mate Calaminthes.

OXYPORIVM DIADACTYLON.

Caput. 205.

Optis

NE MEDICAMENTORVM.

Optimum ad frigiditatem Stomachi & Vomitum, dolorem eius compescit, Appetitum iuuat, digesti-
onem celebrat & malos ructus emendat, lumborum stur-
porem & grauedinem placat & Nephreticis prodest. Re-
cipe Dactylorum carnis excoctæ, drach: 15. Macis, Ca-
ryophyllorum, Galangæ, Zingiberis, Amaraci ana dra:
10. Costi, zedoariæ, piperis, anethi, hedyosmi ana dra:
nucis Myrrificæ, Mastiches, Thymbræ, Anisi ana drach:
3. mellis quod sufficit, dentur de eo drach: 3. cum decocti-
one Calaminthes aut cum uino Myrrino.

Vide Actium
li. 3. ca. 90. qui
appellat Oxy-
porium Dia-
phoenicō id est
e palmulis, li-
cet aliam de-
scriptionem re-
censeat.

OXYMELI IULIANI CAPVT. 706.

Vtilissimū artericis & Podagricis & mirabiliter pin-
gues humores & tenues mixtos qui in nodis uel ar-
ticulis alius infederint, purgat & omnia membra quæ ex
alio humore fuerint debilitata purgando confirmat, ita ut
ad prioris officij usum reformata restituat. Recipe Acci-
acris sextarios 10. mellis quod sufficit, tede pinguis libr: 1.
Thymi, Coccugnidi ana drach: 36. Foliorum Ruthæ,
origani, Alypiados, pulegij, acori, lathyridis, Ebuli cyma-
rum, Canabis q. x. Sambuci mediani corticis, Scyllæ in-
terioris, ana drach: 2. Iridos, Polypodij, Epithymi, Elles-
bori, Ambaris ana drach: 18. Mandragoræ radicis aneti,
ana drach: 13. & semis. Folij, Spicæ Nardi, Costi Reupon-
tici, agarici, asari, Hyperici, Cymini, Anisi, Amomi, ana
drach: 9. Omnes herbæ, radices, & semina præter ea quæ
ad triturationem seruantur, per triduum in aceto infundantur
& ad medietatem decocta colentur, & melle adhibito ite-
rum usq; ad spissitudinem coquantur deinde lathyridis be-
ne purgata, & trita, & Coccugnidi, Costi, Spicæ nardi,
v iij Agari

Ambaris id est
ambre.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Vide Paulum
li. 7. ca. 5. et li.
7. ca. 13.

Agarici puluis adhibeatur, cumq; opus fuerit drach: 3.
aut 6. aut 8. cum aqua tepida sumantur, alij uero uolentes
medicamen fortius efficere, addunt Diagridij Colli
pulueris ana unc: 2. sed si non adduntur, suauius assumit
tur.

OXYMELI ORIBASII CAPVT. 707

Quod praestat ad uitia pectoris ad Stomachi tumor
rem & dolorem & duritiem, tumores enim tollit et
Diaphoresin facti superincurrentis humoris. Recipe aceti
ti sextarios: 2. Scyllae libr: 1. mellis sextarium dimidium,
Staphisagriae, Myrrhae, Iridos Illyricae, ana drach: 9. Scylla
la in aceto ad medietatem coquatur, & colato melle adhi
bito, iterum ad spissitudinem bulliat, posthac puluis teren
dorum addatur & exinde drach: 3. aut 6. siue 9. cum aqua
tepidam dentur.

OXYMELI CHRYSVSPERMATOS.

Caput. 708.

Hoc commodat Pleureticis, Ictericis et quibus in sto
macho morsus & quasi a terebro perforationes ex
Colico dolore fiunt. Tertianarios uero tertriduo interpol
lato acceptum incunctanter per sanat. Recipe aceti acris
sextarios 2. Mellis 1. Catapuciarum purgatarum drach:
36. seminis Chrysolochanae purgatae, drach: 26. Radicis
seminis drach: 18. Sicidis radicis uiridis, Elaterij ana dra:
9. Species omnes praeter Elaterium tritas & in acetum hi
duo infusas ad medietatem decoque & per tenerum linte
olum examussim cola, deinde Elaterium in eodem aceto
dissolue, & addito melle iterum ad spissitudinem lento igne
ni bulli, cumq; opus fuerit drach: 4. aut 6. secundum egri
uites

Radix intelli-
gitur Rapha-
nus quo nomi-
ne aliquoties
species nomi-
ne generis con-
pellatur.

NE MEDICAMENTORVM.

uires cum aqua tepida ieiunis exhibe.

OXYMELI ELLEBORITE.

Caput. 709.

Quod congruum est Maniacis, Melancholicis, Cephalalgicis, et ad Scotoma, idest uertiginem & aurium surditatem. Quotidianarios & Quartanarios bis decem interpositis diebus usurpatum in ordinē redigit. Recipe Aceti sextarium 1. Mellis dimidium, foliorum Elleborei uiridium cum radicibus drach: 54. Laceridarum purgatarum, Sicidis uiridis radice ana drach: 18. Croci aphricani, Xilocinnami ana drach: 9. In Aceto Elleborum cum speciebus præter Xilocinnamum per diem & noctem infunde, & sic lenes ad prunas coque & diligenter cola, Post succum melle addito iterum ad spissitudinem bulli, deinde subtilissimum puluerem Xilocinnami insperge, cum quod opus fuerit drach: 4. aut 6. secundum uires & grotantis ieiunis cum tepida propina.

Dicere uoluit
ut opinor lathyridis purgat.

OXYHALME. CAPVT. 710.

Optima Epilepticis uice gargarismi adhibita, Asthmaticis, Ischiadicis & Arteticis salubris Phlegma dissoluens. Recipe Mellis heminas 10. Aquæ cotylas totidem, Salis heminas 7. Aceti uiscidi cotylas, 5. Sal in aceto & aqua soluat & melle adhibito ad spissitudinem coquantur, cum quod refrigeratum fuerit in uase condatur.

De Oxhalme
cōsule Dioscoridem li. 5. ca. 15.

OLEVM NARDINVM CAPVT. 711

Quod cōtra multa humanæ salutis hostilia Vindicianus medicæ artis didascalus author subtilissima indicatione

Vindicianus
medicus.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

gatione inuenit. Virtus eius calefactoria & relaxatoria est
 Inunctum Cephalalgicis & Hemicranicis prodest, dolo-
 rem aurium cum pipere trito ueteranum aufert, Paralyti-
 cis & tremulis summum remedium est Arteticis & poda-
 gricis inunctum furiosos dolores mitigat, antidotis & ele-
 ctuarijs, ad lapidem Renum & Vesicæ confectis admixtū
 non uulgariter opitulatur, Matricis dolores suffocationes
 & tumores pessarijs adhibitum et suppositum mirabiliter
 sedat, Stranguriam & dysuriam cū tertia parte succi Ozy-
 mi per Catheterem clysterizatum absq; mora soluit & ad
 multa alia facit. Recipe Olei Hispani unc: ʒ 5. Asphalti,
 Myrrhæ, Nigelle uiridis, Spicæ ana unc: 6. Xilobalsami,
 Caryophyllorum, Cyperi, Sçœnanthus, Aristolochiæ,
 Enulæ campang, ana unc: 3. Balsami, cinnamomi, calami
 aromatici, Folij, carpobalsami, cassami, cardamomi, ana
 unc: 2. Nucis Myristicæ, Syracis, costi, casicæ fistulæ, Lab-
 dani, Phu, asari, amaraci, mastiches, Fascis Gallici, Sami,
 Myrrhæ Syriacæ ana unc: semis. Confice sic. Asphaltum,
 Myrrham, Enulam, Phu, asarum, carpobalsamum, Myr-
 rham, xilobalsamum, Sansuccum, particulatim tusa, et in
 aquæ sextarijs duobus die & nocte infusa oleo admisce, &
 tandiu coque donec aqua consumatur, non tamen undū
 quaq; ne oleum exardescat, cumq; refrigeratum fuerit, die
 eodem accuratissime cola & species iniice, deinde cyperū,
 Sçœnanthum, aristolochiam, cassamum, Fascem Galli-
 cum, cardamomum, Folium, Nigellam, calamum, casiam
 fistulam, Samum seorsim contusa & in uini sextario. i. die
 bustribus infusa ubi decoxeris eodē modo efferuescacio,
 oleoq; bene colato, species extermina, Tertioq; Phoebo,
 Spicam, caryophyllos, Cinnamomum, Nuces Myristi-
 cas,

Cassenum le-
 git Simon &
 alias li 2. po-
 nit pro seseli li
 bro uero 10.

p. Key sin qd
 plurimi inter-
 pretantur esse
 Ligusticum.

Reperiuntur
 etiam alie con-
 secturæ huius
 olei, quas uide-
 re licet li. 5.
 apud auicen.

Rasium li. 9.
 ad Alman, in
 cap. de dolore
 Stomachi, &
 McSueum.

NE MEDICAMENTORVM.

cas, costum, trita, in uini optimi Hemina una per biduum infunde, & superiori documento ad uini consumationem coque, & non colatum ab igne depone, & in parte ipsius olei, labdanum, mastichem, Styracem contusa cum balsami medicamine admisce, & ad lenes prunas aliquantulum bulli, spatula assidue agitando, ab igne depositum in ampulla breui foramine prædita conde, & diligenter obtura ne suauius odor expiret.

OLEVM MUSCELINVM CAPVT. >12.

Optimum ad omnem frigiditatem corporis potissimum uentriculi ad dolorem lateris deforis inunctum & intro cum lingiberis, Galangæ, Diagridij drach: 1. pro pinatum summe opitulatur. Stranguriosis & colicis et ad omne neruorum uitium illitum optime facit, miscetur medicaminibus, Epithematibus & Emplastris que ad Stomachi & renium affectiones asciscuntur. Recipe olei pumici libr: 8. aquæ sextarios 2. Folij, Spicæ nardi, costi, mastiches, ana unc: 3. Styracis, croci, myrrhæ Troglodyticæ, casia, xilocinnami ana unc: 1. & semis, caryophyllorum, carpobalsami, Bdelij ana unc: 1. Moschi draci: 6. nucis Indicæ 4. Folium crocum, myrrham, xilocasiam, carpobalsamum, Bdellium, contusa & in aqua biduo infusa cum oleo coque usq; ad consumptionem, & post infrigidationem unius diei gnauiter cola, deinde Caryophyllorum, Spicæ, costi, nucis subtilissimum puluerem decoctioni adde, & in parte olei Styracem, mastichem, moschum contusa immitte, iterumq; modicum bulli, & infrigidatum diligenter reconde, usq; reserua, calefacit enim refrigerata membra, & debilibus robur inducit.

Muscelinū dicitur a moscho quē copiose recipit Iacobus Mālius ad Galenum cōpositorem refert. Pro oleo autē punico legit oleum cōmune.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

OLEVM CYPRINVM.

Caput. >13.

Arabes oleum
de Alcanna ap
pellant. iacob.
Malius aliã de
scriptionem et
longe compen
diosiorem ha
bet. Dio. quoq;
antiquis trans
lator cap. 452
meminit eius
olei. Cyprum
uero Arabes
appellat alcan
nam.

Quod facit ad omnem guttã & inflationem intesti
norum super lumen & pectinem inunctum, & uita
ce pellarij cum Bombace suppositum, Matricem conforta
tat & uitia eius emendat, super renes & spinam & usq; ad
iugulum super stomachum, præcordiaq; contra igne ana
te duas horas accessionis inunctum, typica frigora coheret.
Recipe olei lib: 20. Aquæ libras: 8. uini odorati lib: 4
Cyprî floris lib: 2. Cymarum Cypressi, Sanluci ana lib: 4
1. Casiæ, xilobalsami, aristolochiæ, foliorû lauri ana unc:
2. Cymarum Myrti agni seminis Mastiches Bruti seminis
Foliorû citri, Schoenanthus ana unc: 3. Styracis Iau
rici unc: 2. Confice sic, Florẽ Cyprî, Iridos, cymas cypressi
si Sanlucii folia lauri & citri, Mantum agni semina contusa,
& in aqua pridie infusa ad medietatem decoque, &
sic oleum admisce, iterum ad consumptionem aque bulli,
cumq; infrigidatum fuerit, cola, & herbas enjce, & Aristolochiam,
casiam, xilobalsamum & semen lini semotim contusa,
& triduo in uino infusa priori decoctioni affunde,
iterumq; lento igni usq; ad uini cõsumptionem bulli,
& iterum cola, ad ultimum in portiuncula ipsius olei Styracem
& mastichem contusa & leni pruna soluta medicata
mini adhibe & aliquantulum coque, cumq; infrigidatũ
fuerit in medicinali uase reconde, Habet equidem uirtutem
calesfactoriã & Diaphoreticã, ideoq; neruis & Spleni
ni utilissimum existit.

OLEVM STYRACINVM.

Caput. >14.

Quod

NE MEDICAMENTORVM:

Quod facit ad omnem stomachi dolorem, super stoma-
 machum & post spatulas inunctum, Hepaticis &
 pleuretticis doloribus expertum est. Recipe Vini odorati
 sextarios 2. Olei Nardini libr: 1. Celticæ, aristolochiæ uir-
 ridis ana unc: 3. Aloes, mastiches, Sicydis radicis ana un-
 2. Stryacis, meliloti, absinthij ana unc: 1. Confice sic spes-
 cies omnes contusas & in uino per triduum infusas ad ter-
 tiam decoque, & Nardino supermisso, iterum pene ad uir-
 ni consummationē effervefacito & integra die refrigerari
 finito. Cumq; refrixerit cola, & diligenter conde, & usui
 referua.

OLEVM SICYONIVM CAPVT. 715.

Aptum ad uniuersos dolores mitigandos, et ad rheu-
 ma desiccandum ad quemcunq; locum affluerit,
 & exochadias in tumore enatas desiccet, Podagricis au-
 tem ex frigore patientibus optimum est, & omnibus do-
 loribus salubre. Recipe olei libr: 7. Sycidis radicis libr: 1.
 Scylle interioris nitri salis pulueris ana un: 4. Piperis, Eu-
 phorbij ana unc: 2. Opocissæ liquidæ ana unc: 1. Sicydē,
 Scyllam contritam cum speciebus præter opocissam per
 dies sex infusam lenes ad prunas decoque, ut olei duæ par-
 tes remaneant, et ab igne depositū accurate cola, & in por-
 tioncula olei opocissam liquatam medicamini adde & cō-
 ditum usui referua, uirtus ei Calastica et extenuatoria est,
 & ideo pingues humores in articulos infixos desiccando
 extirpat.

*Vide Dioscor.
 li. 1. ca. 28. iux-
 ta finem.*

OLEVM AMARACINVM CAPVT. 716.

Optime confert ad stranguriam & Cephalicas putre-
 dines ex Chirurgia factas desiccet & expurgat, nā
 x ij & ues

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Anastomasin
legendum ara-
bitror.

& ueteres tumores cum inflammatione ipsi perunctis lo-
cis emendat, Dysuriam & stranguriam super pectine in-
unctum soluit, Hemorrhoidas ueteres aperit, Anostofin
matricis curat instar pessarij suppositum, menstrua & se-
cundas educit, lumborum & inguinum dolores lanis in
eodem intinctis & impositis tollit, & ad neruorum cōtra-
ctionem mire prodest. Recipe Olei omphacini sextarios
4. uini odorati sexta: 2. Amaraci unci: 4. Silymbrij floris,
myrthæ foliorum, Serpilli, abrotani, calix ana unci: 3. cin-
namomi, nardi, costi, calami, xilobalsami, carpobalsami,
amomi ana unci: 1. Species in subtilissimum puluerem re-
ductas in uino die & nocte infunde, & herbas bene con-
tusas admisce, & uino permixto per totam noctem simul
dimitte, Alio die mane oleum adhibe, & cum marcescere
ceperit, per septem dies desine assidue exagitando & cō-
miscendo, Octauo uero die lenes ad prunas ad consump-
tionem uini decoque, cauens ne oleum flammam trahat
accensum, cumq; refrigeratum fuerit diligenter & in amp-
ulla uitrea conditum usui reserua, habet enim uirtutem
calidissimam & malacticam anostomoticam & aromatis-
cam, & ideo appetitum excitat, digestionem celebrat &
debilia confortat.

OLEVM GLAUCINVM CAPVT. 717.

Glaucinum ap-
pellatur à glau-
cio quod reci-
pit. Olei autē
Gleucini præ-
parationem re-
quire apud Ae-

Quod confert ad diuersos dolores capitis, & ad dor-
lorem ceruicis et scapularū, & ad tormina ex uaga
bunda uentositate facta ad contractiones & ad debilitatē
neruorum bene operatur, artericis & ad uisū matricis fini-
gulare remedium est. Recipe olei omphacini unci: 70. uini
unci: 24. Glauci unci: 12. Spicæ, Sabinæ, Meliloti, ana
unci:

NE MEDICAMENTORVM.

unc: 3. Calami Aromatici, Costi, ana unc: 2. Asphalti, cel
 tica, ana unc: 1. Species in puluerem redactas & herbas
 contritas in uino & oleo per quinque dies infunde, sepe exa
 gitando, sexto uero die lento igne ad uini consumptionem
 decoque, cauens ne oleum ardeat, cumque per dies duos re
 frixerit, subtilissime cola, deinde conde usuique reserua. Vir
 tus est ei calida & malactica, proinde ad neruorum causas
 & matricem optime opitulatur.

tium li. 12. ca.
 44. quonia est
 omnium pre-
 stantissimum.

OLEVM IRINVM CAPVT. >18.

Quod usurpatur ad diuturnum catarrhum naribus
 illitum Ozenas & putredines narium aufert, tinnitum
 aurium cum aceto & ruta & amygdalis amaris com-
 mixtum & auribus iniectum tollit, Athmaticis gargaris-
 mo adhibito opitulatur uentrem tollit in mensura cyat: 1.
 acceptum & tormina intestinorum iniectum placat, tu-
 mores stericos & suffocationes uulua sedat, uice pessarij
 suppositum ambobus menstrua educit, Hemorrhoidas
 ueteres inunctum siue Colo iniectum aperit. Recipe olei
 Sextarios 10. Aquae 3. Radicis Iridis lib: 3. & unc: 4. Gi-
 ni domestici idest Liliij radicis unct 15. Cyperi uiridis radi-
 cis unc: 6. Elenij unct: 3. Ancusae unct: 2. Cinnamomi, asa,
 Spicae, ana unc: 1. Species in puluerem redactas radicesque
 contritas in aqua & oleo diebus quinque infunde, & lenibus
 prunis ad consumptionem aquae decoque, ita tamen ne
 ardeat oleum, & inde ablatum post diem integrum refri-
 geratum cola, & in uase conditum usui reserua, Est enim
 calidum & Leptericum & ideo tumores reprimat, & hu-
 mores pingues subtiliando consumit.

Crinon quid.

Leptocæon
 appellat eo quod
 extenuat, &
 subtiliat crassa
 humores.

x iij

Oleum

NICOLAUS DE COMPOSITIO:
OLEVM SABININVM.

Caput . 719.

Optimum Cephalalgicis, Maniacis, Melancholicis, Epilepticis, si raso capite ad solem aut balneum ex medicamine inungantur, Dolorem dentium calidum in ore retētum mitigat. Tetanicis, Emprostotonicis, Epistofiticis, ceruici, pectori, & scapulis cū lanis succidis impostum & fasciatum mire subuenit, Paralyticis, Artericis, et Podagricis cum quarta parte Laurini Ceroti inunctum, opitulatur, doloribus & torsionibus præcordiorum & intestinorum ad ignem in unctum medetur, Nephresi ex frigido super Renes & pectinem in sole aut balneo sapientis inunctum remedio est, Celerius autem libidinem excitat, si ex eodem oleo manibus perunctis genitale malaxetur, Sed prouidendum est quia celebrata uenere tantum succumbens libidini iuuenula irritatur ab opere sine Encharismate aque recentis desistere nequeat: Cum bombase suppositum album humorem & menstrua educit & alia multa facit. Recipe Olei sextarios 6. Aquæ 2. Vini odorati, 1. Sabinæ tenerrimæ, unc: 48. Pulegij foliorum Pegani foliorum Calaminthæ minutæ foliorum hederæ terrestres ana unc: 29. Iridis Illyricæ, Cyperi radicis sicydis & Euiscii, radicis ana drach: 8. Calami Aromatici, Nardustachij, Costi Amari, Euphorbij, ana unc: 6. Cassiæ, Aristolochiæ, Nitri, Armiri, adarces ana unc: 2. Opophyllorum, nucis Myristicæ, Zedoariæ, Zingiberis ana unc: 1. Piperis, Cardami, Libyistici, Anisi ana unc: semis. Confice sic. Sabinam, Pulegium, Peganum, Calamintham, Iridem Illyricam, Cyperum, Sicydem, Euiscum contula,

NE MEDICAMENTORVM.

contusa, & Calami, Costi, Euphorbij, Aristolochiæ, Castiæ, Nitri, Adarces, Cardami, Libyistici subtilissimum puluerem in oleo & aqua simul cum herbis diebus quinque infunde, & ter die & nocte exagita, Sexto deinceps die ad consumptionem aquæ coque, ne oleum capnion patiatur. Cumq; infrigidatum fuerit diligenter cola, & postea Nardostachij, Caryophyllorum, nucis Myristicæ, Zedoariæ, Zingiberis, Anisi, Piperis puluerem per triduum in uino infusum & sapius exagitatum decoctioni admisce, & iterum modicum decoque, spatula sine intermissione agitando & cum infrigidatum fuerit, in minuto uase conde usiq; reserua Calasticum enim & Metasyncriticum est & ideo frigidum dolorem temperat, & omnia membra debilitate fatigata, confortando renutrit.

OLEVM SCYLLITICVM.

Caput. 20.

Metasyncriticum cum Græci appellamur medicamentum quod ex profundo humores euocat. Vide Actium li. 3. ca. 195

Quod Metasyncriticum dicitur, Accomodatum est ad pectoris uicia & Stomachi frigiditatem, Hydropicis cum lana succida impositum subuenit, Pleureticis, & Ilios & ad frigiditatem Vesicæ iuxta ignem inunctum, singulariter prodest, Nephreticis, Ischiadicis, & ad dolorem genuum & Podagræ cum tertia parte Muscelij, Ceroti supra dolentia loca inductum remedio est ante horam accessionis cum Peganini Ceroti media parte ad ignem per totum corpus illitum, planaq; manu fricatum, donec patiens sudare coeperit, Typica frigora emendat, ex Chronico morbo debilitato si eodem usus fuerit renutritionem adfert. Recipe Olei sextarios 7, Scyllæ interioris

NICOLAUS DE COMPOSITIO

rioris unc: 7. Iridis Illyricæ, radicis Sicydis & Dracontij ana unc: 3 6. Populi occulorum mense Martio collectorū, foliorum Citri, foliorum Ligustici ana unc: 6. Herbas omnes contusas in oleo diebus 7. infunde, octauo uero die ad medietatem decoque sine intermissione exagitando, cūq; tepē factum fuerit exquisite cola & reconditum usui referua. Calidissimum enim est & Diaphoreticum & ideo Tonicis administratum sudorificum est.

OLEVM CAPVT. 721.

Quod appositum est ad Hemicranicum & Cephalitirpat & ad Periodicas et continuas febres optime exirit. Recipe Olei sextar: 2. Aceti heminas 2. Viridis Ruthæ Hederae nigrae, Chamæmeli, Tereūculæ, Artemisiæ, Liliorum, Rosarum ana unc: 6. Aristolochiæ, Gentianæ, Baccarum Lauri excoriatarum, Myrrhæ ana unc: 1. & sexti aceti bulli, & herbas contusas in oleo biduo infusas ad medietatem decoque & cola, Postea Gētianæ, Aristolochiæ Baccarum Lauri, Myrrhæ subtilissimum puluerem cum melle despumato collige, & decoctioni admisce, iterumq; lenes ad prunas decoque, exagitando donec commisceatur, & depositum ab igne reconde.

OLEVM. CHALASTICVM.

Caput. 722.

Hoc conducit ad omnem perfrictionem pectoris & dolorem Stomachi, Pleuresin & Ileon inunctum emédât super pectinem lanis mollibus impositū & fasciatum

Tereuinculã
legit codex.
scriptus. Ceruicellum pu-
to scribendum
esse Elapho-
boscon dictum
apud Dioscor.
li. 3. ca. 73. Syl-
uaticus autem
Tremencolã
adserit esse her-
bã Tremulam

DE MEDICAMENTORVM.

tum Stranguriam & Dysuriam soluit Cathetere per uirgam iniectum, lapides in uesica frangit cū succo Cichorii potui datum mortuum fatum & secundas excludit, Cū purpurea seta aut lana marina in modum pessarij suppositum menstruis imperat, & omnia matricis accidentia componit, neruos & ossa dissoluta confirmat. Recipe Cyprini Nardini ana libr: 1. Balsami, Olei muscelini, pulegini ana unc: 4. Sanfuci foliorum unc: 3. Herbas fortiter contusas in nardino oleo muscelino & pulegino octo diebus infunde, Nono autem die addito Balsamo lento igne modicum bulli, & colatū optimo uase reconde, calidū enim & odoratū est, & ideo debilia membra salubriter recreat.

Chalao idem est quod remitto staccesco uel languesco. Vnde Chalasticum medicamentum relaxatiuum remissiuum. Et lib. 3. de San. Tu. Tenesna lassitudinis remedium est chalasis, id est relaxatio. Est enim illi contraria sicut duritiei mollietis.

OLEVM CATHOLICVM CAPVT. 723.

Quod humores per uentrem purgat, cum Euphorbij scrup: 2. Choerades, id est Scrophulas discutit, cum aloë drac: 1. Hydropicis medetur cū Diagridij Eplithymi, Colocynthidos ana scrup: 2. acceptum splenem et uentositatē tumentem per halitum celerrime discutit, stomachum Plethora repletum cum scrup: 3. Elaterij epotū summa cum suauitate catharizat, Umbilico, Stomacho Summiniq; inunctum omnia supra scripta præstat. Recipe Olei sextarios 2. aquæ fontanæ heminam 1. Catholici spermatidis excocti libr: 1. Polypodij Quercini unc: 3. Iridis Illyricæ unc: 5. Radicis Acties corticis medianæ, unc: 4. Tithymali tenerrimæ radicis corticis unc: 2. Her

Catholicã herba quidam appellat Chamæleã, id est Oleastellum, & à quibusdã Alypiadem uocant, Quã hodie uolunt esse Mezereon.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

bas bene contusas, puluerem Catholicæ in oleo & aqua diebus quinque infunde, sæpius exagitando, sexto die lenes ad prunas, ad consumptionem aquæ decoque & fortiter cola, cumq; refrigeratum fuerit, in uitreo uase conditum usui referua.

OLEVM PVLEGINVM CAPVT. 724.

AD multas passiones proficuum, calidum enim siccatium & resumptiuū est, & ideo ad dolores omnes ex frigore factos salutiferum est, & ad omnia membra debilitate fatigata, recorporatiuum esse probatur. Pulegij flores uase æneo duplici bulliant, Exinde sub torculari ponantur & fortiter exprimantur, qui succus uase uitreo excipiatur. Est & alia pulegini olei cōfectio, quæ fit ad hūc modum. Pulegij florum libr: 4. in olei libr: 2. per tres dies infunde, & secundum supra dictū artificium uase duplici coquatur & exprimatur, Excipiaturq; uase uitreo & usui referuetur, quod licet debilius sit superiori oleo, non tamē minus pollet, ad omnia supra scripta percuranda.

Vas illud duplex Græci diploma & angion diplun appellant. Sicut Gal. li. 8. Methodi docet unguenta in uase duplici calefacere, repleto priori uase aqua feruente, in quod imponitur uas minus in quo sit unguentū. Nam si aliter calefiant unguenta uitatur eorum uirtus. Extat alius locus §. de alimen. ca. de Vuis et apud Diosco. li. 2. ca. de Medullis.

OLEVM PEGANINVM CAPVT. 725.

Quod singulariter prodest ad genuum, & inguinū dolorem, & ad podagram. Conducit etiam ad capitis & præcordiorum dolorem, ex sicco & calido ortum. Recipe Olei unc: 70. Ruthæ foliorum unc: 24. Sancti Cymini

NE MEDICAMENTORVM.

Cymini ana unc:6. Herbas & Cyminum semotim tusa,
& in oleo dies quinq; macerata in uase duplici coque, ex
prime & reconde.

OLEVM POPVLINVM CAPVT. 726.

EXpedit ad capitis dolorem, arteticis, nephreticis &
podagricis, & ubicuq; dolor fuerit. Recipe olei unc:
86. uini libr:4. Gemmarum populi tempore ueris colle
ctarum libr:3. Gemmae populi diutissime trita, & in uis
no & oleo infusa diebus septē quotidie exagitentur, octa
uo uero die lenibus prunis ad uini consumptionē coqua
tur, & fortiter colentur, & colatum uase excipiat.

OLEVM LAURINVM CAPVT. 727.

Virtutem habet calefactoriā & malactica, facit enim
ad capitis et aurium dolores, & ad omnes passiones
neruorum & dolorem membrorum uniuersorum. In ma
sum perterebratum immisum & ad lenes prunas calafa
ctum, Anocq; suppositum siue iniectum Hemorrhoidum
dolorem placat, & ex eis fluentem sanguinem sistit. Sca
brofis & pruriginosis iuxta ignem inunctum opitulatur.
Lauri baccae recentes & maturae contrita, & diu coctae in
oleo exprimantur & colentur, cumq; refrixerit illud pin
gue quod supernatauerit penna colligatur.

OLEVM SCININVM CAPVT. 728.

Quod Lentiscinum uocatur, calidum malactica &
stiptica uirtutis est, Hordeola & furfures capitis,
lenigines & sordes faciei curat & clarificat, bonumq; co
lorem reddit, duritiem stomachi & aliorum membrorum
dolorem malaxat, Coeliacam & Dysenteriam inunctum
y ij siue

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Oleum lentisci
nū constat esse
duplex. Com-
positū & sim-
plex, quod ex
li. 1. Actij faci-
le deprehendi-
tur.

sive iniectū optime stringit, Baccæ Lentisci maturæ col-
lectæ, & modicum contusæ in aqua coquantur, fortiterq;
colentur, cumq; infrigidatum fuerit illud pingue quod lu-
pernatauerit colligatur & reconditum usui referuetur.
Hordeolum est abscessus paruus oblongus iuxta palpebram oculi, eo
quod grano hordei similis est Crithe dictus. Appellatur etiā Posthia, quia
præputio similis existit, apud Celsum li. 6.

OLEVM AMYGDALINVM CAPVT. 229.

Quod prodest ad Cephalalgiam, aurium dolorem
& tinnitum & surditatem iniectum, compescit rugas
& sordes faciei cū Cerato Irino aut rosaceo detergit, Suiā
guriolis & lithiadicis super pectinem inunctum, aut per
uirgam immisum prodest. Matricis dolores, Phlegmonas,
suffocatiōes in modum pessarij suppositum mitigat.
Recipe olei libr: 5. Amygdalarum purgatarum unci: 24.
Amygdalæ tritæ, & in oleo triduo infusæ, ad medietatem
coquantur, & colatum condatur & usui referuetur, Alia
confectura. Amygdalæ amaræ purgatæ, & siccæ in pila
diutius tundantur, & cum aliquantulo aquæ diu subigantur,
& post 5. aut 6. horas iterum terantur. et manibus for-
titer exprimantur. Illud autem aquæ quod supernataue-
rit, cochleari colligatur, hoc iterum iterumq; facito, donec
totam pinguedinem excusseris, quæ sicut supra diximus
cochleari collecta condatur & usui referuetur.

OLEVM ANETHINVM CAPVT. 230.

Opitulatur caput dolentibus, & Hemicranicis artia-
culorum doloribus inunctum subuenit, Typica fit
gora, Stomacho, Renibus & dorso iuxta ignem illitum
emendat, Matrici suppositum mensuris imperat, & oēs
casus

NE MEDICAMENTORVM.

casus eius componit. Recipe Olei unc: 36. anethi florum
unc: 12. Tribus diebus, flos in oleo infundatur, quarto ue
ro die lento igne parum coquatur, & diligenter succus eli
ciatur, iterumq; decoctioni foliorum Anethi unc: 3. addā
tur & ad solem suspendatur usuiq; referuetur:

OLEVM CHAMÆMELINVM.

Caput. 731.

Salubre ad feruorem & dolorem capitis, Stomachi ut
Sua ex Cholericō, siue alio calore commota compefcit
articulisq; proficit & ad multa alia salutiferum est. Recipe
Olei dulcis unc: 36. Floris Chamæmeli, mensē Iulio colle
ctilib: 1. Flos in oleo diebus Canicularibus in uitreo ob
structo uase ad solem suspēdatur ad 40. Dies. Deinde cō
seruetur in loco conuenienti.

OLEVM CROCINVM.

Caput. 732.

Virtutem habet calidam & interdum Narcoticam, et
ideo Nephreticis naribus inunctum sapius somnū
infert, musculorum & Matricis factam duritiem in modū
pellarij suppositum mollit. Recipe Olei omphacij unc:
36. Croci, Myrrhæ ana unc: 6. Opij unc: semis. Confici
tur sic. Crocum tritum in oleo diebus tribus infunde, &
sapius exagita, & inde lenes ad prunas ad medietatem co
quatur & coletur. ad ultimum Myrrhæ & Opij puluis
medicamini addatur, & tam diu exagitetur donec ad unā
compagem reducatur & refrigeratum reconde.

OLEVM MYRTINVM.

Caput. 733.

y ij

Virtutem

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Xeranticam
id est exiccans
tem.

Virtutem habet stipticam & xeranticam & ideo pur-
tridos humores capitis & dolorem emendat, cum
Mastiches, Boli, & farina uolatilis ana unc: 1. mixtum &
fronti impositum superciliorum & oculorum dolorem
arceat, & lippitudinem in eis ex Rheumatismo fieri nō per-
mittit, cum Camphoræ scrup: 2. Tragacanthæ 1. mamila-
lis inunctum æstiuos sudores male olentes dispellit, easq;
decenter distentas pristino decori reddit, Diaphoreticos
sudores & Cœliacos fluxus super Stomachum & totum
uentrem inunctum, puluere Oenantes & Acaciæ super
sparsa astringit. Recipe Olei sextar: 5. Vini, 1. Myrthæ te-
nerrimæ foliorum libr: 2. Croci Orientalis, Oenantes,
ana drach: 10. Mastiches, Acaciæ drach: 8. Confititur sic.
Folia Myrthæ in pila sine intermissione tundantur, & in
uino nocte ac die infundantur, altero uero die, oleo super-
misso, lenes ad prunas usq; ad uini consumptionem con-
quantur, deinde fortiter colentur, ad ultimum autem pul-
uis Croci, Oenantes, Mastiches, Acaciæ, inseratur ite-
rumq; lento igne tamdiu exagitando bulliat, donec opti-
me commisceatur & reconditum usui referuetur.

OLEVM MELINVM.

Caput. >34.

Vtile est ad tineas & furfures, capiti inunctum, Gino-
retentum confirmat, Stomacho illitum, supersparsa pul-
uere Mastiches & Omphacij, Vomitum abscindit, & dia-
phoreticum sudorem constringendo sistit. Recipe Olei
libr: 6. Cydoniorum purgatorum libr: 4. Vini 2. Macis,
foliorum Lilij, ana dra: 6. Mastiches, Rosarum ana dra: 2.
Cydonia

NE MEDICAMENTORVM.

Cydonia triticissima i uino & oleo triduo infusa. diuq; exa-
gitata ad uini consumptionem lento igne coquantur &
fortiter colentur, deinde Macis, foliorum Liliij, Caryo-
phyllorum, Acaciae, Mastiches, Rosarum puluerem ad
mixtum, tamdiu molli igne bullias donec perfectius mis-
ceatur.

OLEVM MASTICHINVM.

Caput. 735.

Acomodatam est ad omnem dolorem Stomachi,
& scapularum prope ignem inunctum, ad dolorem
Hepatis & Pleurae cum lanis succidis tepidum appositum
optatam salutem adfert. Recipe Olei sextar: 2. uini odo-
rati 1. Nardini olei 6. Celticae, Carnium Dactylorum, Ma-
stiches ana unc: 2. Absinthij, Melilotiana unc: 1. Dactyli
& species seorsum contusae, in uino & oleo tribus diebus
infundantur, quarto deinceps die, lento igne tamdiu co-
quantur donec uinum consumatur, Postea succus elicia-
tur, Ad ultimum uero Nardinum oleum decoctioni ad-
datur & absolutum habebitur.

OLEVM SINAPINVM.

Caput. 736.

Prodest ad diurnos dolores articulorum, Spasmos
& typica frigora in balneo inunctum emedat, & om-
nia membra ex frigiditate debilitata confirmat. Recipe
Olei libr: 2. Vini libr: 1. Synapi lib: semis. Synapi pulue-
rizatum in aqua & oleo diebus tribus infusum ad con-
sumptionem uini coquatur, colatumque usui referuetur.

Oleum

NICOLAUS DE COMPOSITIO

OLEVM SABININVM SIMPLEX

Caput. 737.

AD diuturnos dolores capitis & Hemicrani inu-
ctum conducit & ad alios dolores corporis. Recipe
Olei libr: 4. Sabinæ tenerrimæ 2. Sabina contusa in
oleo diebus tribus infundatur, quarto uero die ad medie-
tatem coquatur & colatum usui referuetur.

OLEVM HEDERATIVM.

Caput. 738.

AD dolorem capitis ex calido inunctum proficit, sco-
tomatico fronti & temporibus illitum medetur &
gingiuis Rheumatizatis & propendenti uuæ retentum
& gargarizatum subuenit, cum Cimoleæ drach: 1. Com-
mixtum & naribus iniectum sanguinis fluxum inde sa-
ctum sistit, Sanguinem de pectore aut Pulmone fluen-
tem thoraci inunctum. Coralli, Mastiches, Cornucer-
uini puluere supersparso potèter resecat. Stomachi & He-
patis, tertia parte olei Rosacei adhibita, ignitos Causi calo-
res refrigerat, sudoresq; diaphoreticos reprimi. Re. Olei
*(Vua lupina interpretatur à quibusdam Staphis agria. Aucerrons Sos-
latrum. Plinius Caucahis dicit, nascitur in hortis uires habens refrigerantes
& ad stringentes, omnibus nota, quam Greci Strychnum siue uuam lupina
nam uocant. Hæc syluaticus. Ceterum timerem hæc uerba in Plinio non
reperiri. De Caucalide uero agit Diosco li. 2. cap. 128.)* Lib: 6. Aquæ
3. Hederæ unc: 4. Symphyti, Polygoniæ, Portulacæ, uue
Lupinæ, quinque neruiæ, Cymarum Rubi Amyli uitiu
ana unc: 2. Opij unc: 1. Herbas contusas in aqua & oleo
diebus quatuor infunde, quinto uero die donec aqua con-
sumatur coquantur ita tamen ne oleum flammam trahat.
Exinde

NE MEDICAMENTORVM.

Exinde fortiter colentur. Ad ultimum autem in portione
cula olei opium solutum medicamini immittatur, optime
admisceatur & uase reconditum usui referuetur.

OLEVM MANDRAGORAE CAPVT. 739.

Quod ad nimios dolores capitis proficit, & phrenes
ticis male dormientibus fronti illitum, & naribus
insectum uehementer opitulatur, Pulsibus brachiorū &
plantis pedum illitum quocūq; modo uigilijs fatigatum,
celerrime obdormiscere facit. Recipe Olei libr: 5. Succ
malorum mandragoræ, unc; 8. Papaueris hortensis capi
tum succi, unc; 6. Hyoscyami albi succi unc; 4. Violarum
tenerrimæ cicutæ succi ana unc; 2. Opij, Styracis, ana un
1. Conficitur sic oleo succi omnes immittantur, & per des
cem dies ad solem exponantur, undecimo uero die ad cō
sumptionem succi coquantur, cū infrigidatum fuerit co
letur, & in particula ipsius olei, Opium & Styrax soluta
medicamini ingerantur, & bene commixta in uase com
dicum usui referuentur.

OLEVM ROSACEVM CAPVT. 740.

Virtutem habet frigidam & stipticam. & ideo ad dor
lores capitis ex febre seu ex ardore solis optimū est,
Ardores autē & dolores quos uenterculus biliosis humo
ribus plenus sua uētositate in loco aut in parte capitis pro
gignit, cum aminei aceti quarta parte capiti & fronti illi
tum ardet, Tormina & dolores in stomacho seu intestinis
ex acredine acerrimæ Cholerae illatos cū Mastiches drac;
2. & sufficienti cera in ipso solutis locis inunctum ipsis cō
primum emendat, ad Herysipelata utile est, quibus in su
perficie non apparent, & ad alia huiusmodi multa. Reci
pe olei Omotribeos abluti libr: 3. Rosarum libr: 1. Rosæ

*Aminea uua ē
ruberrima &
in uepribus na
scitur, qua fri
catur impetigo
et paucis dieb.
curatur Scrib.
Largus.*

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Omotribes est
oleum crudum
ex immaturis
druppis ex =
pressum.

ex unguatae in mortario diutissime tritae, cum oleo in uase uitreo condantur, & ad solem per octo dies exponantur, Nono autem die colentur, & eieciis prioribus totide nouellae contritae immittantur, iterumque octo diebus uas in apricum proponatur, circa nonum diem diligenter colentur, & eodem oleo alia eiusdem ponderis immittantur, & uas fortiter obturatum, diebus quadraginta soli exhibeatur, Transactis uero constitutis diebus in temperato loco usui referuetur.

OLEVM LILIORVM CAPVT. 741.

PAragoricæ & temperatæ uirtutis est, ideo loca calore debilitata confortat ignem sacrum extinguit, cum seui & ceræ ana unc: i. in oleo solutis cacoeticis uulneribus impositum medetur. Crurum Chronia ulcera quolibet modo, facta purgat, replet & cicatrizat, Doloribus Coli ex Dysenteria factis, Clysteri iniectum mire subuenit, tum moribus coxarum, tibiærum pedumque leuiter affricando, Diaphoresin facit, & ad alia multa proficit. Recipe Olei lib: ʒ. Liliorum lib: i. Rosarum semis, Mastiches unc: 2. Croci orientalis i. Liliij, rosarum, croci, mastiches puluis simul cum oleo in uase uitreo condatur, quod ad solē nouem diebus suspensum, decimo die lento igne coquatur, & colatum usui referuetur.

OLEVM VIOLACEVM CAPVT. 742.

PHreneticis non dormientibus cum tritici farina & Strychni succo subactū, fronti & temporibus impositum soporem infert, cyathi duo cum Euphorbij serui: 2. poti, lumbricos mire excludunt, uolis manuum & plantis pedum illitum. Stomachi feruorem placat, cum succo portuæ

NE MEDICAMENTORVM.

portulacæ & aquæ cucurbitæ mixtum Hepati & præcor
dijsa dhibitum intollerabiles Causi calores mitigat. Re
cipe olei libr: 8. Violarum libr: 1. Violæ cum oleo in uase
uitreo conditæ per dies 30. ad solē suspendantur, post hæc
lento igni aliquantulum in uase sicili uel uitreo bulliant.
Post rursus decem diebus ad solem exponantur, deinde
reponantur.

OLEVM OENANTHINVM CA: 743.

Optimum ad reprimendos calores, & Diaphoretic
cos sudores capitis mitigat, est enim frigide & stipti
tica naturæ, & imitatur rosaceum secundum uires suas. Oenanthe est
Labrusca uis
tis cum floret
fructus, apud
Dios. li. 5. ca. 4
et li. 1. ca. 47.
Recipe Olei omphacini libr: 3. odoratissimorum florum
Oenantes libr: 1. Oenante in oleo diebus tribus infun
datur & sæpius agitur, quarto uero die uase uitreo con
datur, quod diligenter obstructum per dies 40. in soletur,
postea loco frigido conditum usui reseruetur.

OLEVM BOTHRACION SVMMVM.

Caput. 744.

AD Arteticos & Ischiadicos dolores, & ad intoleran
biles podagricorū dolores ita expertum est, ut triū
horarum spacio Aneticam opem illitum adferat. Recipe
olei libr: 3. Bothracorum capita tam diu in oleo bulliant,
donec dissoluantur, deinde ab his oleū diligenter expres
sum condatur & usui reseruetur.

Bothrachium Corrupte quidam dicunt pro Batrachio, Manard. lib. 7.
Pedem columbinū esse dicit. Ranunculum Translatore Diof. li. 2. c. 166.
appellant. Varietas enim macularum cineratio colore nonnihil ad colorē
ranarum accedit nigrarum et uiridium. Flammula dicitur Alij Apium ri
sus, alij pedem coruinum uocant.

z ij Oleum

NICOLAUS DE COMPOSITIO
OLEVM VVLPINVM CAPVT. 745.

AD diuersos dolores corporis expertum maxime po-
dagricos. Confectura eius hæc est. Vulpes integra
intestinatorum excrementis expurgatis tam diu contunda-
tur, donec totius corporis ossa contritissima fuerint, deins
de sufficienti oleo immisso ad ignem tã diu bulliat, donec
membratim dissoluatur, & sic sub torcular pressorium po-
sita, fortiter ab ea totus liquor extorqueat. post hæc, De
coctioni radicis Sicydis libr: 1. tribus diebus infusa & bes
ne subacta ad medietatem coquatur & coletur & pulegij
tertiã partem diebus 8. infunde, deinde in Diplomate
tribus horis coque, ex cola & uitreo uasereconde.

PACCHII ANTIOCHI HIERA SIVE DIA-
colocynthidos, siue Picra ad uniuersa cor-
poris uitia. Caput. 746.

Recipit Stœchados, marrubij, chamædryos, agarici,
colocynthidos singulorum denarios 10. Opopanax
cis, Sagapeni, petroselinij, terræ mali, piperis albi ana de-
nar: 5. Cinnamomi, nardi, spicæ, myrrhæ folij, croci ana
denar: 4. In unũ omnia ponderata contunduntur & cris-
brantur. Sed opopanax & sagapenum mortario teruntur,
adiecto melle liquidissimo, deinde cæteris miscentur, quæ
& ipsa recipere debent tãtum mellis quantum satis est ad
cõprehendenda & cõtinenda ea. Reponatur uase uitreo,
& est prorsus sacrum medicamentum. Si quando autem
efficaciore eo uoluerimus uti propter difficultatem natu-
ralem uitiorum aut diuturnitatem, ut in furiosis aut epi-
lepticis. uel lumborum perpetuum dolorem habentibus,
podagra seuiori correptis, colocynthidos adijcimus ad su-
perius

NE MEDICAMENTORVM.

perius dicta pōdera denar. 20. Opopanacis sagapeni ana
denar. 3. Quamobrem utraq; parata debent esse medica
menta, ut cum opus fuerit usus alterutrius in promptu
sit.

ANNOTATIO IN PACCHII

Picram Scribonij largi.

Compositio hæc mirifica ad lateris dolorem siue cum febre siue sine
febre fuerit, non ignorata quidem ab antiquioribus propter effectus
sed præcipue à Pacchio Antiocho auditore Philenidis Catinensis usu illu-
strata. Eecit enim magnos quæstus ex ea propter crebros successus in uitijs
difficillimis. Sed ne hic quidem ulli se uiuo compositionem dedit. Post mor-
tem autem eius Tyberio Cesari per libellum scriptum ad eum & biblio-
thecis publicis posita uenit in manus nostras quam antea nullo modo extra
here potuimus. Quamuis omnia fecerimus ut sciremus quæ esset. Ipse enim
clam componebat nec ulli suorum committebat: plura autem quam recipit
ipsemet contundi iubebat pigmenta, fallendi suos causa. Hanc postea nos sci-
uimus, quæ ut sane & libello ipse fatetur non à se inuenta, sed usu exactio-
re comprobata ad quæ uitia & cum quibus & quemadmodum data pro-
ficeret. Etenim non ignota ponderibus tamen antiquis aut adiecit aut detra-
xit. Et res quæ in hac compositione sumæ nō utiq; conueniunt ad antiquas.
Interdum enim eorum quædam plures etiam numero accipiunt, atq; ideo
non idem præstant, cum interim hæc mirifica temperatura composita miri-
ficos effectus habeat. Facit autem non solum ad lateris dolorem sed etiam
ad plura uitia. Quamobrem semper habeo id compositum. Percurræ au-
tem quam breuissime ad quæ uitia & qualiter datum proficit, ut etiam in li-
bello eius scriptum est, & ego magna ex parte iam expertus sum. Sanat
ergo morbo comitali correptos, furiosos, Scotomaticos, Cephalargicos,
Prodest data denar. 2. Pondere ex aquæ mulsæ cyathis, quatuor, cum re-
missi fuerint. Et si frequenter corripuntur post binas ternasue accessiones
danda erit Antidotus Hiera, hoc nomen enim tribuit ei duas propter cau-
sas ut existimo. Vnam ne eius nomen uerum dicendo ostenderet quæ esset.

Pacchius anti-
ochus.

Philenides Ca-
tinensis.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Veratri opera
tio.

Ephialtē Gre-
ci quem nos In-
cubum Incubo-
nem & insul-
torē uocamus,
appellant.
Victoriatuſ ui-
detur Scribo-
nij ſententia
ualere duobus
obolis hoc eſt,
ſcrupulo uno.
Tetanuſ quid.
Spaſmuſ Cy-
nicuſ quid.
Notandum.

Dicitur enim à quibusdam picra quia amara eſt, à quibusdam Diacolocyn-
thidos. Alteram quo magis ſub tanta ſpecie nominis commendaret medica-
mentum. Sed ſi ex longo interuallo acceſſionibus uexabuntur, in remiſſione
dolorum ſepius dandum erit medicamentum. Ita enim aut ex toto remedio
eſt, aut certe minuitur quotidie impetu uitiorum & ſedatur, interuallaq;
maiora accipit & hoc ipſo opportuniores ſunt ad ueratri potionem, qua
maxime hæc uitia tolluntur. Dare autem hiſ oportet ſecundum purgatio-
nem (bis enim aut ter ſpumofa & glutinoſa deiciunt) ptiſanæ cremorem,
holera lenia ex urtica & lapatho malua facta, torpedine interdum admix-
ta, & cum exiguo pane, aquamq; potui. Facit bene hæc compositio ad ſua
ſpirium & ad uocis abſceſionem & ſubitas præſocationes ex qualibet cau-
ſa ortas, & ad eos qui ſepius exiſtimantur ab Incubone deludi. Uſq; co ta-
men uexantur, ut interdum uitæ periculum adeant (eſt. n. uitium non cõ-
temnendum) utiq; in proceſſa ætate. Quibus dandum erit medicamentum
proximo die eius noctis qua correpti ſunt, cum interuallum à ſomno ſecer-
rint, & quod ſatis eſt ambulauerint, ex aquæ hyſſopum aut marrubium ha-
bentis cyathis 4. uel 5. pond. drach: 1. uel uniuſ & uictoriatuſ, pro ut res po-
ſtulauerit. Deinde poſt horas tres quatuorue cremor ptiſanæ detur. Facit
& hoc medicamentum ad eos, quorum muſculi maxillares cum maximo
dolore tenſi ſunt, adeo ut aperire os nullo modo poſſim. Tetanum hoc uis-
tium Græci dicunt. Item facit ad deprauatam faciem in utram libet para-
tem, Cynicum ſpaſmum hoc iſdem appellant, genus morbi. Præcipue uer-
ro ad pectoris & lateris dolores prodeſt ex qualibet cauſa factos, ſiue la-
tente & occulta ſiue manifeſta, ut exitu, caſu, conatu aliquo ſupra uires,
uel ponderis ſupra modum portatione, uel contuſione, quæ frequenter gla-
diatoribus accidere ſolet in luſtationibus, & eorum maxime fauciatuſ.
Nec minus arbore alta delapſis, uel ſcalis deuolutis, excuſis à rbeda uel
curriculo atq; ita tractis. Sed hiſ, iſdeſt manifeſta cauſa uexatis, cum acci-
cyathis tribus quatuorue danda erit amidotuſ. Illis uero qui ex occulta cau-
ſa laborant ex aqua mulſa proderit. Præterea neruorum tenſionibus miri-
fice

NE MEDICAMENTORVM.

ſce conuenit. Quamobrem facit & ad tremulos & ſyderatione tentatos
 utralibet, una enim ex contractione, altera cum remiſſione neruorum con-
 ſpiciuntur, Paralyſin, hoc urimq; uitium Græci appellant. Ad quod etiam
 cum correpti ſunt prodeſt ex aqua mulſa cyathis tribus quatuorue datum
 medicamentum denar, ꝑ. Vel unius & uictoriati, admixto pondere uicto-
 riati caſtorei, Prodeſt & ad Articularem morbum quem Arthriten uo-
 cant, ad ſpinam & totius lumborumq; dolorem: ex aqua mulſa datur ad
 uires cuiuſq;. Item ad podagram benefacit: nam & in præſentia detractio-
 ne ipſa leuat & in futurum omni moleſtia liberat. Dimidio. n. celerius, ſa-
 nantur qui acceperunt medicamentum, quam prius ſolebant. Durities in
 manibus mulierum cum dolore conſiſtentes, quas nullum medicamentum
 leuat, extoto imperpetuum interdum ſanat, quas pleriq; medicorum inſana-
 biles affirmant, Carcinomata & Cacoethes appellantes. Ad Stomachicos
 euidenter conuenit, cum ſit uiroſiſſimum medicamentum aduerſus ſtoma-
 chum, ne ad lenia quidem & ſimplicia medicamenta apte diſpoſitum. Sed
 uidelicet in eiuſmodi rebus potentior uſus ratione eſt. Expertus enim unuſ
 quiſq; intelligit ſtomacho quoq; hoc medicamentum eximie prodeſſe. Reme-
 diat enim eos quibus frequenter inaceſcit cibus, & eos qui aſidue inſtatio-
 nibus urgetur, uel dolore eius uexantur, aut aſidue nauſeant, aut ſaliua
 abundant, uel inedia conſumuntur, ſtomachumq; ita ſolutum habent, ut ex
 eo uarios liquores ſubinde reſpuant conſentiente capite, ut nullum genus ci-
 bi continere poſſint. Item ad bilem atram generantes, quos Melancholicos
 appellant, benefacit. Oportet autem non continentibus cibos ſecundum uo-
 mitum pond. denar, ꝑ. ex aqua cyathis tribus, deinde artus conſtringere, &
 interdum olfactarijs reſcicere, & cōmanducatione oliuarum contuſarū, ea-
 rumq; rerum que ſtomachum conſtringere ſolent, interim ſubrectos recu-
 bātes, deinde cū deiecerint ſolutos uinculis ruruſ perungere & fricare to-
 tū corpus. Atq; ita uarietate apta ciborū ſtomachū proritare, ut halica ex
 mulſo,

Paralyſis
quid.

Articularis
morbus.
Arthrites.

Experientia
quid poſſit.

Atram bilem
generans Sto-
machus.

NICOLAUS DE COMPOSITIO²

Oua apala.

mulso, malorum cydoniorum succo facto, uel ex granatorum per se malorum, uel si quos magis delectat ex frigida posca: secundum quæ apala oua proderunt, & intubi cocti uel crudi ex aceto. Item lactucæ caules cum folijs ex posca decocti, conchula marina, purpuræ murices, peloriuolua pomorum, sorba mala orbiculata, scandiua, pyra, crustumina segnina olla reposita. Item uua ex olla. Hæc enim & huiusmodi quæ sunt confirmant stomachum, quibus & in sequentibus diebus uti oportebit paulatim ad consuetudinē progredientē, donec prope omni molestia ægri liberentur.

Stomachus
Atonus.

Est stomachi uitium quod cum siccitate & ardore eius, & irrequiesca & inextinguibili siti consistit, Atonon Græci uocant, ab eo quod exicat omnem stomachi humorem. Scimus quosdam urnas aquæ bibisse, nequæ ideo sitim aliqua ex parte in presentia compe-scuisse. Ad hoc pond. denar.

D. Albertus
Pigus præpo-
situs Traiectē
sis adfirmavit
nobis dum hæc
proderemus,
hæc hierā Pac-
chij, suo iussu
preparatā ple-
rosq; horum,
quos Scriboni-
recenset esse
etū præstasse
& præcipue
melancholia af-
fectos pristina
salubritati red-
didisse in uni-
uersum oēs.

uel uictoriati datum ex aquæ cyathis duobus frigide, ita prodest, ut faciat abstinere ab aqua proximis diebus possint. Lienosis quoq; ex posca, & iccinorosis duritiam habentibus diutinam ex aqua mulsa satis conuenit. Nec minus hydropicis quibus datur eadem ratione. Sed his per complures dies oportebit ptisanæ cremorem sine ullo liquore dari. Prodest & Coloflato & cæteris intestinis. Futuras quoq; uel iam factas uomicas iisdem partibus aut discutit aut celerius aperit. Item menstrua mouet mulieribus quæ difficulter purgantur. Dandum autem erit his ex aqua medicamentum. In aqua decoquitur artemisia aut dictamnium. Etiam ad papulas & sacrum ignem, uel quam zonam uocant, bene facit ex aqua mulsa, detracto prius sanguine si res postulauerit, ut & in alijs omnibus superius dictis faciendum est. Omnia enim auxilia adhibenda sunt, quæ ex usu prodesse eis comperta habemus, quia facilius adiuta antidotus adiuuabit et effectus exhibebit. Illud utiq; credas, interim uelim mihi dum in alijs expertus per sua deam, hoc medicamentum non solum non nocere stomacho, uerum etiam reficere & confirmare eum supra omnem opinionem.

PASSI COLICA CAPVT. >47.

Recipit spicæ nardi, costi, piperis albi, nigri, longi, myrrhæ, opij, radicis hyoscyami, cinnamomi, alari, acori

NE MEDICAMENTORVM.

acori, thuris, seminis brassicæ, castorei ana dena: 12. Opopanacis denar: 10, stœchados, dauci, amij ana denar: 18. fœlis cretici denar: 24. Misce cum melle optimo, & exhibe sub pondere denarij unius.

ANNOTATIO.

Habetur & hæc compositio apud Scribonium, uidetur autem in litera una erratum, quoniam mirificam Colicã Iulij Basi appellat, & prodit Iulij Basi Colicã. Hæc cito leuat, deinde tollit inflationes coli, & omnis partis corporis. Facit & ad stomachi imbecillitates, & ad intestinorũ Strophos ex aqua Hyssopum aut rutam decoctam habente. Item bene facit ad sanguinem et ex interiore parte. Non enim patitur late fieri nec intus uulnus conuerti, sed cito supprimit sanguinem, & uulnus cogit coire. Dandũ autem his medicamentum ex aqua polium coctum habente aut rutam. Prodest & torminosis, & coeliacis datum ex aqua centunculum herbam incoctam habente, quam Græci Gnaphalida dicunt, uel sorbam uel siliquam Syriacam. Datur tuto febricitantibus: sed coeliacis in ipso dolore prodest. Lienosis datur ex mulso uel passo aque mixtis. Eodem modo auxiliatur his qui sanguinem per urinã uel aluum reddunt. Mulieribus prodest quæ fluore sanguinolento infestantur, quod ῥῶω ἔγυθζορ Græci dicunt, uel ex partu abortiuæ, quæ residuos uulnæ dolores habent, & in totum quibus supprimendus est fluxus, aut ex aliqua parte corporis inflatio tollenda, nitreo uase seruatur.

Centunculus.
Gnaphalis.

Rubens fluxus mulierum.

SCRIBONII LARGI COLICA.

Caput. 748.

Erui cornua sumuntur dum tenera sunt, quasi in taleas breues diuisa: olla fictili componuntur, operculoque superposito, ex argilla undiq; circũdata, fornace uruntur, donec in cinerem candidum redigantur, atq; in uase uitreo mundo reponuntur. Hoc medicamen in præsentia Colici doloris diuinũ auxiliũ.

Aa tat.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Vide Gal. li. 9
ca. 4. de Com.
secun. loca. ubi
citat Scribo-
nium.

tat. Raro enim quis iterū, uel ad summum tertio, hoc ac-
cepto medicamento uexatus est. Quamobrem si quando
repetierit iterum dolor, dandæ erunt per triduum, & tūc
portiones eodem modo quo primæ datæ fuerint. Interdū
& tertio in dolore eodē genere portiones dabuntur; quod
accidit post hanc, utiq; in futurum quoq; medicatur, ita
ut ne suspicio quidē ulla relinquatur uitij. Si quando ta-
men frigus aut multitudo cibi præcesserint grauitatem
quandam, & priorē eius loci sine ullo dolore sentiunt pla-
ne ut intelligant quasi quanto malo caruerint. Hoc me-
dicamento mulier quædam Romæ ex Aphrica multos
curauit. Postea nos per magnam curam compositionem
accepimus, idest precio dato quod desyderauerat, & alijs
quos non ignotos sanauimus, quorum nomina superua-
cuum est referre. Quum dolorem habet aliquis, pridie q̄
poturus est medicamētū debet abstinere ab omni re: atq;
ita postero die sumuntur ex cornibus cochlearia tria, quib;
bus miscent piperis grana nouē trita & Myrrhæ exiguū,
quod odorē tantummodo præstare possit. Hæc cū simul
sunt in mortario cōmixta cochlea aphrica uiuā in mor-
tario cū sua testa contunditur donec nullū uestigiū appa-
reat testularū. Postea uini falerni non saccati cyathus appa-
citur & rursus teritur: deinde rursus duo cyathi adijciuntur
eiusdem uini & bene admiscentur, transfunditurq; cū his
que sunt in mortario calice nouo, & supra carbones impo-
nitur, mouētē aliquo cochleario liquorē, ne quid subsidat
et peruratur. At ubi bene incaluerit, inijciuntur in eundē
calicē que supra dixi cochlearia tria & permouetur. Cum
autem calore temperata & potio datur abducēda, statim
dolorem leuat. Hoc facere oportebit per insequēs biduū,
capiendū

NE MEDICAMENTORVM.

capientem cibi in prandio aut alio tempore exiguum, quod facile conficiatur ne crudus sumat medicamentum. Postea in consuetudine uictus sui qui colo infestabatur dimittat.

PAVLI APOSTOLI ANTIDOTVM CA: 749.

Peculiare maniacis, melancholicis maxime epilepticis & scotomaticis, cum decoctione thuris masculi, aut costi amari potatum paralyticis, tremulis cum decoctione castorei & elelisphaci sumptum expertum est, & ad omnia quae frigida uirtute capiti nocet, asthmaticis, peripleumonicis ex catarrho prodest ad dolorem & frigiditatem stomachi cum apozemate Iridos & pulegij. & medetur Hydropicis, splenicis, & ad dolorem & debilitatem lumborum cum decoctione asari, apij, siue macedonici, typicis passionibus cum calaminthe seu cardami decoctione bibitum subuenit, maniacis affectiones cum Calami aromatici, Styracis siue perilymeni decoctione sanat, & ad multa alia optime facit.

Re. Nitri dra: 50. Castorei, antimoniij Sinoni, phylli da: Phyllon Mala
phni coccoru, sileris, apij, petroselini, marathri, dauci, Sta bathri folium,
phidis agrig, ana dra: 20. salis ammoniaci, myrobalani, gly et Folium per
cynthiza. Tragaetha, pyrethri, peoniae, radicis ana dra: Antonomasiā
to, costi, colocynthidos, agarici, mastiches, aristolochie lo Medici appella
ga et rotude, rosarum, mabathematici, asari, elelisphaci, aro lant.
nis, diprami, basilici, braecę ursine balsami, origani, pulegij Mabaticō
chamedryos, hyssopi, saturegiae, piperis albi & nigri & lo est succus cau
gi, ruthae feminis ana dra: 9. cardamomi, thuris ana un: 6. liculi agrestis.
Balsami, nardi, croci, Schoenanthus, castae, myrrhae, opopa Alter codex
natis, sulphuris, madragorae, Geticanae, Brathai, Euphor habebat Balsa
bij, amomi, sanguinis merguli ana dra: 5. Cinnamomi, ca mie.
ryophyllum, zingiberis, anacardi, xilobalsami, rheupō
tici, peucedani, carpobalsami, styracis calamite, sagapeni,

Aa ij Lasaris

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Alter codex
addit herbā pa
ralysis.

Laseric, sanguinis draconis, coaguli leporis agni, capreo
li, Vituli fellis sanguinis ursi, anatis, petrolei, ana drach: 4.
Mellis quod sufficit.

PETRI APOSTOLI ANTIDOTVM.

Caput. 750.

Optimū ad dolorem capitis & Hemicranei, tussē
& Catarrhum, pectoris & stomachi in frigidationē
febres omnes ex frigido natas percurat. Recipe Celticæ,
drach: 14. & semis, cinnamomi, croci, costi, Glycyrrhizæ,
Libani, Myrrhæ, aloes, Sagapeni, peucedani, aristolochiæ
longæ & rotundæ, Gentianæ, origani, prassij, Hyssopi,
calaminthæ, pulegij, roris marini, Hyoscyami seminis &
Ruthæ agrestis, Alexandri, Fœni græci, Baccarum lauri
ana drach: 9. Nardi drach: 6. Mellis quod sufficit. Datur
in modum auellanæ maioris febrientibus cum tepida, nō
febrientibus cum uīno.

PAVLINI ANTIDOTVM MAIVS.

Caput. 751.

Paulinū Ecce-
gma diuersum
tamen ab illa
Nicolai descri-
ptione. Vide
apud Gale. li.
3. ca. 8. de Cō-
pos. secū. loca.

MAniacis, melancholicis, Epilepticis cum oxymeli
tebibitum prodest, Epiphoris oculorum si super
tempora in modum Emplastri positum fuerit, curat dor-
lorem dentium si apponatur, aut super pulsum qui iuxta
auriculas est, plagellę inductum adhibitum potenter au-
fert. et os foetidum sæpius sumptum odorum facit, tussē
tibus medetur, ad uitium pectoris, seu uulnera stomachi
utilissimum est, uomitum & distemperantiam stomachi
adstringit, cardiacis, Ischiadicis, phtisicis, hepaticis, splen-
neticis & hydropicis opitulatur, Dysenteriam cum succo
polygoniæ datum abscondit, & omnem dolorem præcor-
diorum

NE MEDICAMENTORVM.

diorum cum absinthij uel calaminthe decoctione potum placat, calefacit enim, si super carbunculum aut mala nascentia in modum emplastri appositum fuerit, maturat, & rumpit, tumorem & dolorem deponit, et plagas omnium locorum maxime uerendorum mire sanat. Recipe Aloes scrup: 45. Croci, Costi, Anacardi, Agarici, Corallij, Myrrhae, Ammoniaci, Terebinthinæ, Galbani, Sagapeni, Opopanacis, Confitæ, Styracis calamitæ, Iridos, ana drach: 18. Opij, Olibani, Mastiches, Bdellij, Cozumbri, ana drach: 9. Balsami, Folij, ana drach: 6. Mellis optimi quod sufficit, Dentur ex eo pilulæ 7. aut 9. aut 11.

PAVLINI ANTIDOTVM MINVS.

Caput. 752.

Tussientibus ex pectore, Pulmone, Stomacho, Hepate, seu Pleura cum Apozemate Iridos & Thymi potatum, Colicis cum uino tepido medetur. sanguinem & dolorem Hemorrhoidum cum uino in quo cyminum iniectum fuerit, datum emendat, Typice febrientibus cum Apozemate Anacardi exhaustū auxiliatur. Recipe Cinnamonomi, Costi, Pyrethri, Myrrhæ, Castorei, Opij, Piperis nigri & longi ana drach: 9. Mellis quod sufficit, datur in quantitate auellanæ febrientibus cum tepida non febrientibus cum uino.

Paulinum hæc Antidotū quæquam paulo aliter recenset Galen. li. 7. ca. 6. de Compos. secundum loca.

PANCHRESTVM MAGNVM.

Caput. 753.

AD multas ægritudines necessarium, Epilepticis cū tepida datur Rheumatizantibus gingiuis ferro scarificatis affricatum, ita ut patiens os apertum teneat, & hu

Aa iij mor

NICOLAUS DE COMPOSITIO

mor foras decurrat proficit, sanguinem exscreantibus cum
 pusca frigida propinetur: Stomachicis cum aceto tepido
 bibitum, Enphraxi Hepatis cum tepida, Ictericis cum ui
 no optimo tormina & inflationes patientibus cum Apo
 zemate Apij, seu Anisi, Dysenteriae cum condito aut ui
 no, Calculo cum uino in quo cocta saxifraga & Asarum,
 Stranguriae cum uino in quo grana solis coquuntur, Men
 struis restrictis cum Hydromelite, typice febricitantibus
 ante horam accessionis cum mulla oblatum ipso die ab
 imminente periculo liberat, morsum serpentum cum ui
 no & melle acceptum, & plagis impositum medicatur.
 Recipe. Opij Thebaici, drach: 30. Croci drach: 15. Sese
 lei drach: 12. Calami Aromatici, Castorei Carpopalsami,
 Cardamomi, Petroseliniana drach: 8. Zingiberis, Cassiae
 rubrae, & siccae, Sagapeni, piperis albi, Hyoscyami, Selini
 seminis Ruthae agrestis, Marathriana drach: 4. Nardi,
 Pyrethri, Meu, Euphorbij, Anisi, Trifolij acuti seminis,
 Dauici Creticiana drach: 3. Mellis quod sufficit, Datur
 in modum fabae maioris aut Auellanae.

Trifolium enim
 quidam Oxy-
 triphyllon ap-
 pellant, ut te-
 statur. Diosco
 li. 3. ca. 114.

PANCHRESTVM MEDIVM.

Caput. 754.

Virtute fortissimum, Melancholicis & Spasmaticis cum
 Hydromelite bibitum medetur, dentium dolorem
 super dentes impositum, Asperitatem arteriarum cum
 pusca lenit. Ad tussim siccam in modum oliuae dormitum
 eunti prodest si detur: ad humidam uero cum Hydromeli
 lite, orthopnoicis & Dyspnoicis cum Pusca, Hepaticis
 cum mulla decoctionis Anethi, Splenetis cum aceto
 in quo

ONE MEDICAMENTORVM: 4

in quo cappare decocli fuerint grauitatem aufert ita ut
 sublato impedimento flatus ad omne exercitium subeun-
 dum fiant apti. Hydropicis cum succo Cucumeris agre-
 stis radicis drach: 1. & aqua tepida Dysentericis cum
 Pulca aut apozemate Myrthæ, Calculos cum decoctio-
 ne Aprij frangit & Dysuriæ atq; ei qui bibit uenenum cū
 lacte Asinino aut muliebri bibitum opiculatur. Recipe
 Cinnamomi, Croci, Galangæ, Opij, Myrthæ, Galbani,
 Cozumbri, piperis ana unc: 2. Reubarbari, Nardi, Zin-
 gibers, Pyrethri, Casiæ, Xilobalsami, Opopanacis, Saga-
 peni, Ammoniacy, Libani, Pegani, Anisi, Hyoscyami,
 Amei, Selini ana drach: 9. Mellis quod sufficit, da-
 tur in modum auellanae, aut secundum uirtutem agros-
 tantis.

PANCHRESTVM MINVS.

Caput. 755.

Simili Soriræ magnæ uirtute pollet tussientibus,
 Phthificis, Pleureticis, Celiacis, Dysentericis, Lienter-
 ricis, & uitijs mulierum medetur, typice febrientibus ces-
 leriter auxiliatur. Recipe Opij, seminis papaueris albi
 ana drach: 4. Glycyrrhizæ, Castorei, Syracis, Hypocysti-
 dos, Lycij, anisi, Hyoscyami ana unc: 2. Mandragoræ
 drach: 1. Mellis quod sufficit, datur in modum nucis Pon-
 ticæ cum tepida.

Panchrestus confectio ab omniunga utilitate sic appellata, qualis fues-
 rit antiquis, uide apud Galenum li. 7. ca. 6. de Compos secundum loca.

POLITHAVMASTVM MAGNVM.

Caput. 756.

Quod

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Quod confert ad dolorem capitis & oculorum cruciatus, & ad dentium dolores, Asthma, Suspirium & ueterem tussim, Peripleumonias, Phthificis & uitijis pectoris medetur, Stomachi superfluum humectationem exsiccat, grauedinem capitis alleuiat, Hemoptoicis cum apozemate polygoniæ aut quinq; neruiæ, Iliosia aut per os aut Clysterem iniectum salutem præstat, dolorem post partum placat, & superfluum purgationis sanguinem sistit. Recipe Myrrhæ drach: 18. Nardi drach: 17. Croci, Petroseliniana drach: 15. Sinoni drach: 12. Casiæ, Opij, Hyoscyami ana drach: 9. Schoenanthus drach: 7. Costi, Apij, ana drach: 6. Hedychroi Croco magmatis drach: 5. Castorei Seselei ana drach: 4. Amomi drach: 3. Mellis quod sufficit. Datur in magnitudine Auellanæ cum tepida.

POLYTHAUMASTVM MINVS.

Caput. 257.

Polythauma est, Multa admirationis medicamentum.

Quod accomodatam est Epilepticis Melancholicis & his qui uigilias nimias patiuntur, ad catarrhum, anhelitum, Tussim & Peripleumoniam prodest, splenem ponderosum alleuiat & colorem bonum facit, tormentum intestinorum ex cholericum factum compescit, lumborum ex Colica dolorem & neruorum grauedinem mitigat & urinam prouocat & periodicis passionibus auxiliatur. Recipe Opij drach: 6. Nardi, Croci, Costi, Myrrhæ, Selini, Sinoni, Hyoscyami, Petroseliniana drach: 4. Casiæ, Mastiches, Castorei, Amomi, Seselei, Anisi, ana drach: 2. Reubarbari, Calami Aromatici, Asari, ana drach: 1. Mellis quod sufficit, detur in quantitate nucis pōticæ cum uino aut tepida.

Poly

NE MEDICAMENTORVM:

POLYCHRESTVM MAIUS CAPVT. 758.

Optimum adra ucedinē uocis, cum infusione Tragacanthę ad arteriacam & tussē cum decoctione Harmoracię siue calaminthę, suffocationē pectoris & stomachi cum apozemate cymini paragonizat, nephreticis, cœliacis & colicis cum uino tepido datur. Re. Anisi drach: 27. Casiæ, pyrethri, glycyrrhizæ, tragacanthę, dauci, hyoscyami ana drach: 18. Folij, nardi, croci, euphorbij, piperis, petroselinī macedonici ana dra: 9. Mellis quod sufficit, dosis est unius auellanæ cū tepida manē aut uesperī.

POLYCHRESTVM MINVS CAPVT. 759.

Hoc non est parui pendendum propter paucitatem specierū ingredientīū, melius enim operatur quā ea antidota quæ ex multis speciebus cōponuntur, ad dolorē dentiū cū succo Ptisanæ, tussientibus cum mulla frigida, Hepaticis cū uino & mulla, Auriginosis, Hydropicis cū mulla tepida, Dysentericis, nephreticis & paralyticis cū uino sumptum auxiliatur. Re. piperis albi, dra: 6. Croci dra: 5. Balsami, hyoscyami, petroselinī ana drach: 2. Nardi, casīæ fistulæ, pyrethri, euphorbij, dauci ana dra: 1. Mellis quod sufficit, datur in quantitate auellanæ cum tepida.

PANTOCRATEA MAIOR CAPVT. 760.

Optima ad grauitatem capitis, tinnitum auriū emēdās, Stomachicis, hepaticis & Splenicis, nephreticis & cholicis medetur. Recipe Cinnamomi, piperis, petroselinī, fœniculi, apij, amei, libystici ana drach: 8. Caryophyllorum, zingiberis, seselei ana drach: 5. Galangæ, ancti ana drach: 1. Mellis quod sufficit, datur ad quantitatem auellanæ febrientibus cum tepida.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Panaceã uero
describit Gale.
lib. 7. cap. 5. de
cõp. secũ. loca.
authoritate An
tonij Musæ, cõ
tra omnũ rep
titiũ uenena et
plagas, spasmũ
hydropem, fe
brem et suppa
rationes.

PANTOCRATEA MINOR CAP: 761.

Conducit caducis & stomachicis sanguinem spuens
tibus cum pulsa calida bibita, hydropicis & pleure
ticis cum mulla prodest, opisthonicis cũ tepida, Nephre
ticis, calculosis & Stranguriosis cum mulla, Claudicantis
bus cum pulsa, febricitantibus cum calida auxiliatur. Re
cipe piperis drach: 24. Rosarum drach: 22. Pyrethri dra:
16. Castorei drach: 13. Euphorbiũ drach: 12. Balsami, fo
lij, seminis foeniculi ana drach: 6. Croci drach: 5. Carda
momi, dauici cretici ana drach: 2. Mellis quod sufficit, da
tur in quantitate auellanæ cum tepida.

PANTOCRATEA MINOR CATHAR
tica, Caput. 762.

Quæ cephalalgicis congruit, grauedinem & sonitũ
auriũ purgat, stomachi, Renumq; frigiditatem, &
totius corporis emendat, & Paralyticis proficit. Recipe
Alypiados dra: 55. Piperis, carui, libylici, amei, apij, pe
troselinĩ, foeniculi ana dra: 6. Zingiberis, Seselei, ana dra:
5. Anethi drach: 3. Mellis quod sufficit, datur in quanti
tate auellanæ uel nucis ponticæ mane cum tepida.

PICRA GALENI CAPVT. 763.

Quæ prodest melancholicis, Epilepticis & scorom
maticis, ad uersionem stomachi, debilitatem & dor
lorem eius, frigiditatem & phlegmonem, Indigestionem
& aduersus calores & anxietatem ibidem factam saluta
ris est, & Enphraxin hepatis & splenetorum inflationẽ
perfecte discutit, Ictericis cum decoctione absinthij auxi
liatur. Viscerum & Hypochondriorum tormina, renũq;
distemperantiam, matricis casus emendat, & mensuris
cum

NE MEDICAMENTORVM.

cum succo artemisiæ propinata imperat. Recipe aloes optimi drach: 108. Cinnamomi, nardi, croci, Schoenanthus, xilobalsami, casia fistulæ, mastiches, asari, rosarum, absinthij, amomi, ana drac: 9. Mellis quod sufficit, datur in modum nucis ponticæ mane cum tepida.

PICRA ALEXANDRINA CA: 764.

QUæ cephalalgicis & Hemicranicis salutifera est, lachrymas oculorum adstringit, pectoris frigiditatē & stomachi dolorem, Ictericos cum Diagridij scrup: 3. & apozemate apij pota sine dubio purgat, & colorem bonū reddit, Inflationes præcordiorum & uiscerum, Iliorum & renū maxime matricis cum coccugnidiij scru: 2. & Epithymi, 1. cum aqua decoctionis asari siue Betonicæ, propinata medetur ex longa infirmitate debilitatis uires reuocat. Recipe Aloes Hepaticæ drach: 21. Cinnamomi, nardi, croci, Schoenanthus, xilobalsami, casia, mastiches, asari, succi absinthij, carpobalsami ana drach: 3. Mellis quod sufficit, Datur in magnitudine auellanæ mane cū tepida.

PALLAS GERONTIS CAPVT. 765.

QUæ auxiliatur maniacis cum sanguine asini gargarizata, & cum passo potui data, cephalalgicis cum passo resoluta & frōti illita, & uino bibita prodest, ad Hemicranei dolorē cū aqua liquata & fronti imposta ad aurium dolorem cū melle aut passo soluta & tepida immissa, ad rheuma oculorū cum passo aut albumine ouis resoluta, & super oculos & frontem inuncta optima est, dentium dolorem circa illita tollit, Ad fauces Rheumatizantes & tuam cum aceto & uino gargarizata, tussē & omnem Rheumaticam passionem, cum mulsa bibita emendat,

Bb ij ad mors

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ad morsum serpentis uel cuiuslibet reptilis, & contra omnia mortalia medicamina, cum decoctione gentianę pota & in eodem loco illita salutaris est. Recipe Opij Thebaici, Tragacanthę, piperis albi, seminis mechonis, ana drach: 5. Fecis balsami drach: 4. Syracis, casię, rosarum, libanos tidos ana drach: 3. Nardi 2. & semis. Costi, Myrrhę Trosglodyticę, Bdelliij, Irei, asari, pentaphylli, amomi ana drach: 2. Schoenanthus, casię ana drach: 1. & semis, croci, pyrethri, roris marini, anisi, sceniculi, ameos, cardamomi, Euphorbij ana drach: 1. foliorum ruthę, seminis ozimi, Sulphuris uiui ana drach: semis, Mellis quod sufficit.

PALLADIUM CAPVT. 266.

Scotoma Græce idē est quod Verugo latine, nec differunt, Appellatur etiam Scotodinia ab iisdem Græcis, ut prodit A. Benedictus li. 1. ca. 18. suę practice.

Quod commodat Scotomaticis cum succo Hypocistidos & uino amineo potatum Maniacis cū dulcore prodest datum Epilepticis cum tepida, si priusquam accipiant uomant lachrymas oculorum fronti inunctum silit, super dentes commotos & gingiuas inunctum eodem confirmat & dolorē sedat, Synanchicis cū mulla & aceto gargarizatum tepide subuenit, & uocem raucā perditam ex antidoti drach: 2. & Tragacanthę totidem cum uini & mellis cyathis 4. sumptis prodest: ad Catarrhum cum mulla tepida, sanguinem reijciētibus cum pusca per triduum mane & sero in pondere auellanę accipiant, qui siccæ tussunt cum ptisana & mulla, qui uero tussunt & reijciunt per triduum mane & sero in pondere Auellanę accipiant. Opisthotonicis & Spasmosis cum mulla calida & aceto proficit, Singultientibus cum mulla, Hydropticis in modum sabę maioris glutiant, Dysentericis cum aqua frigida, Arteticis & Podagricis cum decoctione falcis Gallici, ad purgationem post partum, & secundas

NE MEDICAMENTORVM.

das cum butyro & mulla, Colicis cum tepida epotum.
 Elephantiosis cum æquali mensura uini & aquæ marine
 auxiliatur, Recipe Piperis drach: 20. Nardustachyos, Co
 sti, Calami aromatici, Tragacanthæ, Bdelliij, Opij Thus
 ris masculi, Rosarum, Polij, Irei, Chelidoniæ, Meu, Eus
 phorbij, Ozimi seminis Hyoscyami ana drach: 10. Balsam
 i drach: 8. Myrrhæ drach: 5. Styracis Pistatorum, amo
 mi, apij ana drach: 4. Cinnamomi, Croci, Xilobalsami,
 Reupontici, Casiæ fistulæ & lignæ, asari, Gentianæ, Ari
 stolochiæ longæ, Ellenij, Dauci Cretici, seminis Erucæ,
 ana drach: 2. Foliij, Castorei, Pyrethri, Acori, Pegant,
 Cardamomi, Anisi, Petroselinij ana drach: 1. Viniphaler
 ni & mellis quod sufficit datur in quantitate Auellanæ
 cum tepida.

Pastillos uarios quere inferius in Trochiscis.

PANACEA. CAPVT. 267.

Quæ congruit Synanchicis. & extemporali tussi &
 cebris uomitibus puris, Lapides in Rhenibus &
 Vesica frangit & Vreteras aperit, Tinesmon & Colicam
 patientibus succurrit, Periodicas passiones extirpat. Res
 cipe Opij, Opopanacis, Libani, Myrrhæ, Cardamomi,
 Hyoscyami ana drach: 10. Sulphuris Iudaici drach: 6.
 Costi, Mandragoræ corticis, aristolochiæ, Euphorbij ana
 drach: 3. Piperis albi drach: 1. Mellis quod sufficit, datur in
 quantitate auellanæ cum tepida.

PAMPHYLACTICVM. CAPVT. 268.

Dosorem capitæ aufert, Lachrymas stringit, dolorē
 uiscerum tollit, typice febrientibus opitulatur. Res
 Bb iij cipe

Panaciam lon
 giusculam lau
 datissimamq;
 require apud
 Actuarium de
 Compos. Medi
 camen. in cap.
 de Antidotis.

NICOLAUS DE COMPOSITIO

cipe Myrrhæ drach: 18. Nardi drach: 16. Castorei, Croci,
Piperis albi ana drach: 15. Sinoni drach: 12. Anisi drach:
10. Opij drach: 8. Costi, Croco magmaticis, Stryacis Cala
mitæ, Afari ana drach: 4. Mellis quod sufficit. Datur in
magnitudine Auellanæ cum tepida.

PHILANTHROPVM MAGNVM.

Caput. >69.

Quod facit ad Enphraxin Hepatis & Splenis, dolo
rem Ilij cum Diagydiij scrup: 2. & Euphorbij 1.
Semel datum emendat Nephreticis & Stranguriosis sub
uenit, Calculos in Rhenibus & Vesica potenter frangit,
& fractos sine periculo expellit. Recipe Folij, Schoenana
thus, Cyperi, Afari, Euphorbij, Thymi, Petroselinij, Ma
cedonici, Anethi, Milij Solis, Lapidis Lyncis ana drach:
10. Cinnamomi, Calami aromatici, polypodij, Physalis
dos melano piperis seminis Libyfici, Petroselini urticæ
seminis Citri, Lithu spermatos, Bardanæ, baccarum hede
ræ ana drach: 8. Galangæ, Nardi, zedoariæ, Betonica,
phu, Meu, Asparagi, Cardamomi, Apij, Marathri semi
nis Eruçæ Sinapi Orobi albi & Rubei ana drach: 6. Ca
ryophyllorum, zingiberis, Costi, Casiæ lignæ, Pyrethri,
Celticæ, Myrobalani corticis Lybani leucopiperis Carpo
balsami, Carui, cymini, Baccarum Lauri, Sileris ana dra:
4. Olei nardini, Sambacini, Muscelini, & pulegini ana
drach: 3. mellis quod sufficit, detur instar auellanæ cum
aqua decoctionis alicuius herbæ Diuretice.

PHILANTHROPVM MINVS.

Caput. >>0.

Vtile

NE MEDICAMENTORVM.

VTile est Cephalalgicis, Arteriacis, Stomachicis, Hepaticis, Splenicis, Hydropicis, chordapsum quod Ileos dicitur cum diagrydij scrup:2. datum in duabus horis emendat, Nephreticis unice medetur Colicis anesim præstat, Calculos ubiq; frangit & expellit. Ischiadicis & podagricis subuenit. Recipe Schoënanthus, asari, euphorbij, Petroselini, Macedonici, Opj, ana drach: 9. Alij addunt granorum Solis, Saxiphragæ, Polypodij, similia pondera, mellis quod sufficit, detur instar Auellanæ cum tepida.

Chordios & Chordapsos à Diocle Carystio dicitur est morbus ileos, quo dolores in intestino gracili sentiuntur. Vide Actium li.9. ca.28. Alij de pecudibus tantum hoc nomen usurpant, quando uidelicet retentis intestinis ita distenduntur & in gyrum incuruantur ut aquam & cibum reuolmere cogantur, & nonnunquam etiam media rumpantur.

PHILONIVM. CAPVT. >>1.

ORiginem trahens a doctissimo Philosopho platonis *Philo Iudæus Tarsensis.* cophilone Iudeo, tussim cum uino mulso oblatum emendat, peripleumoniam cum Hydromelite sanguinis sputum cum polygoniæ succo, indigestionem Stomachi & Vomitum cum pusca, dolorē Hepatis cum Oenome lite curat Splenicis & auriginosis cum Oxymelite subuenit, Celiacis cū apozemate pegani, pleureticis, Illofis, nephreticis & uesiçæ Symptomatis cholericis medetur. Re. Leucopiperis, Hyoscyami, ana dra:20. castiæ fistulæ dra:6. seminis apij dra:4. petroselini. marathri, dauci cretici ana dra:3. croci dra:2. Nardi, zedoariæ. pyrethri ana dra:1. Alij addunt Cinnami dra:6. Euphorbij costi dra:4. mellis

NICOLAVS DE COMPOSITIO

4. Mellis quod sufficit, Detur in modum fabæ Aegip^{ti}
uacæ.

PHILONIVM MINVS.

Caput. >>2.

Quod confert ad dolorem & grauedinem totius ca^{pit}
pitis, Dyspnoicis, Tussietibus, Stomachicis & He
lericis subuenit, fluxum sanguinis & uentris sistit & Cho
lericis confert. Recipe Castorei, Opij, Pegani, melano pi
peris, Hyoscyami, Dauci, ana drach:6. Croci drach:5.
Balsami drach:2. Casæ fistulæ, Pyrethri, Sagapeni, cel
ticæ, Rosarum, Euphorbij amomi, apij, Petroselini ana
drac:1. mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ cū
tepida aut cum uino.

Scriptus co
dex uidebatur
legere uncias
duas.

PHILONIVM MAGNVM.

Caput. >>3.

Quod accomodum est Epilepticis & Scotomaticis,
dolorem totius corporis & Hemicrani curās, Sto
machicis, Hepaticis, Splenicis, Nephreticis colicis, ar
teticis, Ischiadicis medetur. Recipe Selini drach: 10. cro
ci, castorei, Opij ana drach:9. myrthæ drach:8. Piperis,
Petroselini ana drach:7. Nardi, Schoenanthus, casæ fistu
læ, anisi ana drach:6. costi, asari, Styra cis, nitri, Sinoni ana
drach:3. Macropiperis Amomi, Sileris ana drach:2.
Mellis quod sufficit, dabis ex eo drach:3. cum tepida aut
cum uino.

CAPVT. >>4.

Mirum ex tot descriptionibus Philonis Antidoti,
nullam cum Gal. concordare, qui illud sic explicat
Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe Croci denar: 5. Pyrethri, Euphorbij, Spice nardi ana denar: 1. Piperis albi Hyoscyami ana uncias duas & dimidiam. Opij denar: 10. Suscipiuntur & conficiuntur cum mellis Attici tanta copia quanta sufficit. Respondet fere omnia quæ in cap. de Antidotis prodit Actuarius de philonio.

PHILONIVM MINVS CAPVT. >>5.

Actomodatum est Cephalalgicis, tussientibus & peripleumoniacis, dolorem & uentositatem & Enphraxim, Stomachi, Hepatis & Splenis emēdat, nephreticos, typos quotidianarios et quartanarios curat. Recipe Cinnamomi, Opij, Melanopiperis ana drach: 18. Nardi, Croci, Xilobalsami, Casia, pyrethri, Saliunca, Iridos, Euphorbij, Castorei, anisi, petroselinij, apij, alexandri, Sironi, Dauci, seminis Hyoscyami ana dra: 9. Caryophyllorum dra: 6. Mellis quod sufficit, detur ad magnitudinē auellanæ cum tepida.

PHILOXENVM ACTVARI CA: >>6.

Potentissimum ad omnes affectus pectoris & pulmonis, tussim antiquam & recentem colericos, peripleumoniacos & Empycos curat, & typica frigora emendat. Recipe Styracis, myrrha, zedoaria, zingiberis, Thymi, Hysopiana dra: 2. Thuris, Galbani, pyrethri & Elenij, pulegij, ambræ ana dra: 8. anisi, melanopiperis, marathri, seminis ruthæ, ana drach: 6. Mellis quod sufficit, detur in modum nucis ponticæ cum tepida aut cum uino.

PHILOXENVM VSVALE.

Caput. >>>.

Cc Quod

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Quod prodest ad rheumata oris, tussim et ad pectus
& pulmonis uitia, peripleumoniacos, Empycos et
ad typice febriles. Recipe myrrhæ, Baccarum lauri ana
drach: 24. Zingiberis, glycyrrhizæ, libani, aristolochiæ
longæ & rotundæ, prassij, gentianæ, Hyssopi, calami, thy
mi, anisi, seminis ruthæ agrestis, ana dra: 2. datur in pon
dere auellanæ cum mulla.

PHILACTICVM MAGNVM UTILISSIMVM AD
tumorem et enphraxim hepatis dolorē eius placās,
& uentositatem expellens. Caput. >>8.

Recipe Aloes Hepaticæ, costi, Schoenanthus, pipe
ris ana drach: 9. Asari, Eupatoriij Seselei, petroselin
ni ana drach: >. Croci, Myrrhæ ana drach: 2. Mastiches
drach: 1. & semis, anisi, drach: 1. Mellis quod sufficit. Do
siseius drach: 3. cum tepida.

PHILACTICVM MINVS AD OMNIA SV
pra scripta, conuenit stomachicis, nephreticis,
Spleneticis. Caput. >>9.

Recipe Aloes drach: 14. Asari drach: 4. Eupatoriij
drach: 3. & semis, myrrhæ, Seselei ana drac: 2. Me
lanopiperis, petroselinii ana drach: 1. mellis quod sufficit,
detur in modum auellanæ cum uino ueteri seu calida.

POTIO CAPVT. >80.

Oprima ad dolorem capitis, sonitum aurium, caligi
nem oculorum, faucium tumorem, stomachi que
relam, & ad acerrimas febres. Recipe Aloes, ammoniaci,
colocynthidos, ana drach: 36. Diagridij, Sagapeni, opo
panacis, Galbani, absinthij ana drach: 27. Elaterij, castiæ
fistulæ

NE MEDICAMENTORVM:

fistulæ, Schœnanthus, agarici, salis ammoniac, Hyperici, Sileris ana drach: 18. Coccugnidij, cinnamomi, Spicæ, cyperi, acori, laureolæ, ellebori albi, piperis nigri, albi, & longi, amomi, cardamomi, anisi, fœniculi, apij, olusatri, dauci ana drach: 9. Balsami, Ellebori nigri, caryophyllorum, costi, reupontici, Scyllæ coctæ xilobalsami, carpopalsami ana drach: 4. & semis, mellis quod sufficit. Datur ieiunis cum tepida.

POTIO CAPVT. >81.

PRincipalis ad guttam & purgat cephalalgicos, Stomachicos, Hepaticos, Spleneticos, Nephreticos, & Stranguriosos, Ischiadicis, arteticis, maxime podagricis summum remedium est. Recipe Hermodactylorum, myrobalani chebuli, Turbith, Diagridij ana dra: 15. Cinnamomi, caryophyllorum, chamædryos, Saxiphragæ, Brusci, asparagi, seminis anethi ana drach: 5. Galangæ, zedoariæ, Schœnanthus, asari, granorum solis, petroselinij, cymini ana drach: 4. zingiberis, aristolochiæ longæ, xilobalsami, lapidis Lyncis, piperis, libystici, orobi ana drach: 2. Agarici, myrrhæ, Euphorbij, cardamomi, anisi, citri & urticæ seminis ana drach. 1. Mellis quod sufficit, datur ieiunis in quantitate nucis ponticæ cum tepida.

POTIO VALIDA CONTRA OMNEM

guttâ calidam uniuersorû membrorû
maxime pedum. Caput. >82.

Recipe Hermodactylorum, Mamiæ, Violarum ana scrup: 10. Diagridij, Cassiæ fistulæ, Olei rosacei ana drach: 5. Myrobalani, Citrini, Chebuli, Tamarindorum,
Ce ij succi

NICOLAUS DE COMPOSITIO

succi rosarum, seminis angurij, peponis ana dra: 3. Cinna-
momi, Caryophyllorum, nardi, seminis marathri, Scario-
læ ana dra: 2. Syrupi Rosacei quod sufficit, datur ieiunis
cum tepida.

POTIO EXPERTA AD ICTERICOS ET
decoloratos & debiles. Caput. >83.

R Ecipe Betonice, polypodij ana manipulos 3. agris-
montæ, Violæ albæ & nigræ, Fragariæ maioris &
minoris, Cardui Benedicti & Communis, Chamedryos,
Sorbastrellæ, Herbæ Sanctæ Mariæ, pipinellæ, Centum
folij, Quincq; folij, Sabinæ, roris marini, Saluiæ, apij, Fœ-
niculi, petroselinî, Cere folij, anethi, pastinacæ radicis,
Brusci, asparagi, ana manipulum 1. Caryophyllorū, Cin-
namomi, Spicæ, Galangæ, zingiberis, piperis ana unc: 1.
Cōficiendi modus talis est. Herbas & radices tulas et spe-
cierum puluerem in uino & melle sufficienti nocte & die
infunde, Post hæc per sacculū destillando cola, & inde cū
opus fuerit in defectu lunæ patiens per septem dies mane
meridie & uesperiphalam 1. accipiat.

POTIO EXPERTA AD ICTERICOS.
Caput. >84.

R Ecipe Oculi bouis florum unc: 6. Ciceris rubri unc:
3. Piperis nouies grana nouem, Carenos integros
optimos tres. Confice sic. Flores contusos & Cicera inte-
gra & Carenos, & piperis puluerem in uini phya: 11. &
mellis 1. & semis. diligenter ad tertiam decoque & cola,
& deficiente luna per quincq; dies mane phyalam unam
propina.

Potio

NE MEDICAMENTORVM.

POTIO SACRA TVSSIENTIBVS PERI-
pleumonicis debilibus phtificis, &
ad omnia pulmonis Vitia.

Caput. >85.

R Ecipe Elelisphaci, amaraci, Calaminthæ, pegani,
Hyssopi, Serpylli, Colenę, Roris marini, artemisę,
agrimoniæ, Sabinæ, Mille folij, pipinellæ, Viola, Fragu-
læ, Glechonis, chamædryos ana manipulum 1. Caryo-
phyllorum, antophylli, Cinnamomi, nucis Myristicæ, ga-
langæ, Nardi, Zedoariæ, pyrethri Glycyrrhizæ, Galix,
melanopiperis, macro piperis, reubarbari, anisi ana unc:
semis, Cymini drach: 4. Confice sic Herbas omnes contu-
sas in aquæ Roseæ libr: 1. & mellis: 3. ad aquæ consump-
tionem decoque & diligenter cola, & inde puluerem spe-
cierum appone, dabis patienti mane & uesperī in quanti-
tate nucis ponticæ.

Fragulam ap-
pellat herbam
quæ fert fra-
ga. Hanc uul-
go Medici uo-
cant hodie fra-
gariam.

Galian uidetur
corrupte no-
minare quod
Diosc. li. 4. ca.
91. Gallion uo-
cat.

POTIO UTILISSIMA PERIPLEVMONICIS,
ex longa ægritudine tabefactis: carnes res-
ficat & Ictericorum colorem emendat.
Caput. >86.

R Ecipe Radicis polypodij unc: 3. Radicis lingue cer-
uinæ, hepaticæ herbæ & pulmonariæ, ciceris erratis
ci, radicis asparagi, Brusci, corticis agrestis cerasi, & pruni
Sancti Iohannis ana unc: 1. Foliorum Viola, Fragulæ,
Maioranæ, pipinellæ, Mille folij, Quinq; folij, Saluæ,
Marrubij hortensis ana manipulum 1. cinnamomi, caryo-
phyllorum, antophylli, Galangæ, Nardi, Zedoariæ, Zin-
giberis, piperis nigri & longi, Glycyrrhizæ ana unc: Ses-
mis, pincam tenerrimam 1. Si autem patiens tussierit, lin-
guæ

Cc iij guæ

NICOLAUS DE COMPOSITIO

*Cynoglossam
Græci appel-
lant.* guæ canis radicem & ungulæ equi foliorum Lauri & sa-
binæ ana uncisemis adde. Confice sic. Radices omnes, cor-
tices & herbas, pineamq; integram in optimi uini phya:
30. ad tertiam decoque & cola, & postea mellis phya: 1. et
semis, cum specierum puluere decoctioni admisce, cumq;
opus fuerit patiens mane & uesperis phya. Vnam ex hau-
riat.

POTIO ARTIFICIOSISSIMA.

Caput. >87.

HAec ad dolorem capitis conducit, sanguinem oculo-
rum purgat, & lusciosis uisum acuit. Stomachicos
& obnoxios multis infirmitatibus releuat. Recipe Myr-
rhæ, costi, ana drach: 4. croci, castiæ, ana drach: 2. nardi, sty-
racis, castorei, Apij, Galbani, piperis nigri & longi & albi
ana drac: 1. Mellis quod sufficit, datur in quantitate auel-
lanæ cum tepida.

POTIO LAUDATISSIMA AD PUR-
gandos omnes humores.

Caput. >88.

*Saliuncæ potio
us legendū cē-
seo. Vide tamē
quæ super hoc
caput dicemus
in Paralipō-
menis.* **C**Ephalalgicis, caliginosis, spleneticis, Ictericis, hydro-
picis, Arthriticisq; insigniter auxiliatur. Recipe Fœ-
niculi, Polypodij, Actes & chamaeactes ana manipulum
1. Apij, Petroselinij, pastinacæ maioris radicis, menthæ ni-
græ, Salonicæ genestrellæ. (Genestrella est minor genestra habet
enim surculos breuiores & fert florem album, Genestra uero croceum ui-
de Dioscor. in Sparto, ita enim appellatur à Græcis genista li. 4. cap. 152.)
*Alter codex
addit Cozum-
bri Manipulū
unum.* uitidij ana Manipulum 1. zingiberis, pyrethri, euphor-
bij, Mastiches, Piperis, cocognidij, ana solidum unum,
Conficitur sic. Radices & herbæ in aqua aut uino suffici-
enti

NE MEDICAMENTORVM.

enti in olla cruda lento igne ad tertiam coquantur, & fortiter colentur, deinde mel sufficiens & puluis specierum superpargantur, & iterum exagitando pusillum coquantur, cumq; opus fuerit, tribus diebus continuis propinetur phyla 1.

POTIO AD SCROPHAS QVAE IN
alto corporis radicatae sunt, belle siquidem eas per secessum educit.

Caput. >89.

Recipe Brusci, Asparagi, Filiculæ, Violæ, Tithymalli, Iari idest Ari, Iridos, Dracontij, Radiculæ,

(Radiculam codex scriptus interpretatur idest Helleborum nigrum, Raphanum ta
Ceterum Marcellus Struthion herbam Lanariam radiculam exponit in me Latini ple
Dios. li. 2. Ca. 152. & lib. 2. Ca. 104. de Raphano.) Ellebori nigri, runq; appellat
Scyllæ Acori, Radicum Cymarum Oliuæ, floris Stoeas Radiculam.

chados, herbæ Rosaginis. (Rosaginem & Fosaraki, sic enim legit S. Genuesis & utrumq; citat sed neutrum interpretatur Syluaticus Rosaginem inquit esse speciem rosæ Canine. Et fuserachon Matriflyuam)

Idest Hypocistidos, Floris Orobi, Foseraginis, Vlmi corticis uiridium ana manipulum 1, Euphorbij, piperis, Cocugnidiij, Cymini ana drach: 6. Conficitur sic. Radices & Herbæ in uino sufficienti infusæ ad lenes prunas ad medietatem coquatur, & diligentissime exprimantur & melle sufficienti adhibito iterum parum bulliant, postea puluis teredorum admisceatur, cumq; opus fuerit detur phya: 1. mane per triduum.

POTIO EXPERTA.

Caput. >90.

Ad

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Atonia est languor debilitas remissio & irretentio.

AD guttam & paralyfin quæ oculum uel linguam corripunt, ad tussim & sitim ex catarrho factam, & ad eos qui ex plenitudine laborant in frigidatione renum & seminis atoniam patiuntur, Recipe calaminthæ minoris, Elelisphaci & amaraci cymarum ana drach: 45. Corticis Mandragoræ uiridis, drach: 23. Asphalti, antimoniij, Opopanacis, Libani purissimi, Castorei piperis ana drach: 9. herbæ omnes & puluis specierum in mellis despumati phya: 2. & uini aminei odorati phya: 15. ad tertiã coquantur & fortiter colentur, & exinde patiens mane phya: 1. accipiat & custodiatur in domo undiq; clausa, omnique parte cortinis munita, custode quoque ipsam obseruante, ad ianuam ad sex horas. Circa uero septimam ciberetur pullo gallinaceo aut phasiani cum cymino condito & hoc tribus diebus continuis faciat.

POTIO AD RENOVATIONEM ET PURIFICATIONEM pulmonis, et ad debilitatem et consumptionem totius corporis. Caput. 791.

Recipe asparagi, Brusci, Vrticæ uiuæ, rosæ domesticæ, artemisæ, rubi radice celsi anisi rosaginis corticis Sabinæ calaminthæ, ruthæ, Serpylli uiridium ana manipulum unum. myrthi, roris marini, Elelisphaci, chamædryos uiridium ana cymas quinas, piperis albi & longi, caryophyllorum, anthophylli, Nardi, Galangæ, zingiberis, costi ana drach: 2. cymini scrup: 1. conficitur sic, in uino albi & fortis phya: 30. pridie herbæ infusæ ad medietatē coquantur, & colato uino tres mellis phylæ adhibeantur. Ad ultimum uero specterum subtilissimus puluis adponatur.

NE MEDICAMENTORVM.

natur, & cum opus fuerit de eo tepesfacto mane & uesper
ri phya: 1. propinetur.

POTIO SALVBRIS HYDROPICIS ET
Spleneticis. Caput. 792.

EXimia ad eos qui lapides in renibus & uesica habet,
& ad omnes inflationes & tensiones præcordiorum
& uiscerum. Recipe Fœniculi, apij, alexandri, petroselin
ni, Cerefolij, raphani, Iridos, polypodij radices, phu. meu,
artemisiæ, asari, argimonix, saxifragæ, pipinellæ, hysopi,
pulegij, nasturcij, Eruce, Elenij, Cynoglosse, maluæ, mil
le folij, linguæ ceruinæ, Basilici, amaraci, Trifolij acuti
Menthæ, Sifymbrij foliorum, lapathi maioris & minoris,
corticis medianæ actes, Chamæactes ana manipulum 2.
Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, nardi, folij, co
sti, zingiberis, xilobalsami, Calami aromatici, Casiæ, Cy
peri, Piperis, Cardamomi Ammeos Siselei, Cymini, liby
stici, Sileris, Granorum solis, orobi, dauci, seminis Ruthæ
& urticæ ana dra: 3. Confectura hæc est. Radices & om
nes herbae in uino amineo sufficienti triduo infusæ, mul
tumq; exagitando lento igni ad tertiam coquantur, colē
tur; deinde mellis Thymiani pro arbitrio succo adhibea
tur, iterumq; aliquantulum coquantur. Postremum spes
cierum & seminum puluis adhibeatur, & per tres dies in
uase conditum sæpius agitetur. Quarto die striccius per
sacculum in optimo uase stillatim coletur, & inde patiens
mane in meridie & uesperiphyalam 1. accipiat, optima
enim potio hæc est, & ad multas passiones proficua.

Thymianum
Mel appellat,
quod redoleat
thymū, quanq̃
Gale. li. 7. ca.
6. nō approbet
undiquaq;.

POTIO CONCEPTORIA.

Caput. 793.

Dd Optima

Optima ad purgandā matricem ut mulier post multa tempora sterilitatis ualeat concipere fœtum: recuperat etiam perditas carnes. Recipe Viscaginis Piri Vitaplæ ana nodos synceros 350. Betonicæ, pipinellæ, artemisiæ, ceruillæ, linguæ ceruinæ. Mille folij, Quinq; folij, Violarum, Elelisphaci, argimonix, agarici, Hyssopi uiridum ana fasciculum 1. Piperis nouies nouem grana, cymini drach: 4. Caryophyllorum, cinnamomi, nardi, Galangæ, nucis moschatæ zingiberis, costi ana drach: 2. Conficitur sic, Nodi Viscaginis & Vitaplæ bene abluti cū herbis omnibus in uino optimo sufficienti biduo infusi ad tertiam coquantur & colentur, & uino mellis despumati quantum sufficit addatur, exinde specierū puluis immitatur, Postea ieiunis mane, meridie & uesperis phya: 1. propinet, sed antea 3. aut. 4. pictulas oleo adipeq; frictas comedant quæ recipiant, artemisiæ, Ellenij, pegani, herbe uenti, barbæ sylvanæ, Elelisphaci uiridium ana drach: 8. farinæ tenuissimæ, & oui albuminis quantum sufficit, & sic ad ignem de tepefacto medicamine phyalam accipiant.

PILULAE DIABALANICAE CA: 94.

Optimæ ad purgandum caput, Cholericis aut Melancholico humore repletum, mitigant enim furiosos dolores in toto siue in parte capitis factio. & tumores faciei uel oris sedant. Recipe Myrobalani Chebuli, agarici, Caroi ana drach: 10. Myrobalani Indi Epithymi, seminis Marathri ana drach: 8. Mastiches, Euphorbij, Fumi terræ ana drach: 6. Diagridij secundum libitum. Conficiantur in modum Orobi cū succo Absinthij, & dentur de eis mane uel uesperis.

Pilulæ

Ceruina lin-
guam arbitror
exponēdi cau-
sa appositam.
Ceruillam ui-
delicet nihil eē
aliud q̄ cerui-
nam linguam.

NE MEDICAMENTORVM.

PILVLAE QVAE VOCANTVR HEP-
pramera. Caput. 795.

DEponūt humores spissos & malos de capite, uisum
oculorum clarescere faciunt, cataractas prohibent.
Recipe Aloes, Diagridij ana drach: 4. Colocynthidos,
epithymi Cretici, agarici, mastiches, absinthij ana drac: 2.
terantur et succo Strychni in quantitate ciceris formētur,
dentur ex eis 9. aut 11. mane uel uesperī cum uino.

PILVLAE ALEXANDRINAE CA: 796.

AD Hemicraneum dolorem qui ex frigido humore
cōsistente in stomacho fiat & plethora ipsius, & ad-
torem splenis. Recipe Euphorbij drach: 2. Aloes dia-
gridij, colocynthidos interioris, Bdellij Scithici, ammeos,
Nitri Alexandrini, Hellebori nigri corticis ana drach: 1.
Temperentur cum succo Brassicae aut citri ad magnitudi-
nem Orobī dentur ex eis undecim cū tepida, mane que
nō solū supra scripta, sed etiā Epilepticos optime purgāt.

PILVLAE DIAGALBANES CA: 797.

QVæ conducunt ad tussē maxime ex catarrho fa-
ctam. Recipe Galbani, myrrhæ, Stryacis, opij ana
drach: 9. Castorei, ammoniaci Thymiamatis, costi, croci,
succū glycyrrhizæ, & prassij ana drach: 4. temperentur cū
succo Myrrhæ ad modum ciceris, & ex his quinq; siue se-
ptem euntibus dormitum dentur.

PILVLAE MELANOPIPERIS CA: 798.

PRobatae ad tussē & superfluitatem humoris. Reci-
pe piperis, Stryacis ana drach: 8. Terebinthinae, gal-
bani, Thiū apyru, opij ana drac: 3. temperentur cū succo
Dd ij Apij

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Apj ad modum ciceris et ex eis ʒ. aut ʒ. euntibus dormitum dentur.

PILVLAE CYNOGLOTTICAE CA: 799.

Multum utiles ad acre & tenue Rheuma, plurimos enim noni quamuis longo tempore rheumatizantes his deglutitis esse curatos. Recipiunt myrthe Troglodyticae, drach: 6. Libani, dra: 5. Opj, Hyoscyami, Cynoglossae radice ana drach: 4. temperentur cum Rhodostomate singantur pilulae ad quantitatem Ciceris, dentur ex eis ʒ. aut ʒ. euntibus dormitum, faucibus enim rheumatismo dentiũ & Hemoptoicis & uesicae & Colo cõducit.

PILVLAE ROSACEAE IOSEPHI CA: 800.

Ad siccam tussim & stomachi ardorem & sitim, & ad uocem ex calida distemperantia debilitata. Recipe rosarum, nucleorum pyni, amygdalarũ purgatarũ, seminis papaueris albi ana drach: 8. zingiberis succi glycyrrhizae, amyli, Tragacanthae albae, seminis Citruli, melonis purgati ana drac: 4. Opj, dra: 1. Conficiantur cum penidijs ad magnitudinem Ciceris, denturq; de eis mane & uesperĩ cum frigida.

PILVLAE HYOSCYAMI AD TVSSIM

siccam & sitim. Caput. 801.

Recipe Tragacanthi albi, Citruli, Melonis, seminis Cucumeris domestici, ana drach: 8. succi Glycyrrhizae et radice eius, seminis Hyoscyami, et papaueris ana dra: 4. figurentur cũ albumine oui ad magnitudinẽ Ciceris & siccentur ad umbrã, cũq; opus fuerit 4. ex eis paties sub lingua teneat, & quicquid humoris cõtrahit glutiat.

PILVLAE DIASAXIFRAGAE CA: 802.

Qua

NE MEDICAMENTORVM.

Quæ renes & Vesicam purgant, lapides in eis generatos frangunt & expellunt. Recipe Saxiphragæ, Piperis, seminis Basilici ana drach: 8. Nardi, Schoenanthus, Granorū solis ana drach: 4. Acori, Afari, Phu, Meu, Betonicæ, Dauçi Cretici, Petroselinî, Mastiches, Tragacanthæ, ana drach: 2. Cum succo Cardami conficiantur ad mensuram orobi manibus perunctis Balsamo. Cumq; opus fuerit sumantur ex eis 9. aut 11. eunti dormitū cum apozemate Apij uel anethi.

PILVLAE ENNEADES.

Caput. 803.

Valde aptæ ad omnes fluxus sanguinis & ad Celiacam & Dysenteriam. Recipe Electri Lemniæ, phylidos, Gissamiæ, Gifalteros, Tragacanthi, succi Hypocistidos, Omphacij ana drach: 3. Confice. Cum pulca in aqua ubi Myrthus & Pentaphylli decocti sunt ad quantitatē orobi dentur ex eis 9. aut 11. mane siue uesperī cū Apozemate Cicidos aut Siliquæ Græcæ.

*Terram Sami
am & terram
Sigillatam in-
telligit.*

PILVLAE MANTINAE VTILES AD

omnes fluxus. Caput. 804.

Recipe Mantiflorum, Symphyti Arsenici, Sanguinis Draconis, Hypocistidos succi ana drach: 7. myrthæ, Syracis, Galbani Opij, Croci, Piperis ana drach: 4. seminis Hyoscyami, seminis Papaueris, seminis plantaginis, seminis Syriacæ, seminis malorum Cydoniorum, seminis Foeniculi ana drach: 2. Conficiantur ad mensurā orobi cum succo Polygoniæ uel aqua infusiones Tragacanthi denturq; de eis 7. aut 9. eunti dormitum cum decoctione Hyssopi, aut Oenomelite.

Dd iij Pilulæ

NICOLAUS DE COMPOSITIO
PILVLAE DIACOLOCYNTHI
dos. Caput. 805.

O Pitulantur Cephalalgicis, Stomachicis, Istericis
& Hydropicis, Impetiginosis, Elephantiosis & po
dagricis. Recipe Diagridij, Aloes ana drach: 4. Colocyn
thidos, Mastiches ana drach: 2. Bdellij, drach: 1. Infor
mentur ad quantitatem crobi cum succo Absinthij, den
turq; de eis ieiunis 15. cum tepida post cibum cum uino.

PILVLAE. CAPVT. 806.

Contra grauedinem capitis et humores graues depo
nendos & lippitudinem oculorum & uisum retinē
dum & recuperandum & stomachum bene purgandum.
Recipe Schoenanthus, Spicæ, Xilo Casiæ, Xilobalsami,
Carpobalsami, agarici, asari, Rosæ, Violæ, Epithymi, ab
sinthij, Colocynthidos, Turbith, Cinnamomi, alypiados,
Crocij, Stœchados, Mastiches ana drac: 1. Diagridij dra:
3. Aloes unci: 6. confice cum succo absinthij.

PILVLAE AVREAE. CAPVT. 807.

Optime purgant Stomachum, Hepar & renes, Sco
tomiam ex anatymsi curant & uentositatem inte
stinorum suauiter expellunt. Recipe aloes hepaticæ, Dia
gridij optimi ana dra: 10. Rosarum seminis apij, ana drac:
5. Anisi, seminis Fœniculi ana drach: 3. Croci, Colocyn
thidos ana drach: 2. Informentur ad modum ciceris cum
aqua infusionis Tragacanthæ dentur de eis uesperti 9. aut
11. cum mulsa aut Vino.

PILVLAE HIERE PICRE.

Caput. 808.

Ad

NE MEDICAMENTORVM.

AD menstrua prouocanda et Homorrhoidas aperien-
 das. Recipe Hieræ picræ, Diagridij ana drach: 6.
 Turbith, Myrobalani, chebuli absinthij ana drach: 2. Epi-
 thymi, Castorei, aristolochiæ longæ, calaminthæ, reubar-
 bari, ammeiana drach: 1. Euphorbij, Salis gemmæ, schoe-
 nanthus, seminis Marathri, Cinnamomi ana drach: semis
 fiant cum succo calamynthæ ad quantitatem piperis den-
 tur de eis uesperis 19. siue 21. cum uino.

*Videbatur con-
 dex scriptus
 habere unciã
 unã nõ drach-
 mam.*

PILVLAE ENTEROCES-
 ticæ. Caput. 809.

Conducunt ad uiria testium, Ischiadicis & Podagris
 cis profunt. Recipe Turbith, Diagridij ana drach: 6.
 Ammoniaci, Sagapeni, aloes Hepaticæ, Sarcocollæ, ca-
 siæ, anisi, ana drach: 2. castorei, Sanfuci, colocynthidos, ca-
 lami aromatici ana drach: 1. Formentur cum succo porri
 sectiui, ad quantitatem piperis dentur de eis 15. aut 19. i.e
 iunis cum tepida.

PILVLAE DIASICYDOS EX SEMINI-
 bus Cucumeris. Caput. 810.

Podagricis insigniter aptæ ad mitigandum dolorem
 & Rheumatismum prohibendum. Recipe seminis
 Sicydis, Hermodactyli ana drach: 8. Scammonij drach: 2.
 & scrup: 2. Aloes drach: 1. & scrup: 1. Fiant cum Hydros
 melite ad quantitatem ciceris dentur de eis 11. aut 15. i.e
 iunis cum tepida.

PILVLAE ALEXANDRI-
 næ. Caput. 811.

Optimæ Podagricis & arteticis, purgant enim uiscos-
 sos humores i articulis residetes. Recipe euphorbij,
Colocyn

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Colocyntidos interioris Nitri ana drach: 36. Diagridij,
Aloes Hepaticæ ana drach: 9. Alij addunt eiusdem pon-
deris Turbith, Efficiantur pilulæ cum succo Brassicæ aut
Citri ad quãtitatẽ orobi dentur de eis ieiunis 9. aut 11.
cum tepida.

PVLVIS ISO THEOS METASIN-
criticus. Caput. 812.

PRodest eis quibus caput humidum est & ad Thora-
cem Lepram & Alphosin & Suspirium & quæcun-
q; passiones de capite uel Thorace generantur reprimi-
t, Dtaphoresin in omni materiæ procurat, plenitudinem
desiccet, debilibus membris robur inducit, Cachexiam et
pituitosos humores in articulis infixos digerit. Artetis
cis, Podagricis expedit & hi qui hoc puluere utuntur pos-
dagræ & Ischiadi non sunt obnoxij, pruritus & impetig-
ines & pilos subtiliat. Recipe Salis. (Sal cappadoticus est sal
gemme. ita Simon tradit sed Syluaticus docet esse idem quod sal usuale.

Sal lacus mortui serap ca. 409. tradit esse amarum. Sal Tragesicum
syluaticus inuit reperiri à nobis non posse.

Pro Aphronitro matronico uidetur esse legendum Babilonicum de qua
re uide syluaticum.) Cappadotici & communis & amari, &
Ammoniaci, & Nitrosi, & Tragesici nitri Alexandrini
aphronitri, matronici pumicis adarces ana unc: 12. Lithu-
asiani, Stipteria nigra, nardi, Celtica, Ellebori albi & ni-
gri, Strutij fecis uini ueteris sicca Chamæleontis radice,
Sulphuris uini Staphidis agricæ, sinapi, radice peonia, cy-
peri, stipteria scissilis piperis, cimoleæ, agni spermatidis, bac-
carum lauri siccarum, Gallæ asiana, Lupini farina, cymi-
ni, Pyrethri, Schoenanthus Libani, arsenici, Gummi, Iris
dos,

NE MEDICAMENTORVM!

dos, cucumeris agrestis radice sicce prassij sicci, ossis sepie,
Fœni græci, igne combusti, pulegij, Graminis siccae, ana
unc: 3. Folij unc: 2. Sanfuci unc: 1. Confice sic, Sales & ni
trum in olla noua lento igne frige, cætera sicca tere, & si
mul omnia misce, et in balneo cum sudare cœperis utere,
& tunc per totum caput decoctionem salicis corticis in
aqua rosea & alphita & uino nocte asperge, Hoc enim re
primit desuper currentes humores, & Diaphoresin facit,
& desiccatur humores qui continentur in articulis, et robur
imbecilli membro præstat.

PVLVIS KISSERIDIVS CA: 813.

Valeat ad pinguem hominem subtiliandum, & ad su
perfluam crassiciem extenuandam, ita ut ex pingui
& nimis humido ad habitum exiliorem & sicciorem pa
tientem reducat. Curat etiam leprosos, zermosos, priuri
ginosos & scabiosos, et si quis hoc usus fuerit, a podagrico
uel arterico, seu ab alio dolore non molestabitur, quicūq;
hoc puluere fricatur in balneo postq; sudare ceperint ut a
tur diebus tribus interpositis, diebus aut quibus utitur nul
lo alio unguento patiens imbuatur, & a pipere & balsamē
tis, & ab acris omnibus absteineat. Recipe nitri, asari, sa
lis assati, myrrhæ assatæ, sulphuris uiui, opocissæ, Iridis Il
liricæ, ana drach: 4. Baccarum lauri siccatarum, Sanfuci,
Ellebori albi, pumicis marini assati, Chameleontis nigri,
pyrethri, Sinapi, Gallæ Alexandrinæ, peucedani, polli
nis, Fœnigræci, Orobi, piperis nigri, Struthij, Carda
momi, Marrubij sicci, Elaterij ana drach: 2. Hæc omnia
in subtilissimum puluerem redige, & uase uitreo conde,
& cum opus fuerit utere.

Kisseridiū ap
pellat author,
à Cisseride id
est à pumice q
ad cōponendū
hunc puluis
lum assumitur
de quo consule
Diosl. 5. c. 79

Opocissam qd
sonat succū he
deræ. S. Genuē
sis tamē innuit
esse Gummi he
deraccum.

PVLVIS ASCLEPIADEVS CA: 814.

Ec Quo

Conditū expli
cauimus cap.
618.

Quo Constantinus Imperator utebatur, unde inco-
lumis uixit, usq; ad uite sue periodum, assidue nāq;
datus cum Careno siue tepida, lunaticis & timidis profici-
cit, ad reiectionem sanguinis cum plantaginis decoctione
ad dolorem & debilitatem Stomachi cū apozemate San-
luci aut Silymbrij, ad Hepatis tumorem & dolorem cum
condito, uel amineo uino, Splenicis cum aceto ad late-
ris dolorem & Renum, cum Betonicæ seu Asari decocto
eadem hora succurrit, ad typos omnes cum Calamynthæ
apozemate contra uenenum cuiuslibet serpentis uel scor-
pij cū uino ueteri propinatus subuenit. Recipe Folij opa-
timi, Spicæ, Casiæ fistulæ, Mannæ, Maltiches, Tragacanthæ,
Myrrhæ, Aluminis, sanguinis Draconis, Aloes Hep-
aticæ, aristolochiæ longæ & rotundæ, Glycyrrhizæ, Iris
dis Illyricæ, peucedani, Cyperi, Enulæ, Betonicæ, Fascis
Gallici, Elelisphaci, absinthij, centauriæ, phu, Eupatorii,
Hyssopi, meliloti anagallidis, Gentianæ, petrolelini, Ma-
cedonici, platocymini, cardamomi, carpobalsami ana dra-
8. Hæc omnia in subtilissimum puluerem redigantur &
usui referuentur, cumq; opus fuerit ex his drach: 2. patiens
ieiunus accipiat.

PVLVIS DIAVLVLES, IDEST EX
Noctua confectus, Caput. 815.

Expertus ad asthmaticos & suspiriosos, & ad eos qui
in poris pulmonis Enphraxim ex frigido phlegma-
te patiuntur. Recipe noctuam in olla rudi coctā uel exu-
stam, & corium ex facie ceruina similiter ambustum, ma-
rucarum radicis albuci, caudæ equi radicis ustæ ana unc:
2, quorum puluis usui referuetur, Cumq; opus fuerit pa-
tiens

NE MEDICAMENTORVM.

tiens in balnei aere sumat mane drach: 3. aut 4. cū mulla,
 aut aqua sub dio constituta, dentur diebus tribus in mensi-
 se, decem interpositis diebus, & cum de balneo egressus
 fuerit, cooperiatur diligenter donec affatim sudauerit, &
 sic nona hora cibetur, Abstineat autem a crassis carnibus,
 & piscibus sine squammis & leguminibus omnibus.

PVLVIS ILLYRICVS OPTIME FACIENS

Dyspnoicis & suspiriosis. Caput. 816.

R Ecipe Iridis, Laureolæ, Meu, polypodij, Salsuncæ,
 Cinnamomi, caryophyllorum, Spicæ, costi, ana in
 puluerem redacta usui seruentur, & cū necesse fuerit inde
 drach: 2. uel 3. cum uino offerantur.

PVLVIS DIAPENTE CAPVT. 817.

Hic Anesim præstat anhelosis ex frigido Rheumate
 tussientibus. Recipe Colophonæ drach: 30. Aly-
 piados, polypodij ana drach: 15. Zingiberis, piperis ana
 drach: 8. quæ omnia in tenuissimum puluerem redacta re-
 seruentur, & inde cum opus fuerit in Apozemate Iridos
 siue calamynthæ drach: 3. Ieiunis propinentur.

PVLVIS AD ENPHRAXIM ET VENTOSITA-
 tem & dolorem Hepatis. Caput. 818.

R Ecipe Gentianæ, Eupatoriij, absinthij, zingiberis,
 piperis, apij, Fœni Græci, anethi, amygdalarū ama-
 rarum, lupini, ana terantur, & usu expostulante drach: 3.
 cum ammineo uino dentur.

PVLVIS PROBATVS AD SCLERIAN ET
 ad Enphraxim Hepatis. Caput. 819.

R Ecipe Gentianæ, Petroselinij, anethiana un: 3. Fœni
 græci, Cinnamomi, zedoariæ ana unc: 1. quorū
 Ee ij pigmento

NICOLAUS DE COMPOSITIO

pigmentorū puluis tenuissime cribellatus condatur, cūq;
opus fuerit drach. 3. cum aqua tepida si febrinant dentur,
si non febricitent cum uino.

PVLVIS DIAGLECHONIS CAPVT. 820.

*Glechona gra
ce maluit q̄ la-
tine pulegiū di-
cere de quo cō-
sule Dios. li. 3.
ca. 31.*

AD frigiditatem & dolorem & uentositatem stoma-
chi, hepatis & splenis. Recipe Glechonis, Pegani,
Eleliphaci, zingiberis ana drach: 18. Caryophyllorum,
Galangæ, zedoariæ, ana drach: 3. & semis, carui, anisi, cy-
mini, libyistici, anethi, ana drach: 9. Gentianæ, prassij, aris-
tolochiæ rotundæ, piperis ana drach: 4. & semis, Cinnam-
omi, croci, rasuræ Eboris, Baccarum lauri ana drach: 2.
quarum specierum puluis, tenuissime cribellatus condatur,
cūq; op^o fuerit inde drach: 3. cū decoctiōe anethi offeratur.

PVLVIS DIACAPPARON CAPVT. 821.

VEhementem dolorem splenis, & inflationem & tē-
sionem, duritiem & puncturam eius mirandum in
modum emendat. Recipe corticis radicis capparidis drach:
27. Rumicis seminis drach: 18. Corticis radicis Tamaris-
cis drach: 9. Hæc omnia trita & in puluerem redacta con-
dantur, cumq; opus fuerit patiens drach: 1. cum aqua me-
dia nocte, uel quando bibere uoluerit accipiat, & in ipso
latere iaceat, manum sinistrum sub capite reponendo dor-
miat, & postea tribus horis ieiunet.

PVLVIS DIAGIT VEL DIAME

lanthiu. Caput. 822.

Mirabilis ad dolorem Ilij, lapides renum & uescicæ
plausibiliter confringit & expellit, Stranguriam
soluit & Dysuriam. Recipe Diagridij, Euphorbij, Tur-
bit ana drach: 12. Cinnamomi, Antophylli, zedoariæ, zin-
giberis

NE MEDICAMENTORVM.

giberis, Costi, Pyrethri, Schœnanthus, calami aromatici, Xilobalsami, alari, Cyperi, Betonica, Git, Perroselini, macedonici, saxiphragæ, seminis apij, anisi, carui, Sinoni, platocymini, Marathri, Basilici seminis, baccarum Lauri, Baccarum Hedera, Phu, Meu, Aristolochiæ ana drach: 3. Horū puluis, subtilissime cribellatus in uase uitreo aut alio reponatur, cumq; opus fuerit dentur ex eo drach: 3. mane cum apozemate Mercurialis uel polypodij, Stranguriam & Dysuriam patientibus, cum aquæ cyathis 2. in qua pridie infusum est & decoctum semen Citruli, melonis, Cucumeris, & cucurbitæ addito Muscelij cyatho uno.

PVLVIS AD ILII DOLOREM ET LAPIDIS explosionem & stranguriam.

Caput. 823.

R Ecipe Diagridij, Turbit ana drach: 18. Cyperi, saxiphragæ, seminis ruthæ agrestis, macedonici, seminis citri & Asparagi ana drach: 5. Cinnamomi, Nardi, Folij, Zingiberis, celticæ, ana drach: 3. Dabis ex eo drach: 3. uel amplius iuxta uirtutem cum mulla.

PVLVIS AD ILII DOLOREM ET VENTOSITATEM interiorum expertus.

Caput. 824.

R Ecipe Oxeos poros idest Esulæ radice corticis, seminis citri ana drach: 12. Mastiches, Nardi, Schœnanthus, Diagridij, Euphorbij, casis fistulæ carnis interioris, corticis Myrobalani citrini, Polypodij, ana drach: 1. rere & cum opus fuerit ieiunis æstate drach: una, Autumno duas, Hyeme drach: 3. cum aqua tepida propina, &

Ee iij ante

NICOLAUS DE COMPOSITIO

ante prandium Balneum petat, & ad octauum usq; diem
a piscium esu abstineat.

PVLVIS ACCOMODABILIS DO-
lori ilij. Caput. 825.

R Ecipe Zedoaria drach: 18. Galanga, Lapidis lyn-
cis, Diagridij, Saxifraga, Milij Solis, ana drach: 9.
tere & cum opus fuerit cum Apiano apozemate prebe.

PVLVIS AD ASTRINGENDVM SAN-
guinem superius siue inferius erum-
pentem. Caput. 826.

De Kecabra
Vide ca. 828

R Ecipe Symphyti, Sanguinis Draconis, Kecabrae
ana drach: 10. Hematitidos, Corallij, Cornu cerui
ni usti, ana drach: 8. Haec omnia in puluerem subtilissimam
redacta uase uitreo condantur & cum opus fuerit inde dra:
2. uel 3. cum apozemate offerantur.

PVLVIS AD SANGVINEM REPRIMEN-
dum de naribus siue de aliquo uulnere
profluum. Caput. 827.

R Ecipe Pegani usti drach: 27. Anzorot, idest Sarcos-
collae. Matheke idest lythargiri, Sanguinis Draco-
nis ana drach: 9. quorum puluis in nares & uulnera im-
missus mire stringit.

PVLVIS HAEMATICVS AD SVpra
scripta. Caput. 828.

R Ecipe Sponduli marini usti, Gifasteros, Kecabrae,
ana drach: 9. Spongiae nouellae ustae, Pumicis usti
ana drach: 7. Hemoptoicis cum aqua pluuiali medetur in
Licinio

NE MEDICAMENTORVM.

Licinio aspersus & uulneribus immixtus sanguinem fluentem arceat.

Spongiam marinam pro Spondulo legendū esse arbitror. Est enim spongia marina uita commoda ad ea quæ adstringere & spissare oportet, teste Plinio.

Kacrabram legit Syluaticus & tradit esse speciem Vernicis subruffi. Vtitur Alfabarauius Tractatu 18. ca. 7. Practicæ.

Alibi cap. uide licet. 474. Nicolaus interpretatur Kacrabram, id est cardamomum.

PVLVIS TRAGICVS.

Caput. 829.

Laudatissimus ad Lapidem Renum & Vesicæ frangendum & Limositatem expellendam, Stranguriã & Dysuriam soluendã. Recipe Sanguinis Tragici, id est Hyrci ad disciplinam Dinamidiorū facti, uesicæ apri cū loco suo sicca, sanguinis Polypiana drach: 2. Galange, Zingiberis, Pyrethri, Heleni, Pulegij seminis tribuli, petroselinii, Alexandriana drach: 18. Caryophyllorum corricis Gladioli, thymi, piperis albi, seminis urticæ, ana drach: 9. Hæc omnia in subtilissimum puluerem redacta reponantur, cumq; opus fuerit detur inde unc: 1. cum condito.

De sanguinis hircini præparatura cōsule Aetium li. 11. cap. 12. & nihil de syderabis amplius. Vide in super. Paulum li. 7. ca. 11. circa medium.

PVLVIS AD LAPIDEM FRANGENDUM. Caput. 830.

Recipe Saxifragæ, drach: 36. seminis Petroselinii drach: 18. Caryophyllorum, Zingiberis, Diagridij, Lapidis lycis, macedonici ana drach: 9. quorum subtilissimus puluis condatur, cumq; necesse fuerit drach: 3. dentur cū Apozemate Granorum solis, Costi & Asparagi.

PVLVIS HERMODACTYLICVS.

Caput. 831.

Vtiliss

NICOLAUS DE COMPOSITIO

VTilissimus Nephreticis, Ischiadicis, maxime podagricis. Recipe Hermodactylorum drach: 50. Diagridij, Turbit ana drac: 9. Caryophyllorum Zingiberis, Aristolochiæ longæ, apij, asparagi, Brusci, anisi ana drac: 4. & scrup: 2. Tenuissimus horum puluis seruetur, cumq; opus fuerit dra: 4. propinentur, febricentibus cum tepida non febricentibus cum multa.

PVLVIS CEPHALICVS.

Caput. 832.

Vide Epistolā
Medicinæ Ga
lenianæ instau
ratoris Iohan
nis Manardi
ad simonē gry
neum philoso
phum & Ora
torem eloquen
tissimum.
Lepida Chal
curomani squa
mam eris ap
pellant apud
Dios. li. 5. cap.
46.

Quo Exeon crates a Sorano accepto utebatur. Con fert ad omnia uulnera, maxime gingiuarum, si hu mida fuerint & syringiam patiuntur, ita ut a radicibus de tium fiat suppuratio, purgat etiam aliorum membrorum cacoetica uulnera, maxime Renum replet caua, ossa con tu: educit & callositatem amputat. Recipe Orobirubei dra: 20. Irei drac: 10. Mannis lepidis calcu Aristolochiæ longæ ana drach: 5. floris æris, Thuris ana drach: 3. Hæc omnia sigillatim terantur, & cum opus fuerit ad omnia su pra scripta exhibeantur.

PVLVIS ROSEVS MIRIFICVS PODA
gricis ex calido patientibus. Caput. 833.

Recipe Rosarum drach: 50. Diagridij, Glycyrrhizæ ana dra: 15. Cinnamomi, succi Tithymali ana dra: 8. Dentur ex eo cum opus fuerit drach: 4. ieiunis cum tepida, in qua pridie infusæ & decoctæ fuerint Violarum drach: 8.

PVLVIS ANTHERAÆ.

Caput. 834.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe florum rosarum drach: 2. Myrthæ, aluminis scissi, Sandaracæ, arsenici, Balauſtiortū, aristolochiæ rotundæ, Gallarum ana unc: 1. quibus tritis subtiliter & cribratis cum opus fuerit utere.

De Antheris
Vide Io. Ma-
nardum lib. 4.
epif. 3. Celsum
li. 6 Dios. lib.
1. Gal. de Cō-
pos. secun. ge-
nera. li 5.

PVLVIS ANTHERÆ CAPVT. §35.

Optimus ad exiccandam uiam & palatum ex calido rheumate affectum, Gingiuas tumentes reprimat, putridas purgat, & uulnera cicatrizat. Recipe Sandaracæ unc: 4. Rosarum unc: 2. Croci. aluminis scissi. Iris dis, Gallarū ana unc: 1. Cyperi unc: semis quibus in puluerem redactis ad supra scripta utere.

PESSARIVM QVOD APPELLATVR
Chrisonum. Caput. §36.

Conducens ad præfocationem matricis, dolorē eius amputat & duritiā mollit. Recipe Terebinthinæ drach: 2. Adipis anserini, Castorei ana drach: 9. Croci, medullæ ceruinæ, Butyri, Fœni græci pollinis ana drach: 4. Vitellorum ouorum 2. Olei Cyprini & ceræ quantum sufficit. Oleum, Terebinthina & uitella ouorum lento igni soluantur, Deinde medulla & butyrum admisceantur, & cum similiter soluta fuerint, puluis specierum adhibeatur, & tepidum depositū coagulari permittatur, cūq; opus fuerit plagellæ inductum supponatur.

PESSARIVM VTILE AD DVRTIEM
& Ulcera matricis. Caput. §37.

Recipe Ceræ albæ drach: 27. Libani, lithargyri loti, pompholygos, Hyssopi, picis siccæ, adipis anserini, medullæ ceruinæ, ana drach: 9. Olei rosacei quod sufficit.

Ff Litharg

NICOLAUS DE COMPOSITIO.

Lithargyrum in oleo coquatur donec mollescant, deinde
pix & cera immittantur, & cum liquata fuerint, adeps &
medulla addantur, & postea Pompholyx super spargatur,
ad ultimum uero Libani & Hyssopi puluis imponatur
quod in plagella inductū, tēpore cōpetenti supponatur.

PESSARIUM APERITIVVM AD PRO-
ptosim & duritiem & igneam Phlegmonē
Matricis. Caput. 838.

R Ecipe Adipis anserini drach: 36. Cerae drach: 27.
Crocī drach: 9. Ouorum duo albumina, olei Rosae
quod sufficit. Crocus cum albumine siue uitellis ouorum
in sole diutissime teratur, postea adeps triturae adhibeat,
& incessanter commisceantur, postremo autem ceram cū
oleo solutam medicamini adijcias, & tam diu terendo su-
bige, donec unum corpus fiat, & cum opus fuerit molli
Bombace exceptum supponatur.

PESSARIUM DIAMELILOTV APTVM AD
conciendum, & oris matricis duritiem
moliendam. Caput. 839.

R Ecipe Olei cyprini, amaracini & nardini, medullae
ceruinæ, adipis taurini butyri, cerae, rutinae ana dra:
20. Adipis anserini drach: 8. Melilothi, radicis Altea ana
drach: 9. Adipes, Medulla, Butyrum & cera lento igni
soluantur, & subtili linteolo colentur, diuq; agitando mi-
sceantur, & cum coagulata fuerint, tempore competenti
in balneo bombace exceptū supponatur medicamentū.

PESSARIUM DIANARCISSV.

Caput. 841.

Optimum

NE MEDICAMENTORVM.

Optimum ad concipiendum, & duritiem matricis malaxandam. Recipe medullæ ceruinæ, adipis anserini, ceræ ana drach: 100. Narcissi, croci, olei Irini, cyprini & Sufini, mellis ana drach: 10. Mastiches, Terebinthi
De Sufino uel lilino unguento Vide Dicf. li. 1. cap. 53.
 næ, Nardi, Syriaci, olei nardini ana drach: 9. Adeps, Mellulla & cera cū oleo lento igni liquentur, & tenui linteolo colentur, Exinde Terebinthinā colatæ confectioni adhibeas, postea puluere pigmentorum ammixto coagulari sinas, cumq; opus fuerit plagellę inductum administratur.

PESSARIVM MOLYBDINON. CA: 842.

AD menstrua prouocanda utilissimū est, Scrophas & cacoetica uulnera purgat, & ex ulcerib. profundis putredinem optime educit. Recipe olei ueteris, Salis floris, Lixiuræ sarmentorum ana drach: 100. Resinæ drach: 20. Nitri drach: 15. Propolidis, Molybdini, ceræ ana drach: 10. Lixiua & Molybdinum cum oleo lento igni coquantur ad cōsistentiam, deinde ceram & propolida immitte, mox sal et nitrum, Vltimum uero resinam, & cum coagulatum fuerit, plagellæ inductum exhibeatur tempore cōpetenti.

Molybdæna est herba quædam quam Plinius li. 25. ca. 11. plumbaginē appellat. Hic tamen pro Molybdæna quæ est Galena Nicolaum usurpare existimo. Hæc nanq; est solius plumbi uel plumbi et argenti communis uena. Vide Plinium li. 33. ca. 6. & li. 34. ca. 10.

PESSARIVM IRINVM CAPVT. 843.

AD menses muliebres ciendos, & ad humores e peflore excutiendos aptissimum. Recipe Iridos, nitri ana dra: 4. Pulegij, absinthij, ana dra: 2. Myrrhæ, pollinis
 Ff ij orobi

NICOLAUS DE COMPOSITIO

orobi ana drac: 1. Olei Cyprini, Muscellij & mellis quod sufficit. Species omnes in puluerem redigantur, & cū mel lis parte una & olei tribus pessaria mensuræ trium digito rum componantur, & cum necesse fuerint supponantur.

PESSARIUM DIASTAPHIDON AD MEN strua prouocanda satis præcellens. Caput. §44.

R Ecipe Foliorum Ruthæ drac: 2. Staphidis, Chal canthi, ana dra: 2. pulegij, Cardamomi ana dra: 1. mellis quod sufficit, confice sic, Folia Ruthæ, pulegium, & Staphidem simul diutissime tere, Cardamomi & Chal canthi puluerē trituræ admisce, & cū melle pessariū ad 10. gitudinē digitorū 3. informa, & cū opus fuerit suppone.

PESSARIUM MYRRHATVM AD MEN strua prouocanda. Caput. §45.

R Ecipe Artemisæ drach: 36. Piperis drac: 18. Myr rhæ, Serapini, ana dra: 9. & semis mellis quod suffi cit, Myrrham & Serapinum diutissime tere, post hac pul uerem terendorum admisce, & cum melle pessarium in magnitudine trium digitorum effingito.

PESSARIUM DIAGITTERIS CA: §46.

A D menses muliebres ciendos, et ad superfluum hu morem phlegmaticum glutinosum de matrice exo cutiendum. Recipe Gitteris, Nitri ana drach: 2. Moschi scrup: 1. Gitteris farinam, & nitri puluerem cum succo ar temisæ aut felle bouis in quo moschus solutus fuerit tem pera, & de molli bombace pessarium ad capacitatem loci compone, quod inde imbutum, cū opus fuerit suppone.

Gitter Translator Dios. antiquus nigellam & git facit. Simon differre parum uiribus opinatur, licet odore multum Syluaticus Gitter, idest git in lege

NE MEDICAMENTORVM.

*in fegetibus prouenire semen exiguum & nigrum & medicina inutile, Nē
gellam uero quæ est Melanthion efficax esse ad ea quæ illi tribuit Diosc.
li. 7. ca. 84.*

PESSARIVM DIAPRASSON AD PRO-
fluuium sanguinis sistendum.

Caput. 847.

*Prassion Marrubium prasson porrum dici nosse oportet, Nam discriminē
hoc non aduertentes multi, & ueterum, & recentiorum in locis fere innume-
ris interpretati sunt alterum pro altero.*

R Ecipe Succi prafforum drach: 52. medullæ Ceruicæ
næ drach: 18. Adipis caprini drach: 9. Myrrhæ, acacia,
Cera, olei Rosacei ana unc: 1. uini ueteris quod sufficit.
Oleum & ceram lento igni solue, adipem & medullā
cum succo & uino soluta confectioni adde & usq; ad perfectam
decoctionem bulli ad ultimum uero puluere Myrrhæ, & Acaciæ addito ab igne amoueat, & usui referuetur.
Cumq; opus fuerit cum molli bombace pessarium aptum loco & medicamen inuolutum suppone.

PESSARIVM PENTAPHYLLI AD PRO-
fluuium sistendum utilissimum.

Caput. 848.

R Ecipe Pentaphylli, myriophylli, putidæ, Intybi, polygonij ana fasciculum 1. Coralliusti cineris, cornu
ceruini, Boli, Acaciæ, Libani ana drach: 4. Olei Rosacei,
aceti acerrimi & cere quod sufficit. Compone sic, Herbas
in aceto die & nocte infusas, ad tertiam decoque & cola,
Deinde oleum decoctioni adde, & tam diu bulli donec
oleum extat, mox ceram immitte, ad ultimum autē pul-
Ff iij uerem

NICOLAUS DE COMPOSITIO

uerem pigmentorum adhibe, & cum percoctum fuerit ab igne depositum coagulari permittite, cumq; opus fuerit ex lana ad competētiam loci compositam suppone pessum.

Herbam putidam usurpat etiam capite 898. in theriaca Alexandrina quam ego conijcio esse Cotylam foetidam siquidem haec ad Theriaces confectionem assumitur. Sunt tamen & olidae herbae coriandri, anagyridis, & iuluarie quae asinilis est sanguinarie ferè miro tamen foetore nares offendens.

PESSARIUM DIABALANON AD
profluium sanguinis mirificum.

Caput. 849.

R Ecipe Myrobalani, Chebuli Indi Alapsae ustorum ana drach: 6. Ferruginis sanguinis Draconis, Thuris, Opij ana dra: 4. Succu Arnoglossae quod sufficit. Species omnes in puluerem redige, & cum succo Plantaginis collige, indeq; magdaliunculos informa, & cum opus fuerit suppone.

PESSARIUM DIAGALBANON VTI
lissimum ad menstrua prouocanda.

Caput. 850.

R Ecipe Galbani drach: 4. Gitteris drach: 3. Nitri salis drach: 1. Succu Mercurialis quod sufficit. Galbanum cum succo tere & puluerem gitteris & nitri adhibe, indeq; magdaliunculos informa & cum opus fuerit suppone.

PESSARIUM DIALOETICVM AD
Omnes astringentes passiones.

Caput. 851.

Recipe

NE MEDICAMENTORVM.

Recipe Aloes, Diagridij, Centaurij, Hellebori, Fimimuris, ana drach: 1. Fellis bouis quod sufficit. Omnia in subtilissimum puluerem redige, puluerem cum felle collecto inde pessarium finge longitudinis trium digitorum, cumq; opus fuerit sedi oleo peruncto suppone.

PESSARIUM PEGANION.

Caput. 852.

Sacratum est Coli cruciatibus & omnibus doloribus intestinorum cuius uirtutem multi authores medici sunt experti. Recipe Diagridij drach: 2. Pegani agrestis, Epithymi, Ammios, Colophonix Nitrisalis ana drac: 1. Mellis, decoctionis Mercurialis quod sufficit. Puluerem specierum cum melle excipe & tam diu subige donec a pi stillo segregetur sponte sua, & sic inde pessaria informa, cumq; opus fuerit suppone.

PESSARIUM LEVCOPIPEREVV.

Caput. 853.

AD Coli passionem magnificum, nam dolorem uno momento obtundit & Scybala, idest spherulas subducit. Recipe Piperis albi, nigri, salis æqualia pōdera, galbani quod sufficit. Puluerem terendorum cum Galbano excipe, & diu terendo commisce, cumq; opus fuerit, inde magdaliunculos informa & tempore competentis impone.

PESSARIUM TRION.

Caput. 854.

APoplexia laborantibus opitulatur eximie, Spleneticis, Nephreticis, & intestinorū doloribus. Recipe Diagridij

NICOLAUS DE COMPOSITIO

Diagridij drach: 16. Nitri drach: 8. Castorei drach: 4.
Mellis quod sufficit. Confice sic puluerem specierum mel
le excipe & simul tam diu coque donec inspissetur ad pi
stillum, & inde pessarium informatum suppone.

PSILOTHRVM OPTIMVM ARTETICIS
podagricis & quibus necesse est opus atter
nuare superfitiem. Caput. 855.

Recipe Libani, Mastiches, Lithi Arabici, (Lapis Asi
colore pumicis fistulosus friabilis, & non ponderosus lapis est uim
habes adstringendi & leuiter ex edendi. Vide Diosc. li. 5. capite 95.)

Halcyonium
autem A. Mu
sa spumam ma
ris esse demon
strauit de quo
uidendus est,
idem Diosc. li.
bro eodem ca.
90.

Pumicis albi, Alcyonij, Staphidis agricæ, Cimoleg, Helle
bori, Lithargyri, Amyli, Sanfuci ana drach: 28. Caryo
phyllorum drach: 9. Picis unc: 1. Quæ omnia trita & cri
brata, congruo uasi indita serua, & quotiescunq; uti uos
lueris apparabis ita: in sufficienti succo Priscianæ aut oryze
unc: 4. Saponis Gallici solue & lento igne coque & supra
scripti pulueris cochlearia 5. adde & de calcis inextinctæ
usualis cretæ puluere unc: 6. appone. Ad ultimum uero
Arsenicæ & sandaracæ puluerè ana unc: 1, & semis adhibe
& lento igne bulli sapius agitans, si uero probare uoluer
ris, num coctum sit satis, pennam impone & si dissoluitur
coctum est, tepefactio eo in balneo super patientis mēbra
illine, & ne abluat donec diutius affatim patiens ita sudat
uerit interdicitio.


PSILOTHRVM LEVCOTICVM.
Caput. 856.

Psilothrū est
depilatorij si
ue pilos denu
das medicamē

Competit Stomachicis, Arteticis, Podagricis, & ad
Comnia uitia ex Rheumatismo diuturno oborta. Re
cipe auripigmenti unc: 3. amyli, Cimoleg, pumicis usti,
Sandaracæ

1010
 Anni
 in m
 mavi
 anm
 alca
 in .n.
 nonze
 am
 quor
 sup b
 ov vi
 ōnā
 gma
 vna
 am
 an
 ps un
 na ps
 mdnd
 is .20
 od om
 huy
 m .n.
 g .b .d
 g .i .b
 ol .i .t
 adit
 la un
 ndy r
 woi ei
 .os .s
 o .n .b
 am
 .g .z
 o .m
 u .om
 d .am
 .ab
 in ai
 abv
 oi .m
 h .q
 .ua
 .s
 .h
 .suo

dm
yl ca
vuvu
mwe
Snat
oyob
m·i·
l pum
namu
i y·
mz x·
mar
u·uk
mm
mm
q x m
mb ju
d o·w
ua·y
p·b·n
zu·ia
ozoz
a gozq
nd·a·
ui·gn
u jadis
p adu
o·pua
unvau
p mag
um
mz
a·ny
wico
to ma
b em
uq
e·a·
u m
au
·in
mz
p
vid
uay
os en



00V 902599107

u
u
a
a
o
a
e
b
i
i
a
d
u
u
u
u
o
u
u
u
a
u
o
a
e
u
u
e
t
u
u
m
l.
o
u

5951

